



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


3 3433 08162045 6

Delphin

NVRE







MARCI VALERII MARTIALIS

EPIGRAMMATA

EX EDITIONE BIPONTINA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1823.

Rep. Bag. No 7586/09



14101.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
VINCENTII COLLESSO Epistola Serenissimo Delphino	1
Th. Farnabii Præfatio	3
M. Val. Martialis Vita, ex ipso Martiale potissimum depromta, auctore Matth. Radero . . .	8
Testimonia de Martiale	17
M. Val. Martialis de Spectaculis Libellus . . .	25
————— Epigrammatum Lib. I.	58
————— Lib. II.	147
————— Lib. III.	218
————— Lib. IV.	282
————— Lib. V.	355
————— Lib. VI.	425
————— Lib. VII.	491
————— Lib. VIII.	567
————— Lib. IX.	634
————— Lib. X.	716
————— Lib. XI.	800
————— Lib. XII.	869

M. Val. Martialis Epigrammatum Lib. XIII.	Pag.
	937
Lib. XIV.	985
Epigrammata Martiali afficta	1069
NOTÆ VARIORUM in Lib. de Spectaculis	1077
Epigrammatum Lib. I.	1093
Lib. II.	1135
Lib. III.	1163
Lib. IV.	1191
Lib. V.	1222
Lib. VI.	1252
Lib. VII.	1275
Lib. VIII.	1298
Lib. IX.	1324
Lib. X.	1351
Lib. XI.	1386
Lib. XII.	1403
Lib. XIII.	1426
Lib. XIV.	1438
RECKENSUS EDITIONUM M. Val. Martialis	1450
Recensus Codicum Mss. M. Val. Martialis qui in	
Bibliothecis Britannicis asservantur	1478
INDEX	i

SERENISSIMO
DELPHINO

S. P. D.

VINCENTIUS COLLESSO J. C.

Mos antiquus etiam nunc obtinet, SERENISSIME DELPHINE, ut qui literarium opus in lucem editurus sit, vindicem sibi adversus malevolos conciliet. Felicem Martialem, qui tandem hodierno die ad Te accedat; me felicior dixerim, qui Tibi, SERENISSIME DELPHINE, offeram lepidum hunc Poëtam, in carpendis vitiis acutissimum, virtutis vero defensorem acerrimum. In usus tuos jussu Ludovici Magni Interpretatione et Notis illustrandum illum susceperam: sed fato nostro serius in lucem prodiit Poëta, abs Te pridem nedum Minervæ ludo, sed et disciplinæ equestris stadio feliciter decurso. In Te enim tam egregia, et tam præclara indoles est, ut, quibus indulgisti artibus, iis omnibus summum attuleris ornamentum. Quantum vero sit oris tui decor, quanta morum suavitas, quam acre ingenium tacitus admiror. Nimirum paternam refert sapientiam incredibilem, ac pæne divinam. Ludovici Magni clementiam, res gestas, disjunctissimas regiones cursibus peragratas, simul et victoriis illustratas totus stupet orbis. Te, SERENISSIME DELPHINE, simillimum tanto genitori filium verbo uno cum affirmo, laudum omnium ma-

teriam statim exhausisse mihi videor. Ergo Tibi auxilio jam esse nequit noster Poëta, at delectationi esse poterit. Si quando, dum quiescit Europa benignitate Maximi tui Parentis, Tu saltem, rerum bellicarum imagine, venandi scilicet studio, in montes et sylvas raptus vel unam horam donaveris Martiali :

Retia dum cessant, latratoresque molossi ;

Et non invento sylva quiescit apro :

nec horam totam perdideris forte, oblectatus salibus Atticis nostri Poëtæ, et hominum moribus, quos describit elegantissime. Hoc si contigerit, merito gratulabor et Martiali, et mihi. Vale, SERENISSIME DELPHINE, diuque Galliarum populis vive.

Lut. Paris. Kalendis Maiis,

M. DC. LXXX.

AD

LECTORES.

EX EDITIONE FARNABII.

PASSENIUM Paulum, splendidum equitem Romanum, Elegos quos erudite scripserat recitaturum, atque incipientem dicere ‘Prisce jubes,’ Jabolenus quidam Priscus qui aderat, Paulo quidem amicus, sed ipse dubiæ sanitatis, interpellavit, ‘Ego vero,’ inquit, ‘non jubeo.’ Oborto audientium risu, non dubium est quin Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulerit. Atque hinc monet Plinius, providendum esse tam solícite recitaturis,¹ non solum ut sint ipsi sani, verum etiam ut sanos adhibeant. Sanum profecto, mi Secunde, consilium: neque enim difficile erat vobis, qui intra parietes vestros coram paucis iisque dilectis et amicis recitastis, insanos amovere. Sed e publico hoc theatro quis præco amovebit asperos hosce et austeros Xenocrates,² qui Gratiis non litarunt? quis designator e cuneis patrum et equitum excitabit plebei istos: et ἀριλόκαλου ingenii Marios, qui Musis sacra non fecerunt, facere non curant? quis Mysta a Musarum sacris arcebit profanum hoc vulgus, imperitum juxta atque arrogans, et hoc arrogantius quo imperitius? Alii namque, ut missos eos faciam, qui theatrum ingrediuntur tantum ut exeant, seu

NOTÆ

- | | |
|---|---|
| ¹ <i>Providendum, &c.</i>] Plinius Sec. Præceptis, et Diog. Laërt. lib. iv. lib. vi. Epist. 15. | ² <i>Plebei, &c.</i>] Plutarch. Vita Marci, et Val. Max. lib. ii. cap. 1. |
|---|---|

aliorum præjudicio, seu fiducia sui audiunt solum quod carpant, neque tam utuntur literis quam abutuntur, in verbi unius aut alterius calumniæ ansam struunt, quo Poëtas in invidiam vocent: tum denique se Platonas et Aristarchos rati, si alienæ insultent laudi, utque ἄποδες, aviculæ ramos arborum,⁴ sic illi humeros bonorum affectent unde emineant. Alii, homines ignava opera atque servili sententia, δοξόσοφοι, pedarii iudices et ex aliorum ore penduli, illorum velificati auctoritati, subjudicant potius quam præjudicant. Alii barba tenus docti, piceo graves pallio, ubi a rastris ad rostra transcendierint, jamque ostrum somnare ausi, vacuum plus nimio verticem inter astra condiderint, Mercurio cum Philologia sua, quam quia ne primoribus quidem labiis prælibasse iis contigit, bona non dicunt verba, immo nuntium remittunt; Apollinem et Musas, quas quia illis ne a limine quidem salutasse datum est, eliminandos clamitant, et inscitiae suæ prætexentes sanctimoniam, cum artes omnes humaniores, tum Poëticam damnandam in totum, et, ut cum Sidonio loquar,⁵ 'ex asse' pronuntiant. Alii denique, ut in arenam meam descendam, et ad mei ordinis homulos, salva semper doctis et bene meritis reverentia, quos nemo mortalium magis colit quam ego, magis veneratur, non submitunt se Petronii arbitrio, qui generosioris Poëtæ spiritum, sanitatem amare negat, neque enim concipere aut edere partum mentem posse, nisi ingenti flumine literarum inundante: neque Senecæ,⁶ pronuntiantis, non posse eum aliquid grandius ore mortali canere, nisi qui vulgata et solita contempsit, instinctuque sacro surrexit altior, auctoritate adduci possunt, ut majorum gentium versent Poëtas; sed suos, ut ejusdem Arbitri verbis utar, ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriore verborum ambitu intexuit, putant continuo in Heliconem venisse: et quidni venerint? quando ipsis pædagogulis

NOTE

⁴ Ἀποδες, &c.] Plin. Nat. Hist. lib. x. cap. 39. et lib. xi. cap. 47.

⁵ Sidonio, &c.] Lib. iii. Epist. 14.

⁶ Senecæ, &c.] De tranquillitate animi cap. 15.

‘Fauste precor gelida’ sonet altius quam ‘Arma virumque cano,’ et Elegiaci omnes sordeant si conferantur cum ‘Qui mihi discipulus.’ Sed unde hæc, quæso, vestra gravitas tanta, sapientia, et sanctitas; immo pigritia, arrogantia, et sinisteritas? Poëtæ, quod prætenditis, obscuri sunt. Sed videte ne hoc vitium a vobis sit, qui non assidua lectione redditis eos magis familiares. Quin et commentatores satis luculenti facem præferunt: quorum tædium si vel delicati ferre non potestis, vel ad graviora forte studia properatis potius quam maturatis, en vobis sensus medullam notæ admarginales præstant. Sed inutilis est, ut causamini, eorum lectio, et, quod dixit Zeno,⁷ ad perceptionem disciplinarum nihil alienius Poëtica. Vobis quæ non legitis, an expectatis usui esse posse? Discite quid dicere Plinius solitus sit, referente nepote suo:⁸ Nullum esse librum tam malum, ut non aliqua ex parte prodesset. Ac ne virtutes et utilitates Poëticæ cogar in hoc transcurso licentioris quam institueram præfationis recensere, D. Augustino vobis auctore, colligite quæcumque ab Ethnicis scripta sunt, et in usum vestrum vindicate, possessoribus illis injustis erepta. At ex Poëtis plerique, dum tetrica volunt amœnare, verborum nuditate atque rerum obscœnitate aurium reverentiam incestant, animi mores corrumpunt. Nolite, quæso, loqui perinde ac si in Platonis Republica, aut cum perfectis hominibus viveretur: quasi vero detur sincerum aliquid, sine mali admistione purum, et ab omni terrena fæce quasi divino igne excoctum. Profert, habetis enim fatentem reum, hæc Ægyptus noxia multa, et multa salubria cultori medicamenta;⁹ habet hæc Attica ut mel optimum, ita cicutam letalem: et in amœno hoc prato urticis sæpe violæ, spinis rosæ internascuntur. Vos apum more omnia lustrate, optima libate. Neque enim, si quis ingenio bono male utatur, velitque per curiositatem esse ingeniose nequam,

NOTE

7 Zeno, &c.] Diog. Laërtius de Vitis Philos. lib. vii.

8 Referente, &c.] Lib. iii. Epist. 5.

9 Ægyptus, &c.] Plutarchus de Audientis Poëtis ex Hom. Od. A.

culpam in alium quam in se conferat. Laudato sane utriusque exemplo castigant hodie castrantque nequiores Poëtas, uti et hunc Nostrum Matthæus Raderus: quod et mihi in animo erat. Verum, partim, ne arguerer difficilia, et quæ Delio aliquo natatore atque Interprete qui Sphingem acceperit opus habent, sub prætextu obscœnitatis omisisse; partim, amicorum id a me efflagitantium precibus victus, Poëtam integrum edidi. Quoniam autem 'castum,' ipsius Catulli¹⁰ iudicio, 'decet esse pium Poëtam,' Interpretem multo magis esse oportere iudicavi, neque oleum flammæ addere, neque Veneris urticas, οὔτε τὰς ἐκ τῶν βιβλίων ἀκάνθας ἐκλέγειν, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἀξία.¹¹ consulto Epigrammata obscœniora silentio prætervexi,¹² quæ alium malo quam me explicare, alium intelligere: quorum quidem lemmata obelo in prior editione transfixi, quo vada hæc cæcosque scopulos cautius declinaret lector; non digitum ad lupanar intendi, qua me calumnia in circulo suo Græculo nescio quem agyrtam non puduit perstringere. Horrui mihi animus aperire sentinam, aut movere cloacam: neque enim volui hos esse Philænidis commentarios spurcideos, Sotadicos, Lampsacenos, Cinædipolitanos, Ramiresianos. Illis itaque prætermisissis ac suppressis, ea maxime explicare atque exornare curæ pretium duxi, quæ sublimia, acuta, mellis, leporis, piperatæque facundiæ¹³ plena, in quibus ferventis fulmen ingenii et salsa dominatur libertas. Denique, ne proloquii amplitudo angustias regulares et ipsius Myndi modulum excrescat; quoniam, ut ait Plinius,¹⁴ Benignum est et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris; obnoxii contra animi et infelicitis ingenii est, deprehendi in furto malle quam mutuum reddere: quia in tam arctati operis instituto, in quo brevitati, quantam

NOTE

10 Catulli, &c.] Epigr. xvi.

11 Οὔτε τὰς, &c.] Ulpianus apud Athenæum lib. xv. cap. 3.

12 Silentio prætervexi, &c.] Τῷ ἀποσιωπῆσαι δῆλος γινώμενος δυσχεραίνων τῷ

λόγῳ. Epict. Enchir. cap. 55.

13 Piperatæque, &c.] Sidonius Apoll. lib. v. Epist. 8.

14 Plinius, &c.] Epist. ad Nat. Historiam.

tamen ferat elucidationis necessitas, studui, non datur ubique illud profiteri, hic agnosco me secutum editionem Clarissimi Viri Petri Scriverii; consuluisse Ms. unum venerandæ antiquitatis et fidei bonæ, in Bibliotheca Bodleiana, ut et alios duos Mss. Oxonienses; usum fuisse ope commentatorum quotquot extant omnium, in consilium adhibuisse Petri Scriverii animadversiones, Gruteri notas, Facem artium, et Criticos alios, Anthologiam diligenter contulisse, Historicos insuper omnes et auctores Nostro συγχρόνους, relegisse, quos ad Poëtam intelligendum facere judicavi, quorum alios cito quandoque testes, ad alios lectorem sæpe brevitatis studio relego: neque sic tamen nihil ubivis fecisse satis, neque aliis. Ita plane deplorata jacet spes gratiæ aut etiam veniæ apud iniquiores impetrandæ. Sed gratuita usque fruuntur malitia. Ego neque ἀντιλακτίζων¹⁵ Isidis bajulos μεγάλα λακτίζοντας καὶ ἐπὶ ὄνου ἔργῳ μεγαφρονῶντας,¹⁶ neque crura suffringens canibus, qui si non latrant, hirriunt tamen;¹⁷ neque armata elidens manu anseres,¹⁸ rabioso stridore in me impetum facientes, dum alius mihi tunicam lacerat, alius vincula calceamentorum resolvit, alius crus meum serrato vexat morsu: in scientia, judicio, et candore eruditorum et cordatorum securus acquiesco:

τί με ἄ κάτω ἔλκετ' ἄμουσοι;
 Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δέ μ' ἐπισταμένοις.
 Εἰς ἐμοὶ ἀνθρώπος, τρισμῦριοι οἱ δ' ἀνάρημοι,
 Οὐδεῖς.¹⁹

NOTÆ

15 Ἀντιλακτίζων] Plutarch. de Socrate, lib. de Educat. Puer.

16 Μεγάλα, &c.] Arriani Epiet. lib. III. cap. 14.

17 Crura, &c.] Cicero pro Roscio Amer.

18 Armata, &c.] Petronius Arb. sub fine Satyræ.

19 Τί με ἄ, &c.] Diog. Laërt. Epigramm. in lib. Heracl. Anthol. lib. III. cap. 33.

M. VAL. MARTIALIS

V I T A,

EX IPSO MARTIALE. POTISSIMUM DEPROMTA,

AUCTORE

MATTH. RADERO.

M. VAL. MARTIALIS, patre Frontone, matre Flaccilla, Bilbili in Celtiberia, Claudii Imp. anno præterpropter primo, Christi XLIII. quanquam hoc ex conjectura magis, quam *ἀποδείξει*, natus, Calagurritanus fuit alumnus, quam obscurus majorum natalibus, tam clarus ingenii monumentis. De nominibus Poëtæ constat ex omnium codicum fide, qui M. Valerium Martialem præferunt: quæ, num ipse sibi asciverit, an a parentibus acceperit, in medio relinquo. Quanquam Marci et Valerii Romana nomina Romæ primum assumpta judico. Civem enim Romanum fuisse nullus dubito, cum aliis ipse civitatem impetrarit, ut III. 95. gloriatur in Nævolum :

Quot mihi Cæsareo facti sunt munere cives,

Nec famulos totidem suspicor esse tibi :

nec factum, sed natum : alioqui patronum suum carmine laudasset. Facilis vero erat tum aditus ad jus civitatis, quod Claudius tam vile fecerat, ut vitreis fractis vulgo diceretur emi. Otho vero peregrinis etiam donavit, ut Dio in

Claudio et Othone testatum reliquit. Bilbilis colonia Augusta dicta est, ut ipse scribit x. 103.

Municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri

Monte creat :

et extat in Tiberii Imp. æreo nummo, AUGUSTA BILBILIS. Vespasianus autem Plinio teste III. 3. universæ Hispaniæ jus Latii dedit, civitatem postea Caracallus. Marci ergo et Valerii nomina, more civium Romanorum, qui prænomen, nomen, cognomen ferebant, sibi poëta legit, arbitrato reor suo. Marci forte et Martialis, quod mense Martis esset editus. Illi enim Marci, ut veteres tradunt, vocabantur. Valerii nomen vel a Mæcenate suo aliquo Valerio, vel Valerio Flacco familiari poëta, vel forte ob memoriam Catulli, quem est imitatus, qui et ipse Valerius audivit, sibi sumsit: nec enim a majoribus acceptum arbitror, etsi non ignoro, nomina novis civibus assumpta ab iis, quorum beneficio civitatem impetrassent, sua vero pro cognominibus servata. Quod lib. I. de bello Gallico Cæsar ostendit, cum ait: ‘Commodissimum visum est, M. Valerium Procellum, Caii Valerii Caburri filium, cujus pater a Caio Valerio Flacco civitate donatus erat, mittere.’ Et Cicero ad Acilium: ‘Cum Demetrio Mega mihi vetus hospitium est. Ei Dolabella rogatu meo civitatem impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.’ Idem ad eundem Acilium: ‘C. Avianium Philoxenum Cæsar meo beneficio in Novocomenses retulit, nomen autem Avianii consecutus est, quod homine nullo plus usus est, quam Flacco Aviano meo familiarissimo.’ Item in Verrem: ‘Q. Lutatius Diodorus beneficio Q. Catuli a Sylla civis Romanus factus, eademque ratione de Dione, qui beneficio Q. Metelli civis factus, Q. Cæcilius Dio est appellatus.’ Sub imperatoribus, cum Romana civitas integris provinciis daretur, hi, qui civitatem Romanam consequabantur, vel Imperatoris prænomen et nomen, vel ejus, aut eorum, quorum præcipue subsidio civitatem impetrassent, nomina ferebant. Verum cum Antoninus Caracallus Imperator constitutionem edidisset, quæ lib. I. Digestorum

sub titulo de statu hominum refertur, qua omnes eos, qui in urbe Romana essent, cives esse voluit; tum pro cujuscumque arbitrio nomina sumta, aut nobilissimarum familiarum, quæ jam defecerant, aut nova excogitata, vetere vocandi consuetudine, quæ ad ea usque tempora parum certe violata perduraverat, paulatim postea labante. Quæ præcipua causa fuit (quod portento simile est) ut post Caracalli tempora, intra paucissimos annos horum nominum usus, per mille annos conservatus, omnino dissipatus, et in nova vocabula transformatus. Nam nulla deinceps nominis, prænominis, vel cognominis distinctio observata est, sed omnia in foedissimam barbariem versa antiquitatis cognitionem omni ex parte perdiderunt. Hæc Panvinus de antiquis nominibus Romanorum. Consule et Sigonium et Ursinum de nominibus et familiis Romanorum, Volaterranum Anthropol. Martialem (quamvis et hoc Romanum) a parentibus indigitatum sive a Kal. Martiis, quibus est editus, sive majorum arbitrato ob Martis cultum et memoriam censeo. Martiales porro nostro poëtæ fere æquales plures lego apud scriptores. Est apud Lampridium Gargilius Martialis, paulo tamen nostro Martiale minor. Celebrat Tacitus Cornelium Martialem primipilarem. Laudat noster Martialis Julium Martialem familiarem suum. Vixit eodem fere ævo S. Martialis, Gallorum Mystagogus Lemoicensis Pontifex, scriptis primum suis nobilitatus, dein etiam sanguine pro Christi nomine profuso purpuratus. Notus est et ille Martialis apud Herodianum lib. IV. Caracalli percussor. De Kalendis Martiis poëtæ natalitiis ita x. 24. Martialis ipse canit:

Natales mihi Martiæ Kalendæ,

Lux formosior omnibus Kalendis.

et lib. eodem ep. 92.

Martem mearum principem Kalendarum.

Coquus audit apud Lampridium in Alexandro Severo: 'ut Martialis Coci,' inquit, 'epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit hujusmodi: Cum leporem mittis.' Coquum item appellat Joannes Sarisberiensis lib.

VIII. Polycrat. cap. 6. et 13. et auctor Sophologii, VII. 12. præter alios quosdam, qui vitam Martialis conscripserunt. Quod nomen an gentilitium sit, an posthumum et hominum studio inditum, non decerno. Sunt qui censeant a conviviiis, quæ frequenter celebrat, Xeniis, Apophoretisque hoc illi nomen conditum: alii re ipsa coquum egisse principio existimant. Titius VII. 21. A majoribus adhæsisse illi potius existimem, seu parens coquus ab artificio audiit, seu a majoribus accepit. Ob tam pauca epigrammata, quibus convivia celebrat, nomenclaturam hanc indeptum esse non est vero simile. Ex hodiernis scriptoribus Casaubonus, Rob. Titius, Claudius, Musambertius seu Marcilius, iterum coquum indignant: alii negant; natumque errorem hunc ex corrupto Lampridii codice conjiciunt, quem ita legunt: *ut Martialis coce, pro quoque.* Sic enim prisce scribebatur: unde coci seu coqui vox derivata ac depravata. Meursius de gloria, Claverius in vita Persii, Ramiresius ad prim. ep. spect. Sed ego codicem illum antiquum Lampridii optarem inspicere, et in rem præsentem venire. Quid enim? in hac sola voce errarunt librarii, in ceteris emendate scripserunt? Aliud est, quod me movet, ut eam scripturam ita legendam putem, quod ipse sententiæ ordo desideret *quoque.* Sic enim Lampridius: 'Idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint, ut Martialis quoque epigramma significat.' Cognoscis, lector, quam opportune cadat hic illud *quoque?* Scripturam ergo priscam confirmat ipsa series et mens verborum. Etsi non necessario legas *quoque*: constat enim sensus nihilominus integer et perfectus, si legas *coci*: mens tamen inclinat in *quoque.* Multa etiam Scriverius super voce coci ad Epist. libro I. præfixam, et Barthius VI. I. qui cocum appellat, et super ea re disputat copiosius. Est cum *κατ' ἀρτοποιαν* epigrammatarius, ut Homerus vel Virgilius poëta, Demosthenes vel Cicero orator, philosophus Aristoteles, dicitur. Parentum nomina, nisi filius cantasset, oblivione sepulta jacerent: lib. v. immortalia reddidit ep. 34.

Hanc tibi Fronto pater, genitrix Flaccilla puellam.
Parentem tamen affirmant aliqui coquum dictum lectumque.
Uxorem habuit Clodiam Marcellam ex gente Claudia plebeia, lib. XII. 21.

Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?

et mox:

Te cito ridebit peregrinus Clodia partus,
Romanam ducat quam magis esse nurum.

Ita distichon hoc legit Josephus Scaliger ad illud Catullianum:

Dulce rideat ad patrem.

Ex Martiale tamen discis, Clodiam hanc Marcellam non Romanam, sed Hispanam et Bilbilitanam patria fuisse; ut merito dubitare possis, an ex gente Claudia Romana fuerit hæc Marcella: versum ergo Martialis rectius scripserim, ut ante habuit:

Neo cito ridebit peregrini gloria partus.

In patria laudanda tam diligens et frequens est, ut illius amantissimum facile intelligas: 1. 62.

Te, Liciniane, gloriabitur nostra,
Nec me tacebit Bilbilis.

Lib. eodem, ep. 50.

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Nostræque laus Hispaniæ,
Videbis altam, Liciniane, Bilbilin,
Equis et armis nobilem.

Lib. x. 108.

Municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis;
Ecquid læta juvat vestri vos gloria vatis?
Nam decus et nomen, famaue vestra sumus.

Et mox in sequenti:

Illinc te rota tollet, et citatus
Altam Bilbilin, et tuum Salonem
Quinto forsitan essedo videbis.

Lib. XII. 18.

Me multos repetita post Decembres

Accepit mea rusticumque fecit

Auro Bilbilis et superba ferro.

Sed de patria Martialis et de hac Bilbili plura I. 50. Romam venit, cum annum ageret alterum et vicesimum Nerone imperante: egit in urbe annos quinque supra triginta: discessit septimo et quinquagesimo. Quod ipse me docet poëta, cum XII. 31. de hortis Marcellæ uxoris ita canit:

Munera sunt dominæ post septima lustra reverso.

Lib. vero X. 104. a patria se triginta quatuor annos abfuisse adhuc in urbe degens scripsit. Porro X. 24. de suis Kalendis, monet se quinquagesimum septimum annum attigisse:

Quinquagesima liba septimamque

Vestris addimus hanc focis acerram.

Ex quibus coneludo, poëtam sub Nerone, Galba, Othone, Vitellio, Vespasiano, Tito, Domitiano, Nerva, Trajano, Romæ vixisse, cum, ut plane sentio, sub primum Trajani annum, quod ab eo negligeretur, in patriam redierit, ibique post quadriennium, summum quinquennium exactum, ultimum vitæ diem clausurit, ita ut ἐξῆκονταετησίῃς fere obierit, aut annum ultra vitam prorogarit. Obiit ergo anno post C. N. CIV. aut quinto, Trajani quarto aut quinto, Sura et Serviano iterum Coss. Olymp. CCXX. a. II. post U. C. DCCCLIV. Romæ Domitiano, immo et Tito carus gratusque fuit, magnisque honoribus et donis ab utroque ornatus: jure nempe trium liberorum, quod solum Imperator conferebat, maximæque argumentum gratiæ erat. De quo Plinius minor, Tacitus, Lipsius, alii, et nos suo loco. Gloriatur de hoc munere poëta III. 95.

Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque,

Natorumque dedit jura paterna trium.

Et IX. 98.

Rumpitur invidia, tribuit quod Cæsar uterque

Jus mihi natorum, rumpitur invidia.

Et II. 92.

Natorum mihi jus trium roganti

Musarum pretium dedit mearum,

Solus qui poterat. Valebis, uxor.

Non debet Domini perire munus.

Creatus est tribunus, quod III. 95. jactat:

Est et in hoc aliquid: vidit me Roma tribunum.

Ornatus est equestri dignitate: ibidem:

Et sedeo, qua te suscitatur Oceanus:

hoc est, specto in theatris ludos inter equites. Prædicat eandem v. 18.

Sum, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,

Sed non obscurus, nec male notus eques.

Auctus est donis in urbe et ruri. Domicilium sibi assignatum in urbe, et rus suburbanum docet IX. 98.

Rumpitur invidia, quod rus mihi dulce sub urbe est,

Parvaque in urbe domus, rumpitur invidia.

Et x. 58.

Dura suburbani dum jugera pascimus agri,

Vicinosque tibi, sancte Quirine, lares.

Item VIII. 61.

Sed quod sub urbe rus habemus æstivum,

Vehimurque mulis, non, ut ante, conductis.

Prædium Nomentanum pluribus versiculis nobilitat IV. 43.

VII. 93. X. 48. et 94. XIII. 119.

Italiæ quoque partem eam obiit poëta, quam olim Æmiliam, seu togatam Galliam dixere, nunc Lombardia cis Padum nuncupatur, ibique nobilissimas urbes lustravit: Forum Cornelii seu Immolam, unde tertium epigrammatum librum emisit; ut III. 1. et 4. scribit:

Hoc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab oris

Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.

Et:

Si, quibus in terris, qua simus in urbe rogabit,

Corneli referas me licet esse foro.

Ravennam item, olim caput Piceni, ut vetus docet inscriptio. Et in Venetorum agro Altinum, uti et Patavium et Aquileiam, &c. Aquileiam Fori Julii primariam urbem, quæ civitates adeo poëtæ arrisere, ut constituerit, extremam illis ætatem consecrare: sic enim IV. 24. testatur:

Vos eritis nostræ portus, requiesque senectæ,
Si juris fuerint otia nostra sui.

Amicis usus est, præter Cæsares, claris et potentibus, et multis: Stertinio, quem Avitum vocat, Deciano, Liciniano, Stella, Nepote, Lupo, Plinio juniore, Cornelio Prisco, Julio Martiale, Regulo oratore, Quintiliano, Quinto, Ovidio, Juvenale, Valerio Flacco, Silio, Parthenio tyrannociono, aliisque compluribus, quos passim in suis libris æternis ornat elogiis. De Statio mirantur aliqui, cum eodem tempore vixerint, idem sæpe argumentum tractarint, eosdem amicos coluerint, cur nulla amicitiae nota inter hos extet. An quod nulla singularis inter eos necessitudo et usus vitæ intercesserit? an occulta aliqua dissensio? an ingeniorum studia, mores, naturæ diversæ? an quod Statius celer, et sæpe extemporalis prope poëta, ut ex Sylvarum præfationibus discis, subito gratularetur vel Principi, cum aliquid novi vel accidit, vel conditum est, quod non videtur potuisse Martialis, aut voluisse. Quod ipsum reor fuit, cur nullus familiaritatis index aut symbolum, aut contestatio apud scriptores reperiat. Librarium puerum habuit, Afrum Demetrium, quem moriturum, sero nimis, libertate donavit, de quo i. 102.

Illa manus quondam studiorum fida meorum,

Et felix domino, notaque Cæsaribus.

Gravi morbo semel duntaxat, dum Romæ vixit, tentatus est, VIII. 25.

Vidisti semel, Oppiane, tantum

Ægrum me male: sæpe te videbo.

Lib. vi. 58. se jam prope conclamatum ait:

O quam pæne tibi Stygias ego raptus ad undas,

Elysiae vidi nubila fusca plagæ!

Domitiano sublato, Parthenio Mæcenate amico aulico a militibus interfecto, cum apud Nervam parum, apud Trajanum nihil posset; rerum urbanarum tædio affectus, urgentibus jam tædio et fatis, patriam repetivit, in eaque, confecto per triennium libro duodecimo, naturæ concessit: neque enim tam gratam et suavem

vitam, quam in patria speravit, invenit; immo æmulorum municipum dente laceratus assidue, ex ægritudine, credo, animi morbum concepit, et periit. Nam paulo post, ejus mortem Plinius eleganti ad Priscum epistola deploravit, simulque velut funebria persolvit. Forma oris et voce virili fuit, piloso et hirsuto corpore, ut illa gens plerumque solet. Hoc poëta ostendit, cum x. 65. Carmenionem carpit, seque ipsum depingit:

Hispanis ego contumax capillis,

Hirsutis ego cruribus genisque.

Os blæsum tibi, debilisque lingua est:

Nobis filia fortius loquetur.

Scripserunt eandem Martialis vitam Calderinus, Sipontinus, Georgius Alexandrinus, Petrus Crinitus, et alii hos secuti. Nos ex ipso Martiale Martialem volumus depingere. Hoc mantissæ loco addamus, quibusdam Martialem visum esse prope Christianum. Accipe ex periphrasi secunda Juvenalis Claverii verba: ' Scitum est vero, Martialem non invisum esse Christianis: nam Pudentem et Claudiam par nobile ac beato Paulo jucundissimum plurimis in coelum laudibus effert. Ac pæne auguror, tremulum quendam solis æterni radiusculum isti poëtæ tandem affulsisse: licet plura ejus vel priora in lasciviam vergant, ut hodie multis Christianis contigit.' Ego tamen nondum inducor, ut hoc ad animum admittam, nisi mihi sanctior et certior testis tabulas alias exhibeat, quod hic, quem adduxi, tam idoneus et sanctus videatur, quam ipse Martialis est. Pudens autem ille et Claudia, quos S. Paullus salvere jubet, non videntur ii, quos Martialis celebrat. Fuit enim A. Pudens Martialis, centurio profanus et Encolpo puero transcriptus, non philosophus. Præterea multo illis hi juniores, de quibus iv. 13. plenius. Pudens hospes S. Petri ordinis jam tum senatorii, non centurio. Fabulis ergo gemina, quæ narrant Britannicæ antiquitates, a nuperis scriptoribus concinnatæ.

SCRIPTORUM VETERUM
AC
RECENTIORUM QUORUNDAM
DE M. VALERIO MARTIALE
TESTIMONIA.

C. PLINIUS CÆCILIUS SECUND.

CORNELIO PRISCO SUO S.

[Epistola Lib. III. ultima.]

AUDIO Valerium Martialem decessisse, et moleste fero. Erat homo ingeniosus, acutus, acer, et qui plurimum in scribendo et salis haberet et fellis; nec candoris minus. Prosecutus eram viatico secedentem. Dederam hoc amicitiae, dederam etiam versiculis, quos de me composuit. Fuit moris antiqui, eos qui vel singulorum laudes, vel urbium scripserant, aut honoribus aut pecunia ornare. Nostris vero temporibus, ut alia speciosa et egregia, ita hoc inprimis exolevit. Nam postquam desiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Quæris qui sint versiculi, quibus gratiam retulerim? Remitterem te ad ipsum volumen, nisi quosdam tenerem. Tu, si placuerint hi, ceteros in libro requires. Alloquitur Musam, mandat ut domum meam in Esquiliiis quærat, adeat reverenter: [Lib. x. Epigr. 19.]

Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria januam, videto.

Totos dat tetricæ dies Minervæ,
 Dum centum studet auribus virorum
 Hoc, quod sæcula posterique possint
 Arpinis quoque comparare chartis.
 Seras tutior ibis ad lucernas :
 Hæc hora est tua, cum furit Lyæus,
 Cum regnat rosa, cum madent capilli :
 Tunc me vel rigidi legant Catones.

Meritone eum, qui hoc de me scripsit, et tunc dimisi amicissime, et nunc, ut amicissimum, defunctum esse doleo ? Dedit enim mihi, quantum maxime potuit : daturus amplius, si potuisset. Tametsi quid homini potest dari majus quam gloria, laus, et æternitas ? At non erunt æterna, quæ scripsit ? Non erunt fortasse : ille tamen scripsit, tanquam futura. Vale.

Ælius Spartianus, in L. Cejonii Commodi, sive Ælii Veri Vita.

Idem Ovidii libros Amorum in lecto semper habuisse ; idem Martialem Epigrammaticum poetam Virgilium suum dixisse, fertur.

Ælius Lampridius, in Alexandri Severi Vita.

Leporem quotidie habuit, venationem frequentem, sed eam cum amicis dividebat, et his maxime quos sciebat per se non habere. Nec divitibus quicquam talium munerum misit, sed ab his semper accepit. Et quod ille leporem quotidie haberet, jocus Poëticus emersit, idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos qui leporem comederint, ut Martialis Coci Epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit hujusmodi : [Lib. v. Epig. 29.]

Cum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
 Septem formosus Marce diebus eris.
 Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
 Edisti nunquam Gellia tu leporem.
 Sed hos versus Martialis in eam, quæ deformis esset, com-

posuit: Poëta vero temporum Alexandri hæc in eum dixit:
 Pulchrum quod vides esse nostrum regem,
 Quem Syrum sua detulit propago,
 Venatus facit, et lepus comesus:
 Ex quo continuum capit leporem.

Sollus Sidonius Apollinaris. Carm. ix.

Non Gaulicus hic tibi legetur,
 Non Marsus, Peto, Silius, Tibullus,
 Aut mordax sine fine Martialis.

Idem Carm. xxiii.

Quid celsos Senecas loquar, vel illum
 Quem dat Bilbilis alta Martialem,
 Terrarum indigenas Ibericarum?

Joannes Saresberiensis, Curial. Nugar. lib. vii. cap. 12.

Poëticum illum te subito miraberis invenisse pictorem,
 qui ad omnia, quæ necessitas exigit, scit fortasse simulare
 cupressum. Desipit ita Rufus in Nævia, a qua eum, teste
 Coquo, nullus casus avertit. Nam

Quicquid agit Rufus, nihil est nisi Nævia Rufo;

Si gaudet, si flet, si tacet, hanc loquitur.

Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit, una est

Nævia: si non sit Nævia, mutus erit.

Lib. i. Epigr. 68.

Idem lib. viii. cap. 6.

Peregrinos odores non nisi dissolutis et amatoribus con-
 venire, Comicus et Coquus docent.

Idem lib. eod. cap. 13.

Nam fœnerator ut plus recipiat, interdum aliquid prælar-
 gitur. Unde Coquus:

Munera quod senibus viduisque, &c.

Lib. iv. Epigr. 56.

Vetus Glossarium Latinum.

Petaso, Petasonis; perna, baconis. Martialis Coquus:

Et pultem dubiam cum petasone voras.

Extat Lib. III. Epigr. 77. ubi vulgo, 'Et pulpam dubio.'
Laudatur ab eodem Glossographo etiam alibi, et sub Martialis Coqui nomine præterea funginum hoc Distichon:

Defungi fungis homines, Macrine, negabas:

Boleti leti causa fuere tui.

Angelus Politianus, Miscellan. cap. 6.

Nimis enim foret insubidus Poëta: quod nefas credere.

Idem cap. 52.

Sane per totum Epigramma signate usus est verbis argutissimus Poëta, &c. ut sic hoc Epigrammate nihil utique pensitatus.

Idem in Declamatione pro Quintiliano.

Ut ab ingeniosissimo Latinorum Epigrammatum poëta, et 'vagæ juventutis moderator,' et 'Romanæ gloria togæ' vere meruerit appellari.

Jovianus Pontanus, lib. III. de Sermone, cap. 18.

Valerius Martialis artificiosissimus Epigrammatum scriptor, ita in iis quidem jocus est, ut frequentius carpat, quam delectet: tametsi e demorsione ipsa delectatio quoque paritur. Adhæc dictis ejus partim occultissima quædam insunt spicula; partim verba quæ non solum a faceto sint aliena, verum aut obscœna ipsa admodum scurriliaque, aut maxime ampullosa et acida: quod quidem Hispanicum est. Sunt tamen dicta ejus in universum arguta, subtiliterque conquisita; abstrusæ sententiæ, eædemque raræ, salsæ, aculeatæ: inventiones vero maxime acutæ: verba præcipue accommodata, quæque non prima tantum facie, atque in ipso explicatu, lectorem alliciant atque auditorem; verum quæ in ejus animo relinquant tacitam quandam quasi sub-

titillationem. Nihilo tamen minus iis, non pauca quidem animadvertas, quæ digna prorsus sunt facetis ac temperatis ingeniis: retineantque decorum illud, quod virtutis hujus, de qua præcipimus, maxime est proprium.

Julius Cæsar Scaliger, Poëtices lib. III. cap. 126.

Epigrammatis virtutes peculiare, brevitatis et argutia; hanc Catullus non semper est assecutus. Martialis Poëta argutissimus nusquam omisit.

Idem lib. VI.

Ne Martialem quidem transferre libet ad meliora. Multa sunt ejus Epigrammata divina; in quibus et sermonis castitas, et argumenti species luculenta est. Versus vero candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia fœda ne legerim quidem, tantum abest ut ad censuram vocem.

Adrianus Turnebus, Advers. lib. VIII. cap. 4.

Quid vetat attingere festivissimi Poëtæ Martialis lusus, atque in his operam ludere? Non semper supercilia adducenda sunt.

Idem lib. XIII. cap. 19.

Cum a lepidissimo Poëta, nec enim illis assentior, qui scurram ineptum eum appellant, neque satis elegante Musa libros Epigrammatum scripsisse autumant, lib. III. Epigr. 93. canitur:

Admittat inter bustuarias moechas, &c.

Justus Lipsius, de Amphit. cap. 15.

Designatorum facete sæpe meminit auctus et capitalis ille Hispanus.

Idem ad Janum Lernutium, 1. Epist. Quæst. Epist. 5.

Quid censes tu? non melius de Martiale Scaliger judicavit, qui versus ejus candidos, numerosos, plenos, Epigrammata multa divina dicit: quam ille, qui scurram de

trivio appellat? Nollem excidisset viro magno hoc iudicium iudicii dissimile. Nihil ad Catullum Martialis, scio: sed et hoc scio, Epigrammata illa nec in trivio nata, nec omnia in triclinio. Multa fœ a, obscœna in Martiale: et mehercule in uno Catulli libello non pudiciora, sed pauciora. Ignorat sæculum illud, qui hoc accusat.

Et cetera, qui ibi sequuntur tanto viro indigna. Pudet me iudicii: quod infra inter Infelicium Criticorum iudicia merebatur locum. Sed reliquis tuis meritis lucrifecisti, mi Lipsi, hanc notam censoriam.

SINISTRA QUÆDAM JUDICIA

INFELICIUM CRITICORUM

DE

MARTIALE.

Raphaël Volaterranus, Commentar. Urbanorum lib. xvii.

M. Valerius Martialis, Poëta Epigrammatum, e Bilbili oppido Celtiberiæ. Romæ annos triginta commoratus, in Hispaniam demum revertit, pauper admodum, et viatico a Plinio Nepote, ut in ejus Epistola declaratur, adjutus. Amicos coluit Stellam, Silium Italicum. Ascitus et in ordinem Equestrem, et jura trium liberorum adeptus est: reliquit Epigrammatum librum omnino rejiciendum, quippe qui neque elegantiae Latinæ neque moribus prosit.

Paulus Jovius, in Elogiis Virorum literis Illustrium, in Marco Antonio Casanova.

M. Ant. Casanova, Comense patre Romæ genito, arguti Epigrammatis palmam detulit illa ipsa Roma, severæ auris

judicio superba; nec unquam in confesso pudore Poëtis adulatrix: quod lepida, et salsis finibus aculeata carmina factitaret. Elocutioni casta tamen puritas ac in numero sæpe duro lenitas defuit: qualis in Catullo prætenere Poëta conspicitur: cum ingeniose mordaci et impuro Martiali per-similis esse mallet, ut una præsertim peracutæ circum-ductæque sententiæ gloria duceretur, &c.

Andreas Naugerius, Auctore in iisdem Elogiis P. Jovio.

Cum Epigrammata præstanti judicio lepidissime scribe-ret, non salsis aculeatisque finibus, sed tenera illa et præ-dulci prisca suavitate claudibat, adeo Martiali severus hostis, ut quotannis stato die Musis dicato multa ejus volumina, tanquam impura, cum execratione Vulcano di-carentur.

Alia sinistra infelicium Criticorum judicia vide in Mar-tiale P. Scriverii.



M. VAL. MARTIALIS
DE
SPECTACULIS
LIBELLUS.*

I.

IN AMPHITHEATRUM CÆSARIS.

BARBARA Pyramidum sileat miracula Memphis;
Assiduus jactet nec Babylona labor;

Barbara Memphis taceat admirandas pyramides, nec labor improbus ostendet

~~~~~

\* Hunc Libellum, quia in eo quædam Martialis temporis non conveniunt, multa ingenium nostri Poëtæ parum sapiunt, ex mente DD. VV. Jani Rutgersii Var. Lect. Lib. v. cap. 15. et Petri Scriverii in Animadversionibus suis, Martiali abdicatum atque ad calcem rejciendum curavit Farnabius: Idque non sine exemplo et auctoritate codicis Mæ. qui habetur Oxoniæ in celeberrima Bibliotheca Bodleiana. Ubi etiam extremo loco post Apophoreta inscribitur: *Ad Cæs. de Amphitheatro, Marci Val. Martialis Epigr. lib. decimus quintus.* Ant. de Rooy. inscrib. *Diversorum Poëtarum Spectacula*; unius enim Martialis, inquit, hunc factum esse, haud facile adducar ut credam, et summo jure dedum dubitarunt eruditi. Theodorus Marcilius: *In Amphitheatrum et Venationes Cæsaris Domitiani.*

2 *Assyrius* Andreas Alciatus, quem secuti sunt Junius et Schotus.—3 Non-

NOTE

1 *Memphis*] Urbs Ægypti nobilissima, secundum plerumque hodie *le Caire*. Cum tamen ab altera parte Nilii fuerit, e regione Calri, cujus nihil extare præter nomen, Menchis, putat Postellus, vana est illa opinio.

Strabo lib. xvii. ait, 'Pyramides, quæ apud Memphim sunt, in ulteriore regione apparere,' scilicet Babylonis castelli natura muniti a Babylonis quibusdam conditi, ut ait idem Strabo: "Ἔστι δὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ Δέλτα τρι-

Nec Triviæ templo molles laudentur honores;  
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.

*Babylona: nec celebrentur delicata ornamenta templi Dianæ, et ara referta*

nulli *moles* l. *Iones*; Raderus enim e conj. Scaligeri scripserat, *molles* l. *Iones*; idque exhibet ed. Par. 1754. et Gronovius nil verius elegantiusve judicat. Hinc D. Heins. ad Claud. x. 88. *mores laudentur Iones*. Petitus rescribendum conj. *herones* ex Plin. xxxvi. 16. *molles* l. *honores* omnes codd. testantur.

#### NOTE

*ορχομενὸς ἀβρίπ* tribusschœnis a Delta dissita est Memphis nempe. Schœnum ex eodem Strabone libro citato triginta stadia complectitur; secundum Herodotum sexaginta: stadium vero mensura est pedum sexcentenarium, ut tradit Budæus ex Herodoto lib. ii. de labyrintho loquente. Plinius lib. ii. cap. 23. ait: 'Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, pedes sexcentos viginti quinque.' Barbaram dicit Memphim, quod Romani, præter Græcos, omnes alios populos barbaros vocarent. Apud hanc urbem Ægyptii Reges potius ad ostentationem, quam ad usum, Pyramides extruxere, adhuc extantes, quæ inter septem orbis miracula annumeratæ: sunt vero quadratæ moles, quæ ab ima et latissima basi paulatim in apicem desinentes summam in altitudinem crescunt.

§ *Assiduus labor*] Alii hunc laborem referunt ad scriptores, qui multis laudibus Babylonem extulerunt; estque idem, inquit, quod Horatius i. Od. 7. vocat nunc opus: 'Sunt quibus unum opus est intactæ Palladis urbem Carmine perpetuo celebrare.' Sed Poëta comparat Amphitheatrum cum alio ædificio, itaque alii melius meo judicio laborem illum assiduum referunt ad Babylonis muros, quorum ambitus quadringenta et octoginta stadia complectebatur teste Herodoto lib. i. ita ut ingenti labore fuerint perfecti, et inter orbis miracula

recensiti. *Assiduus* ergo labor sumitur hic pro ingenti, et improbo. Babylon vero urbs fuit celeberrima ad Euphratem, cujus situm fusc explicat Herodotus lib. i. de qua Ovid. Met. iv. 'Ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.' De pensilibus illius hortis tum ab Historicis tum a Poëtis narrantur multa. Alii legunt *Assyrius labor* quod Babylon olim fuit Metropolis Assyriæ. Strabo lib. xvi.

§ *Nec Triviæ*] Diana dicta est Trivia, quod in trivis coleretur, unde a Græcis dicitur *Τριπότῆς*, hoc est in trivio constituta. *Molles honores* intellige signa in templo Dianæ, columnas, ipsum denique templum summo artificio elaboratum; *molles* autem delicatissimos et quasi vivos interpretare. Sic Virg. Æn. vi. 'Excudent alii spirantia mollia vira, Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.' Ephesus Ionis regionis Asiaticæ urbs nobilis ab hoc Dianæ templo: quare legunt alii *molles Iones*. Quæ lectio non displiceret si antiquis in codicibus reperiretur: hoc est, nec celebrentur molles Iones a templo Dianæ Ephesiæ: sententia perspicua est, Iones nempe effeminatos adeo non esse laudandos a templo quod Dianæ ædificaverunt, nec Cares a Mausoleo, nec Babylonios a suis muris, nec Delios ab ara cornea, nec Ægyptios a suis Pyramidibus; cum omnia illa ædificia longe superet Am-

Aëre nec vacuo pendentia Mausolea

5

Laudibus immodicis Cares in astra ferant.

Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro :

Unum pro cunctis fama loquatur opus.

*cornibus sileat Deum: nec Cares commendatione nimia in cælum tollant monumentum Mausoli suspensum in aëre vacuo. Omne opus det primas Amphitheatro Cæsaris, et fama prædicet unicum illud ædificium pro omnibus.*

\*\*\*\*\*

Ceterum Scriv. interpungit : *Nec T. t. moles laudentur : honores Diasimuletque, &c.* Vide Notam.—5 Ed. Junt. an. 1512. penes Editorem in marg. habet *Moëseia*, cujus etiam meminit Marci. Vide Jul. Front. de Limitibus.—6 *Laudibus innumeris* in quibusdam edd. vett. *immodicis* in codd. cum Ald. Junt. Gryph. &c.—8 Cod. Bodl. *præ*, quod receperant Scriv. Schrevel. et Ed. Par. 1754. alii codd. *pro* ; et sic edd. vett. et Ald. Junt. et Gryph.

#### NOTÆ

phitheatrum a Vespasiano exstructum, Suetonius in Vespasiano cap. 9. et a Tito dedicatum, in Tito cap. 7. 'In quo spectacula magnifica assidue et sumptuosa edidit Domitianus,' idem Suetonius in Domitiano cap. 4. unde dicitur hic Spectaculorum liber. Exstructi autem Amphitheatri tandem Domitiano tribuit nooster Poëta.

4 *Cornibus ara*] *Βοῦδος κερεινός*, ara cornea, inter septem orbis miracula recensita, quam in insula Delo, hodie *Stiles*, ex cornibus caprarum a Diana sorore interfectarum extruxit Apollo, non tanquam divinum opus se jactet cum ab Amphitheatro mortali manu facto longe superetur. De cornea hac ara agit Callimachus in Hymno Apollinis ; et Ptolemaeus, de animalium solertia, scribit hanc aram inter orbis miracula positam. Alii minus bene videntur intelligere templum

Jovis Hammonis apud Nasamonas Libyæ populos in ora Syrtis. Strabo lib. xvii. Alii, *Diasimulet Delon*.

5 *Mausolea*] Id est, Sepulcrum Mausoli regis Carie conditum ab Artemisia uxore, et enumeratum inter orbis miracula. *Pendentia* dixit quia columnis erant suffulta. Vide lib. ii. Epig. 14. 'Inde petit centum pendentia tecta columnis.' Cares vero Asiam minorem habitarunt contra Rhodum : caput regni Halicarnassus ubi Mausoleum spectabatur : de quo Vitruvius lib. ii. cap. 8. et Plinius lib. xxxv. cap. 5.

8 *Unum præ*] Alii *præ*. Lipsius de Amphitheatro cap. 7. 'Intelligit,' inquit, 'hoc Titianum : nec ad Domitianum illa, aut de Domitiano, ut halicarnasus interpretam vulgus.' Jndicet lector ex his quæ supra diximus.

## II.

## IN OPERA PUBLICA CÆSARIS.

Hic ubi sidereus propius videt astra colossus,

Et crescunt media pegmata colsa via;

Invidiosa feri radiabant atria regis,

Unaque jam tota stabat in urbe domus.

Hic, ubi conspicui venerabilis Amphitheatri

5

Erigitur moles, stagna Neronis erant.

*Odiosa aula crudelis regis Neronis hic splendebat, et jam unicum domicilium erat in tota civitate, ubi radiatus colossus aspiciat astra propius, et pegmata altius surgunt media via. Hic erant stagna Neronis ubi exstruitur moles veneranda*

Inscriptio in cod. Bodl. *De operibus circa amphitheatrum*: 'verum haud ita apposite; quale erat ingenium eorum qui lemmata præfixerunt omnibus Epigram. præterquam lib. xiii. et xiv. quæ ipsius auctoris sunt.' Fern. In cod. Thuan. *De operibus cingentibus Amphitheatrum*, teste Gronovio. In edd. vett. Ald. Junt. Gryph. aliis: *Ad eandem Cæsarem*. Marcil. malit: *De operibus Domitiani*.—1 Legitur et *propior*, estque pathos Metonymicon: altitudinem enim exprimit Colossi, nam quo altior fabrica, hoc cælo *propior* est.

## NOTÆ

1 *Hic ubi sidereus*] Plinius lib. xxxiv. cap. 7. 'Audaciæ innumera sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colossos vocant, turribus pares.' Sidereus vero dicitur colossus quia a Vespasiano Soli dicatus est, vide Plinium loco citato, et Suetonium in Vespasiano cap. 18. 'Colossi refectorem insigni congiario magnaue mercede donavit.' Ille enim colossus secundum Suetonium in Nerone cap. 31. 'centum viginti pedum stabat ipsius Neronis effigie:' in eodem hoc capite recensentur ædificia quorum mentionem hic facit Martialis, qui pergit Domitiano tribuere quæ a Vespasiano et Tito ædificata fuerant; alii tamen putant hæc ad Titum referri: 'Hic colossus, erectus sub Nerone, refectus a Vespasiano, ac demto capite Neronis, et Solis adjecto cum septem radiis, Soli dicatus fuit,' &c. Hieronymus in Habacuc. cap. 3. Vide lib. xii. Epigr. 60.

2 *Pegmata*] Fuerunt machinæ quas sic describit Scaliger in Manil. lib. v. 'Erat autem pegma contabulatio quæ sponte surgebat sensim, et dissolvebatur.' De his machinis Plinius lib. xxxiii. cap. 33. Seneca Epist. 88. 'His annumeres licet machinatores, qui pegmata ex se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates; aut dehiscentibus quæ coherebant, aut his quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant parlatim in se residentibus.'

3 *Invidiosa feri*] Tacitus Ann. xv. 'Ceterum Nero usus est patriæ ruinis, exstruxitque domum in qua haud perinde gemmæ et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna, et in modum solitudinum, hinc sylvæ, inde aperta spatia, et prospectus.' Mox 'Superbus ager' dicitur, vel quia amplissimus, vel quia Neroni peculiaris, nec populo communis.

Hic, ubi miramur velocia munera thermas,

Abstulerat miseris tecta superbus ager.

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,

Ultima pars aulæ deficientis erat.

10

Reddita Roma sibi est; et sunt, te præside, Cæsar,

Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

*spectandi Amphitheatri. Hic campus superbus eripuerat domos ab ærummosis civibus, ubi nobis admirationi sunt balnea celeriter exstructa. Extrema pars erat atrii desinentis, ubi Claudia porticus dilatat umbras. Roma sibi restituta est, et, te Imperatore, Cæsar, sunt populi, quæ fuerant voluptates domini Neronis.*

## NOTÆ

7 *Velocia munera*] Thermæ enim velociter a Tito fuerant exstructæ in gratiam populi. Suetonius in Tito cap. 7. 'Amphitheatro dedicato, Thermisæ juxta celeriter exstructis.'

9 *Claudia*] Quam eandem cum Livie porticum, de qua Plinius lib.

xiv. cap. 1. affirmant aliqui; alii vero diversam fuisse statuunt.

12 *Quæ fuerant domini*] Odiose Neronem vocat dominum, qui nempe civibus Romanis veluti servis imparet.

## III.

## DE GENTIUM CONFLUXU ET CONGRATULATIONE.

QUÆ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar,

Ex qua spectator non sit in urbe tua?

Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Hæmo,

Venit et epoto Sarmata pastus equo;

*Quæ natio, o Cæsar, tam remota et tam barbara ex qua aliquis spectator non videatur in tua civitate? Incola Thracius advenit ab Orpheo Hæmo. Sarmata*

In cod. Bodl. inscribitur: *De nationum consensu*: Junt. *Ad eundem*: in aliis vet. *Ad eundem Cæsarem*.—4 *Venit et e poto* Junt.—5 *Eadem habet, de prenai*

## NOTÆ

3 *Venit ab Orpheo*] Rhodope et Hæmus montes sunt Thraciæ. Orpheus Hæmus dicitur, quia ad eum habitarent parentes Orphæi, vide Plinium lib. iv. cap. 1. et cap. 11. ubi agit de patria Orphæi.

4 *Sarmata pastus equo*] Hoc est, a Septentrione Sarmatæ venerant, a meridie incolæ Nili. Ab Occidente

Hispani vel Britanni. Ab Oriente Arabes. Sarmatia duplex est, Europæa et Asiatica. Europæam, 'Rusiam,' vocat Ortelius, Asiaticam vero 'Tartariam.' 'Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulvis aluntur, et cruda etiam farina, equis lacte, vel sanguine e cruris venis admixto.' Plinius lib. xviii. cap. 10. sub finem.

Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,

5

Et quem supremæ Tethyos unda ferit.

Festinavit Arabs, festinavere Sabæi;

Et Cilices nimbis hic maduere suis.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,

Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

10

*quoque nutritus sanguine equi hausto, atque ille qui potat aquam primam Nili cogniti, et ille qui percutitur unda extremi maris. Arabes properaverunt, Sabæi accurrerunt, et Cilices resperati fuerunt suis imbris. Sicambri accessere capillis coactis in nodum, atque Æthiopes coma alio modo religata. Loquela varia quidem*

*f. Nili; et pro v. l. a marg. immensi, metro obstante. Certat aliquis Nostrum scripsisse; Et qui prima bibit septeni flumina Nili; vel, Et qui prona bibit septeni, &c. sed prius magis arripet.—9 Sygambri scribendum præferunt viri docti. Vide Interpretes ad Ovid. Am. 1. 14. 49. et Valesiana p. 91.*

#### NOTÆ

5 *Et qui prima*] Et venerunt illi Æthiopes, qui regionem incolunt, ubi emergit primum ac deprehenditur Nilus. De quo fusc Plinius lib. v. cap. 9. 'Nilus incertis ortus fontibus it per deserta.' Et paulo infra: 'Originem, ut Juba rex potuit exquirere, in monte inferioris Mauritanie non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem.' Dio in Severo affirmat originem Nili fuisse inventam: 'Nilus a monte Atlante certo finit, qui mons est in Macennitide, non longe ab Oceano, qua parte spectat ad occasum solis.' Prisci tamen quam plurimi negant Nili fontes fuisse deprehensos, maxime Seneca Quæst. Natural. lib. vi. cap. 8. Papinius Sylvarum lib. iii. Horatius iv. Od. 14. et multi alii: videat lector. Fontes Nili repertos fuisse constat, ex iis quæ referunt Patres Societatis Jesu Alphonsus Mendez, Almeyda, maxime Hieronymus Lobus, nempe in regno Goyam ad duodecimum gradum Latitudinis Borealis, et quinquagesimum quintam Longitudinis gradum in regione Sacahals, quam incolunt Agavi. Illic lacus est jac-

tum lapidis latus, in quo sunt duo fontes a se invicem triginta passibus distantes, qui nostrorum puteorum figuram referunt; ex his emanat fluvius Nilus, qui per alterum deinde lacum transit seque in terram abdit. Ad milliare vero inferius emergit rursum ea aquarum copia auctus, ut fluvii nomen consequi possit. Orientem versus finit. A sua origine quadraginta millaria emensus lacum Dambeam vulgo Bardambeam ingreditur, &c. quæ fusc describuntur in Synopsi Historiæ Æthiopiciæ. Vide librum inscriptum, 'Recueil de Divers Voyages faits en Afrique,' &c.

6 *Suprema*] Tethys Oceani uxor pro mari ipso sumitur. Hic intellige Britannos, vel Hispanos qui sunt ultimi ad solem occidentem; ubi mare inquietum et undosum toto anno, unde dicit, *ferit*. Thetis vero Pelei conjux fuit et mater Achillis.

7 *Sabæi*] Populi Arabiæ Felicis.

8 *Cilices*] Cilicia, Asiæ minoris regio, hodie vocatur 'Turcomania' et 'Finichia,' ubi est crocus præstantissimus, cui primam nobilitatem tribuit Plinius lib. xxi. cap. 6.

*Hic maduere*] Nam croco trito et

Vox diversa sonat: populorum est vox tamen una,  
Cum verus PATRIÆ diceris esse PATER.

*est, altamen unus est sermo eorum nationum, cum verus patria parens appellaris.*

—11 Cod. Bodl. *Vox diversa sonat populorum: et vox, &c.* Junt. *Vox d. s. populorum, est, &c.* Thuan. ap. Gronovium, *tum tamen una est.*

## NOTE

mixto vino dulci irrigabantur, odoratis quoque imbribus perfundebantur spectatores.

9 *Sicambri*] Teste Strabone Gallis sunt populi, ubi hodie Gueldriæ Ducatus. Ut Martino placet, nempe, inter Mosam et Rhenum. Secundum alios fuerunt ab altera parte Rheni, ubi hodie Zutphanis Comitatus. In nodum torquere crines solebant illi populi. Lib. v. Epigr. 39. 'Rhenique

nodos.' Tacitus de Moribus Germanorum hunc ritum speciatim tribuit Suevis: 'Insigne gentis obliquare crinem, nodoque subtringere.' Juvenalis Sat. XIII. vs. 164. 'Cœrula quis stupuit Germani lumina, flavam Cæsariem, et madido torquentem cornua cirro?'

10 *Atque aliter tortis*] Æthiopum comæ natura et ardore Solis crispæ sunt, Germanorum vero arte.

## IV.

AD CÆSAREM, QUOD EXPULERIT DELATORES.

TURBA gravis paci, placidæque inimica quieti,

Quæ semper miseras sollicitabat opes,

Tradita Gætulis; nec cepit arena nocentes;

Et delator habet, quod dabat, exilium.

*Multitudo infensa paci, atque adversaria quieta tranquillitati, quæ assidue vexabat divitias miserorum civium, ducta est cum inscriptionibus, nec arena continuit reos, et accusator mulctatur exilio, quo mulctabat alios. Accusator fugitivus*

In nonnullis inscribitur: *Ad Cæsarem de delatoribus.*—8 *Traducta est Gætulis* scripsit Junius: *Traducta est Gætulis* cod. Bodl. *Gethicis* aut *Gyaris* legendum putavit Merula; quam posteriorem lectionem reposuit Aldus; eamque alii vett. codd. comprobarent, retinendam esse censet Pulmannus: alii *Cybiris*: Lipsius *Traducta est titulis*, probantibus Radero et Ramir. de Prado: *Tradita Gætulis* Junt. Gryph. Scal. Scriv. ed. Par. 1754. aliæ. Nostram lect. firmat

## NOTE

8 *Tradita Gætulis* [*Traducta est titulis*] Sic legit Lipsius in notis ad lib. II. cap. 11. de Cruce: 'Titulis enim vult, [Martialis scil.] traductos dela-

tores: quomodo? nonne omnium unus est communis? non hic: quia additum, quos et quam illustres quisque detulisset.' Exempli causa. Hic est

Exulat Ausonia profugus delator ab urbe :  
Impensis vitam principis annumeres.

5

*amandatur ab urbe Roma : vitam addas sumptibus Imperatoris.*

~~~~~

Aldi Manutii cod. quam et S. Marionis liber asserit, et Catanensis probat.—5 Distichon hoc a præcedenti tetrasticho dividunt Scal. et Scriv. ut sit aliud Epigramma, cum hoc titulo : *De lisdem* : et sic dedit Ed. Par. 1754.

NOTÆ

Titius, qui Camerinum detulit. Hic qui Lateranum, et talia. In libris legitur: *Traducta est Gætulis*: in aliis: *Tradita Gætulis*, et emendarunt: *Traducta est Gyris*, quod ego et ratio facile refellant.' In hoc libro, de Cruce, fuscæ agit Lipsius, de titulis quos damnatibus apponere solebant antiqui.

Neo cepit] Tantus forte erat delatorum numerus, ut in arena contineri non potnerint: vel, intellige tantummodo ignominie causa traductos fuisse per arenam, et deinde in exilium missos. Sensus est: Delatores non fuerunt addicti arenæ. Suetonius in Tito cap. 8. mentem nostram explicuit: 'Inter adversa temporum et

delatores mandatoresque erant, ex licentia veteri. Hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac novissime traductos per Amphitheatri arenam, partim subijci in servos, ac venire imperavit; partim in asperrima insularum avehi.' Alii legunt, in *asperrimas insularum*.

5 *Ausonia ab urbe*] Romam intellige. Italia dicta est Ausonia ab Ausonio Ulyssis et Calypsus filio.

6 *Impensis*] Hoc est, muneribus exhibitis. Nimirum præter alia munera quæ in civium gratiam exhiberi jussit Domitianus, dedit vitam, quoniam ejecit delatores qui vitæ et bonis civium insidiabantur.

V.

DE PASIPHARS SPECTACULO.

JUNCTAM Pasiphaën Dictæo credite tauro.

Vidimus: accepit fabula prisca fidem.

Fidem adhibete Pasiphaën conjunctam fuisse tauro Cretensi. Spectamus;

~~~~~

*Blanditur Cæsari* inscriptio est in codd. cum Ald. Junt. Gryph. et aliis edd. vett. *De Pasiphaë* Ramires de Prado: *De spectaculo Pasiphaës* Marcellinus.—1 *Junctam Pasiphaën Dictæo credite tauro* Vidimus Ald. Junt. Gryph. et aliæ vett. 'Post nomen *tauro* appone Periodi notam, quod ibi absolvatur sententia.'

#### NOTÆ

1 *Junctam Pasiphaën*] Pasiphaë, filia Solis, et uxor Minois Regis Cretæ, arsit amore tauri. Hæc fabula satis

nota.

*Dictæo*] Cretensi, a Dicte monte Cretæ.

Nec se miretur, Cæsar, longæva vetustas :  
Quicquid fama canit, donat arena tibi.

*fabula antiqua facta est vera. Nec antiquitas remota, o Cæsar, sibi nimium placeat: quicquid fama narrat, idipsum tibi suppeditat arena.*

Ramirez.—3 *Nec sua miretur* conj. Ant. de Rooy, ut ap. Tacit. Ann. II. cap. ult. 'Caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur.' Habet tamen, quo se teneatur, recepta lectio. Vide lib. XIII. Epigr. 2.

## NOTE

3 *Nec se miretur*] Propter sua miracula, aut potius propter fabulas, quæ in Amphitheatro Domitiani vere representabantur. Simile spectaculum exhibuerat Nero. Suetonius in Ne-

rone cap. 12. 'Taurus Pasiphaën ligneo juvenem simulacro abditam inlit, ut multi spectantium crediderunt.'

## VI.

FÆMINÆ IN AMPHITHEATRO CUM LEONE CERTAMEN.

BELLIGER invictis quod Mars tibi sævit in armis,  
Non satis est, Cæsar; sævit et ipsa Venus.  
Prostratum Nemees et vasta in valle leonem,  
Nobile et Herculeum fama canebat opus.

*Non sufficit, o Cæsar, quod Mars bellicosus tibi fuit in armis insuperabilibus; Venus quoque ipsa fuit. Fama narrabat egregium Herculis factum, leonem*

*Blasphemia Cæsari hic etiam in nonnullis codd. et edd. vett. De venatione mulierum Marcell. 'Inscriptio in cod. Thuan. hæc est: De Jul. April. qua die omnis venatio per mulieres confecta est. Apparet legendum De Idibus Aprilibus. Recte hariolatus est Scriverius hoc Epigramma in duo secundum. Nam primum distichon sufficit sibi. Sequentibus duobus etiam novum lemma præponit Thuan. Ms. De venatrice, qua leonem prima forma venabulo cepit. Ubi notandum illud, prima forma; nam sic Justinus lib. xv. cap. 4. leo ingentis formæ.' Gronov. De faminarum pugna cum bestiis ed. Par. 1754. in qua dividitur Epigramma, cum hoc altero lemmate: De Eadem.—1 Gruterus tam hic, quam in sequenti versu, reponi posse credit, servit.—2 Nostram lectionem servant omnes fere codd. et edd. vett. Scriverius*

## NOTE

1 *Mars tibi sævit*] Hoc est, in specie figuræ tæ: ut in Augusti specie Mercurius pugnavit in terris. Horatius I. Od. 2. Sic Marcellinus. Vel in tuam gratiam sævit. Videat lector.

2 *Sævit et ipsa Venus*] Hoc est, non viri tantum tibi venatores, sed et fæ-

minæ tibi sunt venatrices. Suetonius in Domitiano cap. 4. 'Nam venationes gladiatoresque, et noctibus ad lychæuchos,' (Supple, commisit), 'Nec virorum modo pugnas, sed et fæminarum.'

3 *Nemees*] Sylva est in Pelopon-

Delph. et Par. Clas.

Martial.

C

Prisca fides taceat: nam post tua munera, Cæsar,  
Hæc jam foeminea vidimus acta manu.

5

*præfigatum deserta in valle Nemeæ. Vetera monumenta silleant: etenim, o Cæsar, post tua spectacula, jam spectavimus hæc facta manu muliebri.*

emendavit, *Prostratum Nemeæ, sed vasta mole, leonem*; cf. infra Epigr. 16. et Ovid. Met. ix. 197. *sed vasta in valle, leonem* Gronov. *P. vasta Nemeæ in v. l. Marcellus*, ne otiose abundet et; vel, *P. N. et vastum in valle leonem*: Gruterus, *præ vasta in valle*: Ant. de Rooy *vastata valle*, vel *in valle*, nempe per leonem; cf. Claud. R. P. iii. 168. et Rufin. i. 286. 'Illud et,' inquit, 'huc forsitan irrepsit ex ultima syllaba *τὸν Νεμῆϊς*; et extrema in *vastata* facile properanti scribæ excidere potuit: vel sciolus aliquis, verum syllaba abundare videns, si *τὸ* et servaretur, geminationem mediæ in *vastata* sustulit.' Anonymus quidam in Epist. Crit. ad eundem Ant. de Rooy, proposuit *P. Nemeæ in vasta valle leonem*, quod jamjam e codice quodam protulerat Steph. Claverius: idem Anonymus conj. etiam *infesta valle*.

## NOTE

neso inter Mycenæ et Nemeam, ubi leo ab Hercule fuit interfectus. Legunt alii: *Prostratum Nemeæ in vasta valle leonem*.

6 *Hæc jam foeminea*] In arenam

enim descenderunt Romanæ foeminae. Juvenal. Sat. i. 'Mævia Tuscum figat aprum, et nuda teneat venabula mamma.'

## VII.

## PÆNA LAUREOLI.

QUALITER in Scythica religatus rupe Prometheus

Assiduam nimio pectore pavit avem:

Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso,

Non falsa pendens in cruce Laureolus.

*Quemadmodum Prometheus, Scythico saxo affixus, visceribus renascentibus nutrit vitulæ volucrem adhaerentem: ita Laureolus suspensus in patibulo non facto obicit*

Lemma non *De pæna Laureoli*, sed *De fabula Laureoli* esset scribendum, inquit Ramires de Prado. *Pæna Laureoli* exhibent codd. et edd. vett.—2 *Assidue minimo pectore* in nonnullis scriptis, i. e. consumto, sed renascenti indies: *Assiduam nudo pectore* legunt alii; *Assiduam vivo viscere* conj. Scriv. L. e. fecundo, immortalis: *pascit avem* citat Marcellus.—3 *Caledonio* Junt. *Calydonio* in aliis vett. *sic viscera* cod. Bodl. et sic corrigit etiam Gruterus, quia su-

## NOTE

1 *In Scythica rupe*] In Caucaso, quem Scythæ accolunt: et pars est Tauri montis, inter Pontum Euxinum et mare Caspium. Vide lib. ix. Epig. 46. infra. Nota est Promethei fabula, quem Caucaso affixit Jupiter,

quod furtim e cælo ignem subdixisset; ex cujus renascentibus quotidie visceribus aquila, vel, ut aliis placet, vultur nutriebatur. Legendus Æschylus, in Prometheo Vincito.

3 *Caledonio urso*] Caledonia regio

Vivebant laceri membris stillantibus artus, 5  
 Inque omni nusquam corpore corpus erat.  
 Denique supplicium dederat necis ille paternæ,  
 Vel domini jugulum foderat ense nocens.  
 Tempa vel arcano demens spoliaverat auro;  
 Subdiderat sævas vel tibi, Roma, faces. 10  
 Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,  
 In quo, quæ fuerat fabula, poena fuit.

*spoliatum corpus uræ Britannico. Artus discepti palpitabant, membris cruore manantibus, et nulla facies corporis erat in toto corpore. Tandem ille persolcerat penas mortis paternæ, aut reus gladio transadegerat collum heri sui. Aut insanus furatus erat in templis aurum secretum; vel tibi, o Roma, supposuerat tædæ crudeles. Hic nefarius superavit acclera præca famæ, in quo supplicium fuit, quod fuerat fabula.*

~~~~~  
 periori versa præcessit pectore, et non facile repetit Poëta easdem voces, nisi ob causam.—7 Hic et tres insequentes versus, tanquam spuril, relegantur ad nescio quem Panormitanum. Sed non video, inquit Cagnerius, cur ita; eos enim plus satis confirmat vetus exemplar, et Epigramma elegans de Seneca fictitio qui constanter adeo se gessit: 'Scire piget post tale nefas quid fecerit ante. Quam vidi satis est hanc mihi nosse manum.' Ex quibus colligere est diversi generis flagitia variis et exquisitis suppliciis expiata.—11 Vetust. cod. Cagnerii exhibet *somina famæ*, quod illi magis arridet.

NOTE

Britanniæ, ubi sylva densissimæ, unde sævi nrui Romam mittebantur. Caledonii Ptolemæo Scotiz populi. 'Rossia' eorum tractus videtur vocari. Buchananus vocat 'Duncalden.' Vide lib. x. Epig. 44. Alii *viscera*. Enimvero non solet Poëta repetere easdem voces.

4 *In cruce Laureoli*] Maleficus quidam sub nomine et persona Laureoli, qui fuerat olim latronum dux, de cuius in crucem acti supplicio Roma identidem mimas agebatur. Suetonius in Caligula cap. 57. 'Et cum in Laureolo mimo, in quo actor propriens se ruina sanguinem vomuit,' &c.

Juvenal. Sat. viii. 187. 'Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, Judice me dignas vara cruce.' Versus sequentes ut adulterini a quibusdam rejiciuntur: perperam; his enim additis crudelitatis nota, quæ Domitiano iniuri potuisset, deletur.

9 *Tempa vel arcano*] Hoc est, vasa aurea ad usum sacrificiorum: vel forte intelligit aurum in templis custodiæ causa depositum.

12 *Quæ fuerat fabula*] Sensus est: Alii quidem mimi Laureoli actores fictas tantum et mimicas penas dederunt, hic vero latro veras luit.

VIII.

DE DÆDALO.

DÆDALE, Lucano cum sic lacereris ab urso,
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas!

O *Dædale*, quam optares nunc esse instructus tuis alis, cum ita dilaniaris ab urso *Lucano*!

Lemma in cod. Bodl. hoc est: *Ad Dædalum laceratum ab urso.*—2 Alii, tunc habuisse.

NOTÆ

1 *Dædale*] Nota est Dædali historia ex Ovidii Met. viii. Hic vero damnatus coactus est Dædalum imitari, et per aërem volare, delapsus autem ab urso dilaniatus est. Simile spectaculum legitur apud Suetonium in Nerone cap. 12. 'Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit,

ipsumque cruore respersit.'

Lucano urso] Ex Lucania Italiam provincia, hodie 'Basilicata,' in regno Neapolitano, unde immanes ursi Romanam mittebantur. Plinius lib. iiii. cap. 5.

2 *Quam cuperes*] Habere pennas quibus a Creta avolasti. Alii *Tunc*.

IX.

DE RHINOCEROTE.*

PRÆSTITIT exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,
Quæ non promisit, prælia rhinoceros.

Rhinoceros datus in spectaculum per totam arenam tibi præbuit, o Cæsar, pug-

Inscriptio in cod. Thuan. *De rhinocerotis prima pugna.* Marcilius vult: *De pugna tauri ac rhinocerotis.*—2 *Quæ non promisit* omnes codd. et edd. vet. Scalliger correxit, *Quæ non promisti.* Sed, pace manium tanti viri dixerim, inquit Ant. de Roey, non placet. Haud ineleganter bestię, vel etiam res inanimatę, 'promittere' dicantur, quando ex illarum externo habitu gestuque de interna vel futura virtute conjecturam facere licet. 'Promittere' ergo h. l. valet minari. Vide Barth. ad Claud. Nupt. Hon. vs. 247. Rhinoceros in arenam productus fortasse non præceps, ut alię bestię, simul ac adversarium conspexerint, in pugnam ferebatur; sed aliquamdiu impetum repressit: qui cunctabundi externus habitus non admodum ferocem pugnam promittere videbatur: tandem vero, solutis irę, quam collegerat, repagulis,

NOTÆ

* *De Rhinocerote*] Marcilius sic: 'Fuisset plenius lemma: *De pugna tauri ac rhinocerotis.*'

2 *Quæ non promisit*] Quia non potuit aliquamdiu ab Amphitheatralibus magistris irritari. De rhinocerote

agit Plinius lib. viii. cap. 20. 'Unius in nare cornus...Longitudo ei par, [cum elephanto scil.] crura multo breviora, color braxeus.'

Promisit] Alii *promisti*.

O quam terribiles exarsit pronus in iras!
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!

nam quam non est pollicitus. O quam horribili ira accensus est incurvus! Quantum cornu habebat, qui extollebat taurum, velati pilam!

~~~~~  
pronus in adversarium irruerat, ut leo apud Lucan. lib. 1. vs. 206. et seqq.—  
3 O quam terribilis Junt. terribileis ed. Par. 1754.

## NOTE

- 3 *Pronus*] Hoc est, cornu incurva- quæ obiciebantur cornibus taurorum,  
to. ut irritarentur. Vide Epig. 19. infra,  
4 *Cui pila*] Pilæ dicebantur vestes et lib. II. Epig. 43. lib. XIV. Epig. 63.  
in globum et speciem pilæ collectæ,

## X.

## DE LEONE QUI GUBERNATOREM OFFENDIT.

LÆSERAT ingrato leo perfidus ore magistrum,  
Ausus tam notas contemerare manus:  
Sed dignas tanto persolvit crimine poenas;  
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.  
Quos decet esse hominum tali sub principe mores, 5  
Qui jubet ingenium mitius esse feris?

*Leo infidelis vulneraverat rectorem num dente immemori, ausus violare manus adeo sibi cognitæ: sed supplicium pertulit debitum tanto scelere, et passus est jacula, qui non erat passus virgas. Quam indolem habere debent homines sub tali Imperatore, qui vult feris inesse leniorem naturam?*

~~~~~  
In hoc Epigrammate exhibendo nil variant, quod sciam, aut scripti libri, aut impressi.

NOTE

- 1 *Læserat ingrato*] Oblitus nempe Leona. Vide lib. II. Epigr. 75.
beneficiorum quæ a suo rectore ac-
ceperat; sed forte irritatus et crude- 6 *Qui jubet ingenium*] Hoc est, qui
liter verberatus fuerat, alioquin ani- vult feras habere mores humanos:
mal est gratissimum, ut narrat Gel- sic a clementia commendat Domitia-
lius lib. v. cap. 14. de Androclo et num.

XI.

DE URSO.

PRÆCEPS sanguinea dum se rotat ursus arena,

Implicitam visco perdidit ille fugam.

Splendida jam tecto cessent venabula ferro ;

Nec volet excussa lancea torta manu.

Deprendat vacuo venator in aëre prædam,

5

Si captare feras aucupis arte placet.

Dum ursus rucus se voluit in orbem per arenam cruentam, irretitus visco stitit fugam. Nitida venabula jam quiescant recondite ferro, nec hasta volet vibrata manu agitata. Venator deprendat prædam in vacuo aëre, si lubet capere feras arte aucupis.

Lemma in cod. Thuan. ita se habet : *De urso violata*. Marcellius, inscripti-
onem *De Urso* non satis expressam existimans, legit : *De urso, qui captus visco* ;
multimodis enim de urso esse Epigrammata possunt.—2 *Implicitus visco* Pul-
mannus.—3 *Marcellius recto venabula ferro* scripsisse Martialem testatur ; ne-
gat Ramires. Raderus nescio quæ de coloribus comminiscitur et detectis
venabulis. Si infecta coloribus, qui *Splendida* ? Janus Gruterus *terso* dicit
se habere ad oram sui cod. et Mellissum quandam legere *terto* prisca voce
pro ‘terso.’ Omnes codd. et edd. vett. Ald. Junt. Gryph. Par. Colin. &c.
nostram lectionem testantur.—6 *Sic captare* sola ed. Plant. operarum errore
ex literæ sequentis geminatione.

NOTÆ

2 *Perdidit ille fugam*] Pro fuga in-
tellige vim fugiendi, et epithetum
Implicitam per metalepsin fugæ tri-
buitur, quod urso fugienti convenie-
bat. Alii, *Implicitus*.

6 *Si captare feras*] Captare verbum
est proprium aucupii, deprehendere
autem venationis : quasi dicat, jam
venator aucupio feras, veluti aves,
captet.

XII.

DE SUE QUÆ EX VULNERE PEPERIT.

INTER Cæsareæ discrimina sæva Dianæ

Fixisset gravidam cum levis hasta suem,

Exsiliit partus miseræ de vulnere matris.

O Lucina ferox, hoc peperisse fuit ?

*Cum levis hasta perfodisset suem prægnantem, inter pugnas crudeles Diana
Cæsareæ, partus erupit ex plaga ærumnosa parentis. O sæva Lucina, hocne fuit*

NOTÆ

1 *Cæsareæ Diana*] Per metony-
miam ponit Dianam pro venatione,
quam Domitianus exhibuit in Amphi-

theatro : Dianæ enim sacra est vena-
tio.

4 *O Lucina*] Dea partuum præses,

Pluribus illa mori voluisset saucia telis,
 Omnibus ut natis triste pateret iter.
 Quis negat esse satum materno funere Bacchum?
 Sic genitum numen credite; nata fera est.

genissae? Illa optasset interire vulnerata multis telis, ut tristis aperiretur via omnibus natis. Quis inficiatur Bacchum esse natum ex materna plaga? credite ita Deum procreatum; nam sic genita est fera.

3 Exiliit porcus membranæ quædam antiquissimæ.—5 *Pluribus illa mori voluit sic saucia* in marg. Junt. an. 1512. penes Editorem. Cetera nihil variant codices aut impressi.

NOTÆ

quæ et Juno dicitur et Diana. Terentius in Andria: 'Juno Lucina, fer opem.' Parturientibus vero subvenire dicitur Diana, quod sine dolore Latona eam in utero gestasset et peperisset, ut canit Callimachus in Hymno Dianæ. Sensus est: Hocne modo, o Diana, parturientes adjuvas?

6 *Omnibus ut*] Ex hoc versu patet, non omnes editos in lucem catulos, sed quosdam cum matre periisse.

7 *Quis negat*] Natus est Bacchus ex Semele fulminata, et nutritus intra femora Jovis. Vide lib. v. Epiç. 67. Fabulosam hanc historiam sic lepide irridet poëta.

XIII.

DE EADEM.

IOTA gravi telo, confossaque vulnere, mater
 Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.
 O quam certa fuit librato dextera ferro!
 Hanc ego Lucinæ credo fuisse manum.
 Experta est numen moriens utriusque Dianæ,
 Quaque soluta parens, quaque peremta fera est.

Sus genitrix amisit vitam simul et impertiit vulnerata letali jaculo, et vulnere transacta. O quam directo dextra contorset telum! ego arbitror hanc fuisse manum Lucinæ. Occumbens perichitata est numen utriusque Dianæ, et qua mater liberata est, et qua fera est occisa.

In eadem ed. in marg. *prægnas Sus*, i. e. *prægnans Sus*.—1 Vir quidam doctus conj. *Icta gravis telo confossaque, vulnere ventris Sus*, &c. sed vide Variorum Notas.—6 In eadem Junt. *Qua resoluta*.

NOTÆ

5 *Numen utriusque Dianæ*] Venatricis, scil. et obstetricis.

XIV.

DE EADEM.

SUS fera jam gravior, maturi pignora ventris

Emisit foetum, vulnere facta parens.

Nec jacuit partus, sed matre cadente cucurrit.

O quantum est subitis casibus ingenium !

Sus fera mox paritura, facta mater vulnere, edidit partum pignora uteri maturi. Nec fatus procubuit, sed cucurrit moriente genitrice. O quanta est solertia eventibus repentinis !

De sus pregnante lemma est in codd. et edd. vett. *De eadem* maluit Marcellina.—1 In Vett. et Illustr. sæculi XVI. Poëtarum Epigr. a Camillo Nicolio selectis Notisque illustratis, Florent. 1738, scribitur : *mature pignora ventris*. 'Rectius legas *pignora*; namque unicum peperit suculum, ceteri matris funere tumulati. Si communem retineas scripturam, appositio est, *pignora factum*. Sic Propert. 'Nunc tibi commendo communia pignora natos.' *Fera*. Ant. de Raoy conj. *mature pondere*. Sic Ovid. Epist. XI. 37. XVI. 44. Fast. II. 452. Sil. XIII. 639. ubi vide Drakenb. Plura exempla petantur ab Heina. ad Ovid. Fast. III. 718. Gud. Rigalt. et Burm. ad Phædr. III. 15. 6. Lectioni *maturi pondere* favet Ovid. Met. XI. 311. At magis placet recepta lectio; solum enim *gravior* satis per se indicat, neque opus videtur ampliori adjecto, præsertim cum e sequentibus res etiam sit clarissima; sed tum necessario non *pondera* debet legi, sed *pignora*; 'pondus' est ante partum, 'pignus' post partum.

NOTÆ

1 *Pignora*] Hoc est, partum edidit pignus, scil. ventris: appositio est. Legunt alii *pignore*, alii *pondere*.

4 *O quantum est subitis*] Quam multa sunt casu, quæ nullo ingenio, nulla machina effici potuissent!

XV.

DE CARPOPHORO VENATORE.

SUMMA tuæ, Meleagre, fuit quæ gloria famæ,

Quantula Carpophori portio, fusus aper !

Jacens aper, o Meleagre, summum fuit decus tuæ famæ, quam vero exigua pars

De Carpophoro inscribitur in codd. et edd. vett. et sic est in Scal. versione Græca: *Εἰς Καρπόφωρον*.—2 *Est quota Carpophori portio* citant Palmanus et

NOTÆ

1 *Summa tuæ*] Meleager comitatus Atalanta apram Calydonium interfecit, unde summam gloriam reportavit. Ovidius Met. VIII. Pausanias

Meleagri meminit in Meassenicis.

2 *Quantula Carpophori*] Juvenis erat Domitiano carissimus, quod mirus esset excipiendis venabulo feris.

Ille et præcipiti venabula condidit urso,

Primus in Arctoi qui fuit arce poli :

Stravit et ignota spectandum mole leonem,

5

Herculeas potuit qui decuisse manus ;

Et volucrem longo porrexerat vulnere pardum :

Præmia cum laudis ferret, adhuc poterat.

Carpephori ! Ille quoque venabulo transfodit ursum irruentem, qui maximus fuit in arce poli Septentrionalis : prestigavit etiam leonem conspicuum proceritate inaudita, qui potuit honestare manus Herculis ; et mortifero vulnere extendit pardum volucrem : cum reportaret mercedem gloria suæ, adhuc vigeat.

~~~~~  
 Marcilius, ut lib. v. Epigr. 65. 'Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur are-næ ?'—4 Scaligerus correxit, *axe poli*.

#### NOTE

Legunt alii : *Est quota*. Sic lib. v. Epig. 65. 'quota pars spectatur are-næ.'

4 *Arce*] *Arx* sumitur hic pro sylvâ in montibus Septentrionis. Alii, *axe*.

7 *Pardum*] Qui mas pantheræ vo-

catur a Plinio lib. viii. cap. 17. de cujus celeritate agit Oppianus Cyneget. lib. iii.

8 *Adhuc poterat*] Adhuc habebat vires integras

### XVI.

DE HERCULE INSIDENTE TAURO AD CŒLUM RAPTO.

RAPTUS abit media quod ad æthera taurus arena,

Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.

*Non tam artificio quam pietati tribuendum est, quod taurus cælum petiit abreptus*

~~~~~  
 Lemma est in omnibus fere codd. et edd. vett. *De tauro*: cod. Bodl. exhibit : *De Hercule insidente tauro ad cælum rapto*: Marcilius vult : *De Tauro qui Herculem sustulit in cælum*: Ramires de Prado : *De Tauro Domitiani effigiem*

NOTE

2 *Non fuit hoc artis*] Jupiter in taurum conversus per undas fratris Nep-tuni vexit Europen. Ovidius Met. ii. Nunc idem Jupiter sub figura tauri fingitur tollere in ærem Alciden suum filium, Domitianum nempe, qui se Herculem prædicabat. Lib. ix. Epigr. 104. 'Hæc minor Alcides ; major quæ gesserit audi.'

Alii, ut comparatio magis quadret, intelligant ipsum Domitianum fuisse inclusum in hac machina quæ Herculem sustulit in cælum, id est, in Amphitheatri fastigium. Durum tamen hoc sentire, inquit Raderus : et sane periculosum Imperatori. Ju-dicet lector.

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus;

At nunc Alciden taurus in astra tulit.

Cæsaris atque Jovis confer nunc schema : juvenci

5

Par onus ut tulerint; altius iste tulit.

de media arena. Taurus portaverat Europen per undas fratris Neptuni; sed taurus nunc rapuit Herculem in caelum. Compara nunc figuram Jovis et Cæsaris: fac juvenci portaverint pondus æquale, iste alius portavit.

~~~~~

*ex arena in caelum tollente: alii, De tauro Domitiani.—4 Cod. Vaticanus: in astra vehit.—5 Codd. et edd. vett. Ald. Junt. Gryph. Par. Colln. alim, habent confer nunc stemma juvenus: ita legit Salmasius pro stegma; sic taurum illum vocat qui Jovem tulit; στῆψας enim est ferre et sustinere; unde στῆψας, quod aliquid fert et sustinet. Cæsaris atque Jovis confer nunc scamma: juvenci Par onus, &c. conj. Marcellus: tralatitiae, inquit scamma pro intervallo, sive spatio vocationis. Jovi scamma est fretum; Cæsari scamma intermedium, et quasi 'intermetium' (ὁ μετὰ τῶν καυαρύπων Glossæ) terræ et cœli! Amphitheatrici. Altius ergo scamma Cæsari. Scriverius legit, Roma, juvencos. Putat Rütgersius hoc Epigramma ad Aruntium Stellam, inter alia, scriptum fuisse, legendumque: confer nunc, Stella, juvencos. Petrus Colinus conj. scamma, improbante Ramires de Prado. Beverlandi Ms. cum fert.*

#### NOTÆ

5 *Confer nunc schema*] Compara taurum a Domitiano effectum cum Jove in taurum converso. Legunt alii, *confer nunc stemma, juvenus*: alii, *confer nunc, Roma, juvencos*.

6 *Par onus ut*] Licet tulerint onus æquale, quamvis nec onus par fuerit; per undas enim Jupiter puellam, Domitiani vero machina Herculem per

ærem rapuit: attamen, inquit poeta, Domitiani taurus altius portavit suum onus, atque ita nobilior est. Videtur Poëta ludere in voce, *altius*, hoc sensu: Per altum mare vexit Jupiter suam puellam, at per ærem altiore portavit Herculem taurus Domitiani.

### XVII.

#### DE SUPPLICE ELEPHANTE.

QUOD pius et supplex elephas te, Cæsar, adorat,

Hic modo qui tauro tam metuendus erat:

O Cæsar, quod hic elephantus pius et summus te veneratur, qui paulo ante

~~~~~

Inscriptio in Thuan. *De elephante, qui Cæsarem adoravit.—3 Omnes codd.*

NOTÆ

1 *Adorat*] Plinius lib. viii. cap. 1. 'Nam quod ad docilitatem attinet Regem adorant, genua submittunt,

coronas porrigunt.' Vide cap. sequentia, 3. 4. 5.

Non facit hoc jussus, nulloque docente magistro:

Crede mihi, numen sentit et ille tuum.

adeo formidandus erat timor, non facit hoc imperatus, nec ullo erudiente magistro: mihi fidem adhibe, habet ille quoque sensum tui numinis.

et edd. vett. habent: *nulloque docente magistro*; at scripsisse Martialem affirmat Marcellus; *ulloque docente*, et opiliones vocat eos qui vulgata retinent lectionem, et comminiscitur nescio quæ de syllabæ sibilo auctæ a Mario Victorino, Sosipatro Carisio, et obviis Poëtarum exemplis petita.—4 Cod. Bodl. nostrum *sentit et ille Jovem*: cod. Soriverii cum Florent. et Thuan. *nostrum sentit et ille Deum*, i. e. Casarem. Vide lib. II. Ep. 29. lib. VII. 33. et Sueton. in Domit. 'Dominus et Deus noster sic fieri jubet.'

NOTE

3 *Nulloque docente*] Legunt alii, *ulloque docente magistro*: accipe hoc non *versutus* dictum a Poëta, quod alio magistro faciat, vere enim bellua prudens intelligit per se etiam principis majestatem. Raderus.

4 *Numen sentit*] Sensum religionis habere elephantos docet Plinius lib.

VIII. cap. 1. 'Religio quoque siderum Solisque ac Lunæ veneratio.' Nempe est elephantia. Domitianus vero Deum se prædicabat, cui ingeniose blanditur Poëta: cujus numen ab elephante ut a populo Romano adorari intelligit.

XVIII.

DE TIGRIDE ET LEONE.

LAMBERE securi dextram consueta magistri,

Tigris, ab Hyrcano gloria rara jugo,

Sæva ferum rabido laceravit dente leonem:

Res nova, non ullis cognita temporibus.

Ausa est tale nihil, sylvis dum vixit in altis:

5

Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

Tigris omnium decus montium Hyrcania solebat lingere manum custodis tuti. Crudelis discerpsit dente furanti sævum leonem: res inaudita, nec ullis oculis nota. Dum vixit in dentis sylvis, non ea fuit audacia: ubi ad nos translata est, ferocior evasit.

Lemma aptius fuisset, *De Tigride cicure ad feritatem subito reversa, viso leone*, inquit Ramires de Prado.

NOTE

2 *Hyrcano jugo*] Hyrcania Asia regio, de qua Strabo lib. XI. et Plinius lib. VI. cap. 6. In ejus montibus tigres sunt ferocissimæ. Virgilius Æn. IV. 'Hyrcanæque admovent ubi-

ra tigres.'

Gloria rara] Quod hæc tigris alias magnitudine superabat.

6 *Plus feritatis*] Hoc est, animosior evasit, ntpote quæ fortitudinem

NOTE

a Romanis acceperit. Intelligunt quos ferè crudeliores fierent, cum alii hoc loco Romanos et ipsam Imperatorem carpi a nostro Poëta, apud Martiali periculosissimum fuisset.

XIX.

DE TAURO ET ELEPHANTE.

QUI modo per totam, flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

Taurus qui paulo ante per omnem arenam igne incitatus, iactaverat in caelum pilas abrepas, denique periit percussus ardore cornuto, dum credit ita facile posse jactari elephantum.

De Elephante et Tauro inscribitur in Thuan. *De Elephante* in Junt.—3 Ramires de Prado e vet. cod. legit *potitus*, et sic est in Venet. 1510. Ald. Junt. 1512. Gryph. Colin. 1528. aliis; hac mente: Dum incitatus et ardens ira taurus, cornuum vi fretus, elephantem nisus est in altum tollere: vel, ut Brodæus exponit, Snorum ipsius cornuum vehementia domitus. Cod. vet. ab ore: cod. Bodl. habet: *cornuto abs ore petitus*. Thuan. exhibet, ad ore: Beverlandi Ms. *mare potitus*. Qui legunt *potitus*, exponunt *cornuto ardore*, irati elephantis dentes, quos sunt qui cornua, esse contendunt. Vide lib. i. Epigr. 73. vs. 4.—4 Huc retrahendum putat Rutgersius Fragmentum quod sub fine hujus libri (Epigr. xxxv. in ed. Par. 1734.) habetur:

Cedere majori, virtutis fama secunda est.

Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

Illa, inquit Martialis, gravis palma est, quam minor hostis habet: hoc est, cum minor hostis majorem vincit, illa est gravis et nobilis palma. At hic elephas longè major tauro; victusque taurus ab elephante, nec elephas a tauro. Si taurus vicisset elephantem, versus ultimus Martialis hic haberet locum.

NOTE

3 *Cornuto ardore*] Ira cornuta, hoc est, cornibus irati elephantis, seu dentibus quos cornua vocat, ut lib. i. Epigr. 73. Pausanias lib. v. 'Ad hæc, dentes igne domari nequeunt: at boum et elephantorum cornua sic igne emolliuntur, ut vel ex tereti planam vel aliam quamlibet accipiant figuram.' Ramiresius legit *cornuto ardore potitus*, id est, inquit, toto conatu cornuum ardentium nisus est taurus in altum tollere elephantem, et petitus est cornuto ardore, hoc est, cornuum suorum vehementia ipsa victus est: hunc loquendi modum usurpavit Plautus in Captivis act. i.

scena 2. 'Postquam natus tuus potitus est hostium:' subintelligitur 'imperio,' et passive sumitur, id est, ab hostibus victus. Indicet lector.

4 *Tolli sic*] Veluti pilas objectas, quæ fiebant aliquando ad instar humanæ effigiei, ex pannis purpureis, feno stramineve fartis, quo colore tauri maxime offerantur. Vide Epigr. 9. supra. Rutgersius huic Epigrammati subjungit duos versus qui sunt in fine hujus libri: *Cedere majeri, virtutis fama secunda est: Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.* Quo sensu videat lector.

XX.

DE PARI GLADIATORUM.

DUM peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum,
 Promisit pariter Cæsar utraque manu.
 Non potuit melius litem finire jocosam.
 O dulce invicti principis ingenium!

Dum factio hæc Myrinum postularet, illa vero Triumphum, Cæsar pollicitus est simul ambabus manibus. Nequissimi melius decidere contentionem faculam. O suam solertiam Imperatoris invicti!

Lemma in codice Thuan. est: *De Myrino et Triumpho.* In Junt. *Asseritur Cæsari.*—2 Eadem editio antiqua exhibet *Promissi.* Scriverius legit: *utrumque manum,* improbane Gronovio.

NOTE

1 *Dum peteret pars*] Duas intellige factiones Amphitheatrales, quarum altera Myrinum, cujus meminit lib. XII. Epig. 29. altera Triumphum gladiatores eximios postulabat. Suetonius in Domitiano cap. 4. 'Præterea Quæstoris muneribus, quæ olim omnia revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret, binæ paria e suo ludo postulandi, quæ novissima aulico apparatu induce-

ret.' Quæstores suis impensis munera edere cogebantur: at Domitianus e sua familia duos istos gladiatores libenter concessit, atque extensas utraque manu duabus factionibus diversa petentibus benigne satisfacit. Subtilius Scaliger explicat: nempe promisit Imperator gladiatores pugnaturos utraque manu, seu binis sicis, sine parma, &c.

XXI.

DE ORPHEO.

QUICQUID in Orpheo Rhodope spectasse theatro
 Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.

O Cæsar, arena representavit tibi quicquid Rhodope fertur vidisse in theatro

Inscribitur *Ad Cæsarem* in Ald. Junt. Gryph. et aliis vett. odd. *De spec-*

NOTE

1 *Rhodope*] Mons Thraciæ de quo jam dictum Epig. supra.

Orpheo theatro] Nec arte nec manu factum, sed nativum: vallis nempe fuit, qualis describitur a Seneca in

Troade act. v. 'et clivo levi Erecta medium vallis incindens locum Crevit theatri more.' Lege Ovid. Met. in fine lib. x. et initio lib. xi. 'Oppeles substant. 'Oppeles adjective.

Repserunt scopuli, mirandaque sylva cucurrit,

Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.

Affuit immixtum pecudum genus omne ferarum,

5

Et supra vatem multa pendit avis.

Ipse sed ingrato jacuit laceratus ab urso.

Hæc tamen ut res est facta, ita ficta alia est.

Orphei. Saxa repperunt, et admirabilis sylva cucurrit, quale fuisse fertur nemus Hesperidum. Promiscue interfuit omne genus ferarum pecudum, et plurimæ volucres suspensæ fuerunt super Poëtam. Sed ipse procubuit discorptus ab urso immemori: nihilominus ut hæc res est peracta, sic alia fuit excogitata.

=====

taculo Orphei malit Marcellus.—5 *Affuit immixtum pecori* legit Idem Marcellus: *pecori* etiam legit Raderus, probante Grutero, et confirm. codd. Beverland. et Thuan. Cagnerius distinguit, *Affuit immixtum pecudum genus: omne ferarum, &c.* alii, *pecudum genus atque ferarum.* Ant. de Rooy conj. *Affuit et mixtum pecudi genus, &c.* Vide Calpurn. Ecl. ii. 10. seq.—8 *Nec tamen Beverland. ita pictoria* Thuan. *fida alia est Beverlandi Ma.* Hunc versum non esse Martialis, scribit Gronovius, sed alienus infelicis versificationis, qui deficientem in veteri codice versum supplavit. Post hoc Epigr. aliud inserit cod. Thuanus:

DE EODEM.

*Orpheus quod subito tellus dimisit hiatus
Versa miramur, venit ab Euridice.*

Hic autem Gronovius legendum putavit: *tellus emisit hiatus Miramur? versas venit ab Euridice.*

NOTÆ

3 *Repperunt scopuli*] Mediam nempe in arenam sylvæ et saxa trahebantur machinis quibusdam miro artificio fabricatis.

4 *Nemus Hesperidum*] Quarum horti describantur a Virgilio, Plinio, Solino in Mauritania Tingitana. Prope Lixum urbem: ita Ortellus. In illis hortis poma erant aurea, quorum mentionem facit Athenæus lib. iii. cap. 5.

5 *Pecudum genus*] Hoc est, omne genus ferarum cantu mansuefactarum affuit. *Pecus pecudis* significat omne animal quod gregatim pascitur. Justin. Inst. de Lege Aquilia, veluti boves, equi, asini, &c. Aliquando tamen sumitur pro omni animali

præter hominem. Virg. Georg. iv. de apibus loquens: '*pecudum custodia solers.*' Laetius de piscibus agens: '*Squamigeræ pecudes.*' Alias pro ove, quo sensu hic accipitur meo iudicio, nempe omnes feræ veluti oves mansuetæ canentem Orpheum audiverunt. Legunt alii: *Affuit immixtum pecori genus omne ferarum.*

7 *Ingrato ab urso*] Qui vatis musicam crudelitate oompensavit. Hic Orpheus datus in spectaculum, ab urso in arenam misso dilaniatus fuit, qui Mænadam partes explevit, a quibus verus Orpheus discorptus fingitur. Ovid. Met. ii. Ultimum versum non esse Martialis suboluit Gronovio.

XXII.

DE RHINOCEROTE.

SOLICITANT pavidum rhinocerotam magistri,

Seque diu magnæ colligit ira feræ;

Desperabantur promissi prælia Martis:

Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum, 5

Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

Dum timidi rectores irritant rhinocerotam, et sensim crescit ira ingentis bellum; certamina Martis promissi desperabantur: sed tamen illa ferocitas antea nota reversa est: etenim gemino cornu ita erexit ponderosum ursum, sicut taurus in eum militis pilas objectas.

De Rhinocerotis pugna secunda inscribitur in cod. Thuan.—3 Despectabantur promissa Beverlandus.—4 Idem Beverlandus legit huc rediit. Codex Thuan. Sed tamen rediit. Marcilius legendum putavit: Sed tamen ei, novus additur Cagnerius: Sed tamen his.—5 Janus Douss, Scaligerus, Pulmannus, alii, ursum legunt pro ursum. Vide Variorum Notas.—5 Beverland. cornu rabido. Codd. Florent. et Med. rapido.—6 Lipsius ad Senec. de Ira lib. III. cap. 20. auspicabatur legendum, Jactat ut obpositus. Ant. de Rooy proposuit, expositus. 'Exponi' dicuntur, quæcumque in aperto collocantur. Vide Cel. Canegiet. ad Avian. Fab. XXIII. et Burm. ad Ovid. Art. I. 408. Atque ita pilas in arena expositas, ut inde bestiae irritarentur.

NOTE

2 *Seque diu*] Difficile enim irritabatur rhinoceros: Epig. 9. supra.

3 *Prælia Martis*] Id est, venatio arenæ, in qua colebatur Mars.

5 *Gemino cornu*] Rhinoceros geminum cornu habet. Pausanias lib. IX. Ἐξὼν δὲ καὶ ταύρους τοὺς τε Αἰθιοπικοὺς, οὓς ἐπὶ τῇ συμβαίνειντι δορυμύουσι βολίκευρας, ὅτι σφίσιν ἐστ' ἑκατέρῃ τῇ βουλῇ ἐν ἑκάστῃ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸν οὐ

μέγα, κ. τ. λ. Latine: Vidi etiam Æthiopicos tauros, quos ex utraque rhinoceros nominant, quod illis e nare extrema unum cornu prominet, et paulo superius alterum non sane magnum. Legunt alii ursum; hoc est, bovem sylvestrem, cui imperitum vulgus bubali nomen imposuit, teste Plinio lib. VIII. cap. 16.

6 *Pilas*] De quibus dictum Epig. 19. supra.

XXIII.

DE CARPOPHORO.

DORICA quam certo venabula dirigit ictu

Fortis adhuc teneri dextera Carphori!

Quam certo ictu manus strenua Carphori adhuc teneri regit tela Dorica! Ille

1 *Norica* conj. Ramires de Prado. In Norica provincia affabre omne armorum genus cudi vulgatum est. Hor. I. Od. 16. Noster infra lib. IV.

Ille tulit geminos facili cervice juvenços ;

Ille cessit atrox bubalus atque bison.

Hunc leo cum fugeret, præceps in tela cucurrit :

5

I nunc, et lentas corripe, turba, moras.

interfecit duos tauros, quorum cervix agilis erat ; bubalus ferox, et bison ab ipso victus est : cum leo hunc vitaret, impetuosus irruit in venabula : i nunc, o multitudo, et incusa cunctationes tardas.

Epigr. 55. At vide Turnebi Adv. xvii. 2. Pro certe in nonnullis codd. torto.—4 Codex Thuan. *bubulus atque biron*. Vide Senec. in Hippolyto.

NOTÆ

1 *Dorica*] Doras, teste Homero Odys. T. Cretæ sunt populi ; Cretenses vero sagittandi arte peritissimos fuisse nemo nescit. Alii *Dorica* interpretantur Græca, quod venabuli auctores fuere Græci. Turnebus lib. xvii. cap. 2. *Dorica* interpretatur Laconica : juvenus enim Laconum, inquit, montes venatu assidue lustrabat, venabula gerens : nemo autem ignorat eos Dorici generis fuisse.

3 *Facili cervice*] Hoc est, nullo labore, sed facili nisu portavit duos tauros a se occisos. Alii explicant *tulit*, interfecit : *facili cervice*, hoc est, inquit, taurorum cervix facile ferro violata est. Ramiresius intelligit facilem cervicem taurorum, nempe qui facile caput movebant, quo Carphori tela declinarent. Itaque quan-

tumvis facili et agili cervice tauros occidit : quæ sententia videtur melior.

4 *Bubalus atque bison*] Plinius lib. viii. cap. 15. 'Pauca Scythia gignit inopia fructum : pauca contermina illi Germania, insignia tamen boum ferorum genera, jubatos bisontes, excellentique et vi et velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubulorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius, cervive quadam similitudine.'

6 *I nunc*] Vox est insultantis : sic populo insultat Poëta quod certaminis moram alias impatienter ferret, quem jam conqueri non posse subintelligit, cum feras celerrime interficiat Carphorus.

XXIV.

DE. NAUMACHIA.

Si quis ades longis serus spectator ab oris,

Cui lux prima sacri muneris ista fuit,

O spectator si quis tarde huc venisti a regionibus remotis, qui primo hoc die vi-

De Naumachia priore codex Thuan. *De Naumachia Domitiani* in Junt. et aliis edd. vett.—1 Vet. cod. *servus spectator* teste Beverlando.—2 In edd.

NOTÆ

1 *Serus*] Nempe propter itineris longitudinem primum ades sacro spec-

taculo, quod Neptuno esset dedicatum : vel forte sacrum dicitur, quod a

Ne te decipiat ratibus navalis Enyo,

Et par unda fretis; hic modo terra fuit.

Non credis? spectes, dum laxent æquora Martem:

5

Parva mora est: dices, hic modo pontus erat.

des sacrum spectaculum: ne te navibus circumveniet navalis Enyo, nec unda æqualis mari: hic paulo ante telus fuit. Non adhibes fidem? attendas, dum mare solvet Martem; brevis cunctatio est; affirmabis, hic paulo ante erat mare.

vett. ipse fuit: Thuan. habet ista.—3 Vet. cod. Beverlandi, navalis hemo.—4 Idem Ant. de Rooy conj. hoc modo. Mox per interrogationem, hoc modo pontus erat? Ovid. Met. II. 263. 'siccæque est campus arenæ, Quod modo pontus erat.' Vel, dices: hic modo pontus erat?—5 Codex Voss. laxat et: Thuan. specta, dum lassent æquora Martem, hoc sensu: Expecta, donec lassati erunt bellatores Naumachici, tum dices, &c. Ant. de Rooy malit æquore; h. e. dum finiatur certamen navale: nec audiendum putat Petium legentem, dum laxent æquora Martii: illæ namque aquæ, quæ ab Anco rege nomen suum sortitæ, Marcia dicebantur, non Martia. Consule Broukh. ad Propert. III. 1. 52. et Duker. ad Flor. I. 4.

NOTE

divo Domitiano ederetur.

3 *Navalis Enyo*] Hoc est, prælium navale. Enyo enim Bellona, bellorum Dea, Martis soror, significat prælium per Metonymiam.

5 *Spectes*] Hoc est, attendas. Alii interpretantur, expectes; sed verbum 'spectare' non videtur significare, expectare, nec huius significationis exemplum reperire potui. Videat lector. Præterea non repeteret Martialis: *Parva mora est*, hoc est, non expectabis diu.

Dum laxent] Id est, dum emissæ

aqua locum det gladiatoribus, qui aqua impediabantur ne in arenam descenderent. Suetonius in Tito cap. 7. 'Dedit et navale prælium in veteri Naumachia, ibidem et gladiatores, atque uno die quinque millia omne genus ferarum.' Post naumachiam ergo exhibebantur aliquando gladiatores, ut patet ex hoc loco, unde colligo et ex verbis etiam nostri Poëtæ, navali huic Domitiani prælio successisse gladiatores, quibus præest Mars.

XXV.

DE LEANDRO.

Quod nocturna tibi, Leandre, pepercerit unda,

Desine mirari: Cæsaris unda fuit.

O Leandre, *ancem impone admirationi tuæ, quod tibi ignoverit fluctus nocturnus:*

NOTE

1 *Quod nocturna*] Leandri noctu natantis ad Heronem suam amicam historia, satis nota ex Ovidii Epistola XVII. exhibita est, cujus fabulæ actor ex undis Cæsaris evasit: sed vero

Leandro non pepercerunt fluctus maris, quod Neptuni essent, quem sævitæ accensans, Domitianum a clementia commendat noster Poëta. Vide lib. XIV. Epigr. 181.

Delph. et Var. Clus.

Martial.

D

Cum peteret dulces andax Leandrus amores, .

Et fessus tumidis jam premeretur aquis; 5

Sic miser instantes affatus dicitur undas:

Parcite, dum propero; mergite, dum redeo.

factus fuit Cæsaris. Cum andax Leandrus adiret suavem amicam, et jam defatigatus urgeretur undis inflatis; infelix fertur ita allocutus urgentes fluctus: Ignescite festinanti; me vero redeuntem obruite.

3 ' Alterum hoc et longe diversum Epigramma est a superiore. Illud in eum qui Leandri persona velatus enavit ex aqua Naumachiae: hoc vero in Historiam, sive Fabellam de Amoribus Herus ac Leandri. Esse igitur hoc Epigr. xxvi. numero debuit, cum titulo, *In eundem*, ut prima editione recte mihi hæc partitio facta; quam tamen hactenus vervecus dubitavere sequi, quorum opera deditus Martialis. ' *Marcilius*. Nonnulli legunt, *andax Leander*.—5 *Et nimium tumidis Beverlandus*.

XXVI.

DE NATATORIBUS.

LUSIT Nereidum docilis chorus æquore toto,

Et vario faciles ordine pinxit aquas.

Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curvo:

Credidimus remum, credidimusque ratem;

Et gratum nautis sidus fulgere Laconum, 5

Lataque perspicuo vela tumere sinu.

Flexibile Nereidum agmen lussit toto mari, atque expressit diversas figuras in aqua obsequente. Tridentis dente minax fuit representatus, anchora quoque exhibita curvato nexu: putavimus naviculam, et putavimus remos adesse: et juvenum navicularis Castoris et Pollucis astrum splendere, et vela ampla turgere sinu

De Nautis habet codex Bodleianus. Lemma De Natatoribus suspectum habuit Cagnerius, et prorsus alienum esse contendit.—1 Lusit Nereidum facilis chorus Beverlandi Ms. Thetidis chorus codex Vaticanus.—3 Thuan. necto fuit: Vat. morsu fuit.—6 Lataque conspicuo legit Beverlandus.

NOTE

1 *Nereidum chorus*] Nereides Nymphæ maris, Nerei et Doridis filiæ, de quibus Hesiodus in Theogonia, quas representaverunt natatores Domitiani in aquis ludentes.

Æquore toto] Hoc est, per omne naumachiae spatium.

3 *Fuscina dente*] Ille chorus sic fuit ordinatus, ut ipsa natantium disposi-

tio modo tridentem, modo anchoræ speciem effingeret in aqua, modo etiam remos et naviculam compacti inter se natatores exprimerent.

5 *Sidus Laconum*] Castor et Pollux Lacones dicti sunt a matre Leda quæ erat Lacœa: sidus est navigantium amicum. Horatius 1. Od. 12. 'Quorum simul alba nautis Stella refulsit,

Quis tantas liquidis artes invenit in undis ?

Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

explicato. Quis excogitavit tanta artificia in aquis fluidis? Aut Tethys docuit hos ludos, aut ipsa edocta est.

NOTÆ

Defluit saxis' agitatus humor : Con-
cidunt venti, fugiuntque nubes.' Plin-
nius lib. II. cap. 37.

8 Aut didicit] Thetis, Dea maris,
hos ludos didicit a Domitiani nata-
toribus, aut ipsa docuit. Suetonius
in Domitiano cap. 4. ' In ampli-
theatro navale quoque,' supple, com-
misit prælum. Alii tamen hoc Ne-
reidum spectaculum ad Titum re-
ferunt freti Dionis auctoritate in
Tito: Τὸ γὰρ θέατρον ἀπὸ τοῦ Νηρέως

ἐξαιρέτης πληρώσας, εὐσηγάγε μὲν καὶ ἱε-
ρατοὺς, καὶ ταύρους, καὶ ἑλλατῶν χειροθήνη,
δεδιδασγμένα πάνθ' ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς πρᾶτ-
τεν' καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ εὐσηγάγε δὲ καὶ
ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων, κ. τ. λ. Nam
amphitheatro repente aqua impleto, in
ipsum equos taurooque, aliaque mansueti
animalia, introduxit, quas facere didice-
rant ea quæ in terra consueverant. In
hanc aquam introducti sunt homines in
navibus, &c.

XXVII.

BLANDITUR CÆSARI.

SÆCULA Carphorum, Cæsar, si prisca tulissent,

Jam nullum monstis orbe fuisset opus.

*Si Carphorus, o Cæsar, natus esset priscis temporibus, nullus amplius labor fu-
isset per orbem in monstis demandis. Marathon non metuisset taurum, nec Nemeæ*

Inscriptio in cod. Thuan. est: *De Capororo qui xx. ircos pariter immissos
occidit: (Beverland. ex eodem cod. legit, emissos confecit.)* Marcellius legit:
De Carphoro.—2 Pro hoc versu eod. Thuan. habet: *Non amara thoncum
barbara terra ferat*, quod correxit Gronovius: *Non Afra Antæum barbara, &c.*
Voasius malit: *Jam nil monstriferum barbara terra ferat*; et ad Catul. *Non
Diomedes equos barbara, &c.* Cod. Bodleianus clare habet: *Jam nullum a mon-
stis*; i. e. Nullum orbi a monstis fuisset negotium aut periculum. Gruteri
vet. cod. *Jam nullum in monstis*: unde Scriv. parum immutatum legit: *Jam
nullo in monstis*, hac mente: Non opus fuisset toto orbe peragrato ad
monstra diversis in partibus demanda: in uno Amphitheatro unus suffecisset
Carphorum. 'Jam h. l. non ineleganter adhibetur ut celeritatis particula.
Vide Burm. ad Ovid. Met. VII. 306. Attamen nescio quam majorem effica-
ciam habere videtur, si legas: *Quam nullum in monstis orbe fuisset opus!* fere
ut Epigr. xv. 'Quantula Carphori portio fusus aper!' Eleganter nonnun-
quam hæc particula jungitur adjectivo 'nullus.' Justin. II. 12. 'Ut intelli-
geret, quam nullæ essent hominum adversus Deos vires.' Ovid. Amor. II. 11.
20. 'Quam tibi nunc toto nullus in orbe color!' Martial. VI. 10. 'At quam non

NOTÆ

1 Carphorum] De quo Eplg. 23.
supra quem Herculi præfert poëta.

2 Jam nullum] 'Jam' significat am-

plius hoc loco. Terentius in Andria
act. II. scen. 2. 'Uxorem jam non
dat Chremes.' Alii nullum in monstis.

Non Marathon taurum, Nemeæ frondosa leonem,

Arcas Mænalium non timuisset aprum.

Hæc armata manus hydræ mors una fuisset,

5

Huic percussa foret tota Chimæra semel.

Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros:

Solvere et Hesionem solus, et Andromeden.

frondifera leonem, nec Arcas aprum Mænalium. Hæc dextera Carpophori armis munita interfecisset hydræ una nece, uno illius ictu tota Chimæra cæsa fuisset. Absque Medææ ope potuisset superare tauros ignipedes: atque solus liberare Hesio-

tetricus, quam nulla nubilus ira!" *Ant. de Rooy.*—5 *Hoc armante manus in cod. Thuan.*—6 *Hinc codex Bodl. et marg. ed. Junt. 1512. penes Editorem; i. e. ab hac manu, vel uno ictu periisset triforme illud monstrum, Πρόσθε λέων, ὄψιν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα: quæ a Bellerophonte domita est non sine diutino prælio.*—7 *Alii, Æripedes; χαλκόποδας idem præstat auctoritas cod. Voss. scilicet, eripedes: alii, Ignivomas, φλόγα φουδόντε.* Heins. *Ænipedes; quanquam Ignipedes Solis equi Poëtis dicantur. Igniferos codex Thuan. et huic versui subijcit: Possit utrumque fera vincere Pasiphaëa. Si situs æquorei revocetur fabula monstri Solvere et Hesionem.* At Beverland. legit: *Si sit ut æquorei, et Hesionem solvet: nescio qui rectius. Hinc fecit Gronovius: Igniferos posset sine Colchide jungere tauros: Possit utrumque ferum vincere Pasiphaëa. Cetus et æquorei revocetur fabula monstri, Solveret Hesionem solus et Andromeden.* Wernsdorffus malit, *Si vetus æquorei; vel Si sit ut, i. e. si contingat ut.*—8 *Hesionen Junt. an. 1512.*

NOTÆ

3 *Marathon]* Urbs est decem millibus passuum distans ab Athenis, hodie 'Marasona' vel 'Maratona,' quo ex Creta taurum a Pasiphaë adamatum Hercules adduxit ad Eurystheum, illicque illum interfecit. Alii tamen taurum Marathonium a Theseo domitum affirmant, de quo Anthol. lib. iv. et Ovid. Met. vii.

Nemeæ] Sylva Peloponnesi, ubi leo ab Hercule prostratus est, Epig. 6. supra.

4 *Mænalium]* Mænalus mons Arcadiæ, ubi ingentem aprum interfecit Hercules lib. v. Epig. 66. 'Nemeæ terror, et Arcas aper.'

5 *Hydræ mors una]* Hoc est, Lernæam illam pestem uno ictu interfecisset Carpophorus, quam multis repetitis vulneribus vix occidit Hercules, capitibus nempe aliis cæsorum loco renascentibus.

6 *Chimæra]* Monstrum fuit trifor-

me: habebat enim leonis caput, ventrem capræ, et draconis caudam, quod occidit Bellerophon. Ovid. Met. ix.

7 *Ignipedes]* Ovid. Met. vii. legit *Æripedes.* Hos vero tauros vellus aureum custodientes vicit Jason ope Medææ Colchidis, cujus historia satis patet ex Ovidio et Valerio Flacco.

8 *Hesionem]* Filiam Laomedontis Trojanorum regis, objectam monstro marino, et devinctam saxo, liberavit Hercules. Ovid. Met. xi. 'regis quoque filia monstro Poscitur æquoreo, quam dira ad saxa revinctam Vindicat Alcides.'

Andromeden] Quæ filia fuit Cephei regis Æthiopum: ceto exposita, liberata est a Perseo pacto ejus nuptias. Ovidius Met. iv. Manilius lib. v. copiose describit hanc historiam: 'Proposita est merces, vesano dedere Ponto Andromeden, teneros ut bel-

Herculeæ laudis numeretur gloria : plus est

Bis denas pariter perdomuisse feras.

10

nam et Andromeden. Eximia Herculis laudes recenseantur : amplius est simul interfecisse viginti feras.

NOTE

lua manderet artus.'

9 *Herculeæ laudis*] Hoc est, si labores Herculis numeres, duodecim tantum, et quidem diversis tempori-

bus exantlatos reperies, at vero Carphorns uno die viginti feras interfecit.

XXVIII.

DE NAUMACHIA.*

AUGUSTI laudes fuerant, committere classes,

Et freta navali sollicitare tuba :

Cæsaris hæc nostri pars est quota ? vidit in undis

Et Thetis ignotas, et Galatea feras.

Vidit in æquoreo ferventes pulvere currus,

5

Et domini Triton ipse putavit equos.

Augusti gloria fuerat classes inducere ad pugnam, atque incitare mare classico. Quota est hæc pars Cæsaris nostri? Thetis et Galatea aspexerunt in aquis belluas incognitas. Triton ipse spectavit in pulvere maritimo quadrigas fervidas, et credi-

Laus Augusti lemma est in Venet. Ald. Junt. Gryph. Colin. aliisque edd. vet. De Naumachia emendarat P. Scriv. confirmatque codex Bodleianus : De Naumachia minore cod. Thuan. De Naumachia Cæsaris Ramires de Prado. —1 Augusti labor hic fuerat codd. Thuan. Bodl. alii. Augusti fuerat labor hic vet. cod. Beverlandi.—4 Galatea vias cod. Vatic. Galathea in Junt.—6 Bodl.

NOTE

* *De Naumachia [Laus Augusti]* Melius inscriberetur *De Naumachia Cæsaris*. Ut plurimum corrupta sunt lemmata a Grammaticis inscripta. Libro enim XIII. et XIV. tantum videntur apposita ab ipso Martiale lib. XIII. Epig. 8. et lib. XIV. Epig. 2.

1 *Committere classes*] De Naumachia Domitiani agit Suetonius in Domitiano cap. 4.

2 *Et freta navali*] Hoc est, excitare prælium navale.

4 *Et Galatea feras*] Tauros puta, equos, &c. Vide Epig. 26. supra. Galatea vero una est Nereidum.

5 *In æquoreo pulvere*] Multi intelligunt pontes lenerit aquæ superficiel substratos, et super hos currus tractos fuisse. Tacitus Annal. XII. de Naumachia Claudii ait : 'Eoque tempore interjecto, altius effossi specus ; et contrahendæ rursus multitudini, gladiatorum spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam.' Aquæ autem spuma pedibus equorum currentium, vel si pontes non fuerint, natantium excitata imitabatur pulverem Circi.

Ferventes currus] Propter motum velocem quo etiam in aqua fervidi

Dumque parat sævis ratibus fera prælia Nereus,
 Abnuat in liquidis ire pedester aquis.
 Quicquid et in Circo spectatur, et Amphitheatro,
 Dives Cæsarea præstitit unda tibi. 10
 Fucinus et pigri taceantur stagna Neronis :
 Hanc norint unam sæcula Naumachiam.

dit esse equos sui heri. Et dum Nereus instruit feras naves ad sæva certamina, recusat pedibus incedere in undis fluidis. Aqua Cæsaris opulenta tibi exhibuit quicquid videtur in Circo et Amphitheatro. Fucinus lacus, atque inertis Neronis stagna sileantur : unicum hoc navale prælium innotescat posteris.

et Thuan. *isse pro ipse.*—8 *Horruit in liquidis* conj. Pet. Scriv. et sic est in codd. Bodl. et Thuan. Virgilius : 'Quamquam animus meminisse horret.' *pedestris* idem Thuan. et cod. Beverlandi.—10 *Cæsaris hoc dives* e codd. emendavit Cagnerius, ut supra Epigr. 'Desine mirari, Cæsaris unda fuit,' et *Amphitheatro Cæsareo, dives præstitit unda tibi* Marcellinus.—11 Alii legunt, et *diri*: Thuan. et Tigri. Otii appetens Nero. Dio in Ner. et Sueton. cap. 42. Addit *pigri*, quia Nerones alias sunt nervosi, cap. 49.

NOTE

trahebantur. Horatius Od. i. 1. 'Motaque fervidis Evitata rotis.'

6 *Triton*] Salaciæ et Neptuni filius, ejusdemque tubicen.

8 *Abnuat*] Suo enim curru per undas vehebatur: Nereus vero, Deus maris, Nerelidum scilicet pater, pro ipso mari etiam sumitur. Vide Hesiodum in Theogonia.

10 *Dives*] Omni ladorum genere abundans. *Cæsarea*, hujus vocis ultima producitur propter sequentes duas consonantes. Alii legunt *Cæsareo*, amphitheatro nimirum.

11 *Fucinus*] Marsorum lacus, ubi pugnam navalem edidit Claudius. Tacitus loco supra citato, et Suetonius in Claudio cap. 21.

Et pigri Neronis] Quod solis voluptatibus deditus Nero, nihil principe dignum fecerit, piger dicitur. Alii legunt *diri*, forte melius. De stagnis Neronis jam dictum Epig. 2. supra.

12 *Sæcula*] Hic significant posteritatem. Naumachia hic significat prælium navale, alias locus est in quo fit pugna navalis. Suetonius in Domitiano.

XXIX.

DE PRISCO ET VERO GLADIATORIBUS.

CUM traheret Priscus, traheret certamina Verus,
 Esset et æqualis Mars utriusque diu ;

Cum Verus et Priscus producerent pugnam, et diu par esset pugna utriusque, po-

Hoc Epigramma, quod Joseph. Scaligerus in Catalectis primus publicavit, et quæ sequuntur non extant in codd. Bodl. et Thuan. nec in Venett. Ald. Junt. Gryph. Colin. aliis.

Missio sæpe viris magno clamore petita est :

Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.

Lex erat, ad digitum posita concurrere palma :

5

Quod licuit, lances, donaque sæpe dedit.

Inventus tamen est finis discriminis æqui ;

Pugnare pares, succubere pares.

Misit utrique rudes, et palmas Cæsar utrique :

Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.

10

Contigit hoc, nullo nisi te sub principe, Cæsar :

Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

pulus crebro postulavit magna voce missionem pro illis viris: sed Cæsar obtemperavit edicto suo. Edictum vero erat propositio præmio pugnare ad digitum: quod permissum fuit, frequenter largitus est opsonia in lancibus et munera alia. Nihilominus inventus est terminus pugnae æqualis; æqualiter certaverunt, æqualiter quoque victi sunt. Cæsar utrumque donavit rudibus, et palmis. Solers fortitudo reportavit hanc mercedem. O Cæsar, hoc non accidit sub ullo imperatore, nisi sub te: cum duo certarent, uterque victor evasit.

NOTE

3 *Missio*] Erat scilicet, cum vulneratus gladiator vitam a populo, vel principe, aut munerario obtinebat. Hoc Epigramma desideratur in antiquis editionibus. Primus Joa. Scalliger edidisse fertur.

5 *Ad digitum*] Hoc est, pugnare sine spe missionis, donec gladiatorum alter digitum tollat, id est, victum se fateatur. Ita hunc locum explicat Musambertius. Alii interpretantur *ad digitum concurrere*, digitis pugnare, quod uno verbo micare. Quintilianus lib. VIII. cap. 5. 'Contra eandem sortem gladiatoris, cujus modo feci mentionem, ad digitum pugnavi.' Hoc est, digito pugnavi: sensus est: Concursu digitorum a dimicatione

palmam inter se sortiti Verus et Priscus gladiatores. Indicet lector. *Digitum* hic accipit Raderus pro converso et infesto Cæsar's pollice, qui signum mortis.

6 *Quod licuit, lances*] Ut ejusmodi donis impatientem populum moraretur; vel potius intellige opsonia missa gladiatoribus, quibus vires reficerent.

8 *Succubere pares*] Simul nempe alter ab altero læsus est.

9 *Rudes*] Erant virgæ quibus donati gladiatores ab arena liberabantur in omnem vitam.

12 *Victor uterque*] Hoc quasi miraculum felicitati Domitiani tribuit Poëta.

XXX.

AD CÆSAREM.

DA veniam subitis: non displicuisse meretur,

Festinat, Cæsar, qui placuisse tibi.

Parce repentinis: qui properat, o Cæsar, tibi placere, non meretur infucundus ens.

Hoc Epigramma XXXI. est in ed. Delph.

XXXI.

ALTERUM.

CEDERE majori, virtutis fama secunda est.

Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

Secunda fama est fortitudinis primas dare superiori. Palma illa gravis est quam inferior adversarius reportat.

Epigr. XXXII. in ed. Delph.

NOTE

1 *Cedere majori*] Ut apud Virgilium de Lauso Æneid. x. 'Hoc tamen infelix miseram solabere mortem, Æneæ magni dextra cadis.'

2 *Gravis est*] Quasi fractibus onusta. Hoc est, illustris et eximia est victoria quam minor hostis reportat.

XXXII.

DE DAMA ET CANIBUS.

CONCITA veloces fugeret cum dama molossos,

Et varia obliquas necteret arte moras;

Cæsaris ante pedes supplex, similisque roganti

Constitit; et prædam non tetigere canes.

Cum dama commota fugeret celeres canes, atque afferret cunctationes obliquas diverso artificio, humilis et precanti similis se tenuit ante pedes Cæsaris: et molossi non violaverunt prædam. . . . Hæc cognito imperatore dedit munera. Cæsar habet numen: sacra est vis, sacra potestas. Fidem adhibete: feræ nesciunt mentiri.

Hoc Epigramma xxx. ordine positum est in ed. Delph. et quibusdam aliis, ubi tres hi assuti versus, quos *Fragmentum* nuncupat Ed. Par. 1754.

*Hæc intellecto† principe dona† tulit.
Numen habet Cæsar. Sacra est vis, sacra potestas.
Credite: mentiri non didicere feræ.*

—2 *Et vana præfert* Ant. de Rooy. quod improbat vir quidam doctus in

NOTE

2 *Et varia obliquas*] Legunt alii, *Et varia lynceas necteret arte mora.* Hoc Epig. non est in antiquis quibusdam editionibus.

4 *Non tetigere*] Veriti scilicet numen Domitiani ad quem confugerat dama.

† *Hæc intellecto*] Hujus Carminis

explicatio pendet ex superiori hexametro quod deest. Ultimi distichi sententia perspicua est.

‡ *Dona*] Hoc est, gratiam hanc consecuta est ut ipsi parcerent canes: sic videtur intelligere Interpres Græcus Joseph. Scaliger.

Epist. Crit. ad eundem Antonium. Tu corrigis, inquit, *vana*; sed id, quod pace tua dixerim, absurdi quid habet. Uti enim facile patet, etsi perinde res foret, tamen inutilem nec necessariam hanc esse emendationem: ita ab altera parte *vana* admitti plane non potest, et menti Poëtæ adversatur. 'Elsit enim canes dama,' nam ad Cæsarem venit; *variaque elusit arte*, ut lepores, &c. adsolent; quod perelegans. Alii legunt: *Et varia lyncas necteret arte mora*.

XXXIII.

ALIUD, APUD ANTIQUM JUVENALIS SCHOLIASTEN.

FLAVIA gens, quantum tibi tertius abstulit hæres!

Pæne fuit tanti, non habuisse duos.

O familia Flaviorum, quantum tibi detraxit tertius hæres! fere utile fuit, non habuisse duos.

Hoc Epigrammatis Fragmentum tantum esse apparet ex Scholiastæ verbis ad Juvenal. Sat. iv. 34. 'Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate: his vero sibi finit: *Flavia gens*,' &c.

NOTE

1 *Tertius hæres*] Domitianus nempe illum acerbissime carpit: quare Martialis esse vix crediderim.

2 *Non habuisse duos*] Vespasianum et Titum.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER I.¹

EPISTOLA AD LECTOREM.²

SPERO me secutum³ in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit, quisquis de se bene senserit, cum salva⁴ infimarum quoque personarum⁴ reverentia ludant; quæ adeo⁵ antiquis auctoribus⁶ defuit, ut nominibus non tantum veris abusi sint, sed etiam magnis.⁴ At mihi

Confido me statuisse talem modum meis libris, ut quicumque boni conscius sibi fuerit, nequeat conqueri de illis, cum jocentur salvo honore etiam personarum obscurarum; quem ita neglexerunt auctores priores, ut abusi sint non solum nominibus propriis, sed etiam magnis. Sed fama comparetur mihi villiori pretio, et nondum

1 Inscriptio est in edd. vett. *M. V. Martialis Epigrammatum liber primus*; et sic fere in codd. nisi quod subjungunt verba, incipit feliciter.—2 Desunt hæc verba in vett.—3 Calderinus legit *sequuturum*, improbante Heraldo: *secuturum* Ald. Junt. alii.—4 Codex Vossianus exhibet: *infimarum quoque gentium*.—5 Vocabulum *adeo* deest in Junt. an. 1512. et Colln. 1528.—6 At

NOTÆ

¹ *Secutum*] Alii *secuturum*. Prior lectio melior.

² *Cum salva*] Lib. x. Epig. 33. 'Hunc servare modum nostri novere libelli, Parcere personis, dicere de vitis.'

³ *Antiquis auctoribus*] Lucilio nempe, Catullo, et multis aliis. De Lucilio

Persius Sat. i. 'secnit Lucillus urbem, Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.' Plinius lib. xxxvi. cap. 6. 'Hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus.'

⁴ *Sed etiam magnis*] Principum, scilicet, et nobilium virorum quos in

fama vilis constet,⁶ et probetur⁶ in me novissimum ingenium.⁷ Absit a jocosorum nostrorum simplicitate malignus interpres, nec Epigrammata mea scribat.⁷ Improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus est. Lascivam verborum veritatem,⁸ id est, Epigrammaton linguam excusarem, si meum esset exemplum: sic scribit⁹ Catullus,¹ sic Marsus, sic Peto, sic Getulicus, sic quicumque perlegitur.¹⁰ Si quis tamen tam ambiciose tristis est,¹ ut apud illum in nulla

cognita ingenii mei solertia laudetur. Malitiosus interpres removeatur a simplicitate nostrorum ludorum, nec scribat mea Epigrammata. Inique agit qui solera est in alieno libro. Purgarem lascivam libertatem verborum, hoc est, linguam Epigrammaton, si praeiret exemplo: ita scribit Catullus, ita Marsus, ita Peto, ita Getulicus, ita quicumque perlegitur. Nihilominus si quis tam affectate morosus est, ut non liceat Latine loqui apud illum in nulla pagina, potest contentus esse Epi-

non agnoscunt cod. Put. et Palat. Et mihi fama melius constat ut probetur cod. Voss.—7 Cod. vet. Cagnerii strigat, i. e. (strigat) stringat: idem conj. Ant. de Rooy. De verbis 'scribere' et 'stringere' vide Heins. ad Ovid. Pont. II. 7. 33. et Scheffer. et Burm. ad Phædr. I. 29.—8 Lascivam verborum licentiam Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. Nostram lectionem testantur codd. Put. et Grut. cum ed. Palat. eamque probant Heraldus et Gronovius.—9 Codex Bodleianus, sic scripsit; quod habent etiam Ald. Junt. Colin. et quædam aliæ vet. —10 Emendat Lipsius praelegitur, in scholis nempe; ut Virgilius, Catullus, alii.

NOTE

famosis suis libris nominabant antiqui Poëtæ; sed nominibus fictis utitur Martialis lib. VII. Epig. 11. 'Ludimus innocuis verbis; hoc jure potentis Per genium famæ Castaliamque gregem.' Legunt alii 'Ludimus innocui: scis hoc bene,' &c.

⁶ *Vilius constet*] Quam illis antiquis qui ex aliorum infamia sibi famam querebant. Lib. VII. Epig. 11. 'Ut mea nec juste quos odit, pagina lædit, Et mihi de nullo fama rubore placet.'

⁷ *Novissimum ingenium*] Hoc est, comparare famam sine alterius rubore res est ingeniosa, priscis Poëtis non cognita, nec ab illis usitata: volo ergo ingenium hoc novissimum, seu novam hanc scribendi rationem in me probari. Vilis ergo constat fama quam sibi vitiis notatis, personis vero

silentio præteritis, sibi comparat nos-ter Poëta.

⁸ *Nec Epigrammata mea scribat*] Hoc est, aliter atque ego, interpretetur; nec fictorum nominum loco vera et propria substituat.

⁹ *Verborum veritatem*] Apertam rerum pudendarum appellationem: hac de re proluxe agit Plinius Secundus lib. IV. Epistola 14. Alii verborum licentiam. Videat lector.

¹⁰ *Sic scribit Catullus*] De his Poëtis dicemus suo loco: de Getulico nihil reperi. Voasius in libro de Poëtis Latinis meminit Lentuli Gentuliei Poëtæ, qui Tiberii ac Claudii temporibus fuit.

¹ *Tam ambiciose tristis est*] Morum severitas appellatur proprie ambitiosa tristitia, si aliquid affectationis inest.

pagina Latine loqui¹ fas sit, potest Epistola, vel potius Titulo^m contentus esse. Epigrammata illisⁿ scribuntur, qui solent spectare Florales.ⁿ Non intret Cato^o theatrum nostrum; aut si intraverit, spectet. Videor mihi meo jure facturus, si Epistolam versibus clausero.

stola, aut potius Inscriptione. Epigrammata scribuntur illis, qui consueverunt adesse Florilibus. Cato non ingrediatur theatrum nostrum; aut si ingressus fuerit, spectet. Censeo me facturum jure meo, si absolvero Epistolam carminibus.

NOTÆ

¹ *Latine loqui*] Hoc est, simpliciter et aperte sine ulla verborum dissimulatione loqui: Latini enim simplices habebantur, et nomine proprio res singulas nominabant. Lib. xi. Epig. 21. 'Cæsaris Augusti lascivos, livide, versus Sex lege, qui tristis verba Latina legis.' Turnebus lib. xxiv. cap. 5. dicit verba Latina appellari a nostro Poëta, quæ aperte et ingenue lasciviam et flagitia enuntiant: qualis est Epigrammaton lingua.

^m *Vel potius Titulo*] Qui abhorret a lascivis Epigrammatibus, legat tantum eorum Lemmata. lib. xiv. Epig. 2. 'Lemmata si quæris cur sint ascripta, docebo: Ut, si malueris, lemmata sola legas.'

ⁿ *Florales*] Ludos institutos in honorem Dææ Floræ, quos describit Ovid. Fast. v. lascivos prorsus.

^o *Non intret Cato*] Vide Epig. 1. infra.

I.

AD CATONEM.

NOSSES jocossæ dulce cum sacrum Floræ,
Festosque lusus, et licentiam vulgi,
Cur in theatrum, Cato severe, venisti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

O Cato austere, quare theatrum adisti, cum non ignorares suave sacrificium Floræ festivæ, festosque ludos, et libertatem plebis? an idcirco tantum accesseras ut discederes?

Tetrasticon hoc, inquit Farnabius, quod in aliis edd. (Junian. Delph. &c.) tertiam usurpavit sedem, loco suo redonavit Scriverius ex consilio cod. Bodleianii: in quo Epistolæ pedissequa est Inscriptio: *Idem ad Catonem Epigram.* At sic jamjam fuerat in Venet. Ald. Gryph. Colin. an. 1528. Junt. an. 1512. cum titulo, *Ad Catonem.* Tertium est in Plant. Junii.—2 *Festoque lusus* Junt. an. 1512.

NOTÆ

¹ *Jocossæ dulce*] Floralia intelligit, quæ ab impudicis mulieribus nudis celebrabantur Romæ in honorem Dææ

Floræ. Vide Epistolam supra et Epig. 36. infra. Præsente autem Catone populum pudit postulare ut

NOTÆ

mimæ nudarentur: quod cum cognovisset Cato, discessit e theatro: quod adire non debuit, cum impudicium ponunt. Floralium morem non ignoraret. Alii hoc Epigramma tertium hujus libri

II.

AD LECTOREM.

Hic est quem legis, ille quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis Epigrammaton libellis:
Cui, lector studiose, quod dedisti
Viventi decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent Poëtæ.

5

Hic quem evolvis, est ille Martialis quem quæris, celebris per totum orbem acutis libris Epigrammatum. O lector cupide, pauci Poëtæ post mortem consequuntur famam, quam concessisti ipsi vivo et audienti.

2 Toto notus in urbe codex Vossianus.

NOTÆ

6 Post cineres] Metonymia, id est, qui prægravat artes Infra se positas, post obitum: raro enim excellentes extinctus amabitur idem.' Vide lib. v. Epig. 10.
viri laudantur, dum vivunt: rationem reddit Horat. 'Urit enim fulgore suo

III.

AD LECTOREM, UBI LIBRI VENALES.

Qui tecum cupis esse meos ubicumque libellos,
Et comites longæ quæris habere viæ;
Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis:
Scrimia da magnis, me manus una capit.

Qui expetis meos libros versari tecum in quovis loco, et optas socios habere longinqui itineris; hos tibi compara, quos membranula stringit tabulis angustis: repone magnos in capis, una manus me comprehendit. Tamen ne te fugiat, ubi sim pro-

Quartum est hoc Epigramma in Junt. an. 1512. sed in Plant. Junii, Delph.

NOTÆ

3 Arctat membrana] Hoc est, qui bellis vel citreis vel ex alia materia exiguo volumine sunt compacti. Scribebant antiqui in membranis; et ta-

Ne tamen ignores, ubi sim venalis, et erres
 Urbe vagus tota; me duce certus eris.
 Libertum docti Lucensis quære Secundum,
 Limina post Pacis, Palladiumque forum.

5

mercata, et ne errans discurras per totam civitatem; eris certus me duce. Investiga Secundum libertum periti Lucensis, juxta templum Pacis, et forum Palladia.

et nonnullis aliis secundum.—7 *Secundi* contra omnium codd. et edd. vett. fidem legit Scriverius, eumque secutus est Farnabius. At vide Turneb. *Advers.* xviii. 3.

NOTE

7 *Quare*] Bibliopola erat hic Secundus. Turnebus lib. xviii. cap. 3. suspicatur in patronorum libertis ordinem quandam fuisse, quod alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. Judicet

lector. Alii *Secundi* ut sit nomen ipsius patroni: sed sine auctore.

8 *Palladium*] Ita appellabatur forum Romanum ab æde Palladis quæ in eo fuit juxta templum Pacis.

IV.

AD LIBRUM SUUM.

ARGILETANAS mavis habitare tabernas,
 Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent.
 Nescis, heu, nescis dominæ fastidia Romæ:
 Crede mihi, nimium Martia turba sapit.
 Majores nusquam ronchi, juvenesque senesque
 Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

5

O Libelle, magis tibi placet degere in officinis Argiletanis, cum capsa nostræ tibi pateant. Non cognoscis, heu non cognoscis despicientiam Romæ dominæ: mihi adem adhibe, Martia populus sagacior est. Nulli majores sunt irrationes; adolescentes, decrepiti, pueri ipsi habent nasum rhinocerotis. Cum auscultaveris grande

Tertium Epigramma in Junt.—5 Nonnullæ vett. habent *ronchi*.—6 *Rhi-*

NOTE

1 *Argiletanas*] Argiletum locus erat Romæ in quo erant bibliopolia.

3 *Dominæ Romæ*] Hoc est, Romanorum rerum dominorum, qui te excipient veluti domini suos servos.

4 *Martia turba*] Mars pater Romuli fingitur, a quo originem duxerunt Romani. Vide Plutarchum in

Romulo.

5 *Ronchi*] Ronchus est sonus nasi qui fit stertendo, quo judicium fastidiosum intelligit Poëta.

6 *Et pueri nasum*] His verbis significat etiam pueros Romæ irridere et carpere auctorum scripta. Cornu rhinocerotis, quod appellat nasum,

Audieris cum grande sophos, dum basia captas,

Ibis ab excusso missus in astra sago.

Sed tu, ne toties domini patiare lituras,

Neve notet lusus tristis arando tuos;

10

Æthereas, lascive, cupis volitare per auras:

I, fuge; sed poteras tutior esse domi.

sophos, dum ambis osculationes, in aërem jactaberis sagulo exagitato. At tu ne toties subdus emendationes heri tui, et ne calamus severus animadvertat in tuos jocos, o protervus, expectis volare per regiones aëris: abi, fuge, at poteras esse securior domi.

nocerentis codex Thuanens.—7 Optimi libri habent jactas; sic Beverlandi Ms. hinc Scriv. basia jacta, quod probat Gronovius.—12 Vel frige si poteras Beverlandi Ms.

NOTÆ

fortissimum, nempe ut accerrimum ostendat judicium. Vide lib. Spec-
tac. Epig. 9. Plin. lib. xi. cap. 37.
'Et altior homini tantum, quem novi
mores subdola irrisioni dicavere, na-
sus.' Nasus irrisioni dicatus est.
Vide lib. xiii. Epig. 2.

7 *Grande sophos*] Σοφός, sapienter.
Erat frequentissima acclamatio eor-
um qui recitantis scripta laudabant.
Vide Epig. 50. infra: 'Mercetiar
alins grande et insanum sophos.'

Basia captas] Approbationes. Nam
osculabantur antiqui quos recitantes

probaverant. Vide Epig. 77. infra.

8 *Ibis ab excusso*] Suetonius in O-
thone cap. 2. 'Ferebatur et vagari
noctibus solitus: atque invalidum
quemque obviorem, vel potentem
corripere: ac distento sago imposi-
tum in sublime jactare.' Gallice,
berner.

10 *Tristis arando*] Quod censura
omnis severa sit et tetrica: ex arun-
dine vero, præsertim Ægyptia, fiebant
calami scriptorii. Vide lib. xiv.
Epig. 38.

V.

AD CÆSAREM.

CONTIGERIS nostros, Cæsar, si forte libellos,

Terrarum dominum pone supercilium.

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi;

Materiam dictis nec pudet esse ducem.

*O Cæsar, si casu tractaveris nostros libros, depone supercilium dominum orbis.
Vestri etiam triumphi soliti sunt tolerare cavillationes, nec Imperator erubescit*

NOTÆ

2 *Supercilium*] Usurpat pro fastu
et severitate. *Terrarum dominum* vo-
cat, quod eo terrarum orbis guber-
naretur.

3 *Ferre triumphi*] In ipsa triumphi
pompa per jocum dicterilis et convi-
ciis Imperatorem consecrabantur mi-
lites. Suetonius in Julio cap. 49.

Qua Thymelen spectas, derisoremque Latinum,

5

Illa fronte precor carmina nostra legas.

Innocuos censura potest permittere lusus:

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

præbere argumentum dicitur. Te rogo ut legas versus nostros eo vultu quo aspicias Thymelen, et facetum Latinum. Censura potest pati jocos innocuos: mihi est liber procax, vita vero integra.

~~~~~

3 Beverlandi Ms. *quam ferre triumphi*.—8 Cum interrogatione legit Gruterus: *Lasciva est nobis pagina?* lepidus enim videtur, ut nec neget de se, nec fateatur. Interrogatio tamen displicet Gronovio, qui posterius est delendum censet.

#### NOTÆ

5 *Qua Thymelen*] Thymele et Latinus mimi erant Domitiano gratissimi. Juvenalis Sat. 1. 'Et a trepido Thymele summissa Latino.'

7 *Innocuos*] Personis enim pepercit noster Poëta, ut patet ex Epistola

huic libro præfixa, et vitia tantum carpsit; unde nec a gravissimo censore Domitiano reprehendi potuit. Vide Suetonium in Domitiano cap. 8.

8 *Vita proba*] Lege lib. ix. Epig. 29.

### VI.

#### AD MARCUM.

Do tibi Naumachiam, tu das Epigrammata nobis.

Vis puto cum libro, Marce, natare tuo.

*Exhibeo tibi prælium navale, tu nobis offers Epigrammata: o Marce, ut arbitror cupis nare cum tuo libello.*

~~~~~

In codice Palatino inscribitur *Naumachias*, quod Grutero placet. Ad *Marcum* in aliis et edd. vett. Musambertius Abbavill. melius futurum ait, *Cæsar Martiali*. In nonnullis: *Sub Personam Cæsaris, ad Poëtam*.—1 *Do tibi naumachiam, tu das epygrāmata nobis* Junt. an. 1512. *Do tibi Naumachias* codex Palatinus.—2 In eadem Junt. *nature* pro *natate*.

NOTÆ

1 *Do tibi*] Introducit Domitianum respondentem sibi, quasi intempestive obtulisset Epigrammata. Vide lib. v. Epig. 54. De naumachia lib.

Spect. Epig. 24.

2 *Vis puto*] Vis hic mergi cum tuis versibus cum sis importunus.

VII.

DE LEONE CÆSARIS.

ÆTHEREAS aquila puerum portante per auras,

Illæsum timidis unguibus hæsit onus :

Nunc sua Cæsareos exorat præda leones,

Tutus et ingenti ludit in ore lepus.

Quæ majora putas miracula ? summus utrisque

5

Auctor adest : hæc sunt Cæsaris, illa Jovis.

Onus incolume adhæsit sollicitis unguibus aquila ferente puerum per regiones æris : nunc Cæsaris leones flectuntur præda propria, et lepus securus ludit in ore vasto. Quæ existimas majora prodigia ? utrumque habet supremum auctorem : hæc edidit Cæsar, illa Jupiter.

~~~~~  
Lemma est *De Aquila et Puer* in cod. Bodleiano.—2 Codex Vossianus habet, *exit onus*.—3 Musamb. citat, *Hinc sua, &c.* Junt. an. 1512. penes Editorem in margine exhibet : *exarmat præda leones*.—5 Cod. Voss. *summus uterque* : in aliis, *utrique* : Cagnerius legit, *utrique*, vel *utrinque* : libri meliores exhibent *utrique*, quod ad miracula referendum.

## NOTÆ

1 *Puerum*] Ganymedem scil. Trois filium, quem rapi ab aquila jussit Jupiter. Plinius lib. xxxiv. cap. 8. Nota est fabula Jovis in aquillam conversi. Ovid. Met. x.

2 *Timidis unguibus*] Ne puer caderet, vel offenderetur. Metaphora est.

3 *Cæsareos*] A Cæsare exhibitos.

5 *Quæ majora*] Aquilæ, an Leonis?

*Summus*] Uterque Deus est, nam Domitianus Deus appellari voluit, cujus jussu captum leporem dimittebat leo, sicut Jove jubente Ganymedem rapuit aquila. Vide infra Epig. 23. 49. 52. 61.

## VIII.

## AD MAXIMUM, DE COLUMBA STELLÆ.

STELLÆ delictum mei columba,

Verona licet audiente dicam,

O Maxime, asseverabo, quantumvis Verona auscultante, columba voluptas mei

~~~~~  
In hoc Epigrammate nil variant codd. aut libri impressi.

NOTÆ

1 *Stella columba*] Stella Poëta Patavinus columbam amicæ suæ deservit, ad imitationem passeris Catulli.

Columba pro opere de columba su-

Delph. et Var. Clas.

mitur, causa nempe pro effectu. Vide lib. vi. Epig. 21. et lib. vii. Epig. 14.

2 *Verona*] Patria Catulli, urbs Ita-

Martial.

E

Vicit, Maxime, passerem Catulli.
 Tanto Stella meus tuo Catullo,
 Quanto passere major est columba.

5

Stella superavit passerem Catulli. Tanto meus Stella major est tuo Catullo, quanto columba major est passere.

NOTÆ

lim satis nota.

vel forte quem admirari solebat

4 *Tuo Catullo*] Hoc est, populari, Maximus.

IX.

DECIANI DOGMA LAUDAT.

QUOD magni Thrasæ, consummatique Catonis
 Dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis;
 Pectore nec nudo strictos incurris in enses;
 Quod fecisse velim te, Deciane, facis.
 Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:
 Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

5

O Deciane, agis quod cupiam te agere, quod ita sectaris placita magni Thrasæ, et Catonis perfecti, ut contendas esse similis illis, nec irruis in gladios districtos nudato pectore. Non probo eum virum qui quarit existimationem prompta morte: probo illum qui potest celebrari sine interitu.

~~~~~  
 Lemma in Thuan. *Ad Decianum*.—1 In Junt. an. 1512. *consummatique Catonis*: forte: *Quod magni Thrasæ casum, summiq[ue] (vel magnique) Catonis*.—2 Codex Vossianus, *salvus et esse velis*: alii, *talis ut esse velis*, i. e. eorum similis. Calderinus legit, *servus ut esse velis*, quem vide in ed. Langii an. 1617.—3 *Pectore nec nudos* Junt. an. 1512.

## NOTÆ

1 *Magni*] Exitum Thrasæ et Catonis improbat, qui Stoicorum doctrinam professi voluntaria morte laudem quæaverant. Satis notus Cato nis exitus; Pæti Thrasæ meminit Suetonius in Nerone cap. 37. Tacit. Annal. xvi. 'Thrasæ, Serranoque et Serviliæ datur mortis arbitrium.'

2 *Salvus [talis] ut*] Ut eorum exemplo constans et fortis habearis.

Alii legunt *salvus ut esse velis*: hoc est, ut te non interficias, sicut se interfecerunt illi.

5 *Facili sanguine*] Facilitate mortis voluntariæ.

6 *Laudari qui*] Eum probo qui mala constanter pati possit, nec morte se ab illis liberet: quod mollis animi est.

## X.

IN COTTAM.

BELLUS homo et magnus vis idem, Cotta, videri:

Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

*O Cotta, cupis habere speciem simul belli hominis et magni; sed, Cotta, qui homo bellus est, parvus est.*

~~~~~

In eadem Junt. inscribitur: *Jocatur in coctam. Mox, Cocta videri, et cocta pusillus homo est.*

NOTE

1 *Bellus*] Diminutivum a bono: non est magnus homo, sed pusillus et verbum *bellus* de rebus pusillis dicitur. Vide lib. II. Epig. 7. et lib. III. Epig. 62.

XI.

DE GEMELLO ET MARONILLA.

PETIT Gemellus nuptias Maronillæ,

Et cupit, et instat, et precatur, et donat.

Adeone pulchra est? immo foedius nil est.

Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit.

Gemellus exposcit matrimonium Maronillæ, et desiderat, et urget, et rogat, et dat munera. An usque eo formosa est? e contrario nihil turpius est. Quid igitur in illa postulatur, et gratum est? Laborat tussi.

~~~~~

1 *Petit Venustus* in nonnullis codd. ait Ramires de Prado, improbante Musamber.—3 Junt. an. 1512. *foedius nihil*, metro obstante.—4 *Quid ergo in illa appetitur* habent eadem Junt. et aliae quædam edd. vet. quod melius putat Heraldus: et sic in Par. an. 1754. *Quid igitur in illa appetitur et placet?* *tussis* in cod. Bodl. *tussis* legit etiam Palmannus, probante eodem Heraldus: servat idem Par. an. 1754.

## NOTE

4 *Tussit*] Tussientes vetulas a se crederent, et earum hæreditatem haberi se sperarent. Lib. II. Epig. 26. Alii *tussis*.

## XII.

## AD SEXTILIANUM POTOREM.

CUM data sint equiti bis quina numismata, quare

Bis decies solus, Sextiliane, bibis?

Jam defecisset portantes calda ministros,

Si non potares, Sextiliane, merum.

O *Sextiliane*, cur tu unus potas viginti nummos *sestertios*, cum decem donati sint equiti? Jam aqua calida defuisset servis ferentibus, nisi, *Sextiliane*, biberes vinum purum.

~~~~~

Ad *Sextilianum* in cod. Thuan.—1 Junt. an. 1512. *bis quinq̃ue numismata*.—4 *Si non potasses Beverlandus*.

NOTÆ

1 *Cum data sint*] Si equiti cuius sportulæ nomine decem *sestertii* ad emendum panem, edulia, et etiam ad bibendum dantur; cur tu, *Sextiliane*, adeo intemperanter te geris, ut solus vinum bibas pro viginti *sestertiis*? Sic *Ramiresius*. Vide *Turnebum* lib. XVIII. cap. 30. Ad sitim levandam in spectaculo longius producto distributa scribit viritum per quatuordecim

ordines decem numismata. Quæ fuerint illa, quis audeat affirmare? Sed non magni pretii fuisse apparet, partim ex *Epig.* 27. infra, ubi appellantur 'æra,' partim ex opposito, *bis decies bibis*. Gron.

3 *Calida*] Aqua calida in deliciis habita fuit apud antiquos, vel quam vino infunderent, vel quam solitariam biberent, vel etiam qua lavarentur.

XIII.

DE REGULO.

ITUR ad Herculei gelidas qua Tiburis arces,

Canaque sulfureis Albula fumat aquis;

Rura, nemusque sacrum; dilectaque jugera Musis

Signat vicina quartus ab urbe lapis.

Qua iter est ad frigidum castellum Tiburis Herculei, et Albula candida emittit fumum aquis sulfureis; quartum ab urbe propinqua militare designat villam, et sylvam consecratam, atque agros gratos Musis. Porticus impolitâ exhibebat

~~~~~

1 *Itur ad Hercules gelidi* codex Thuan. *Intus ad Hercules gelidi* quam *Beverlandi* Ms.—2 *Canaque* Par. an. 1754. operarum lapsu procul dubio.—3 *Antra nemusque* codex *Vossianus*; *Rura nemusque sarum* Junt.—4 *Idem* cod.

## NOTÆ

1 *Herculei*] Hercules enim Tibure colebatur. Tibur hodie *Tivoli*.

2 *Cana Albula*] Planitiem Tiburi

vicinam intellige, ubi a colore albo quem a venis sulfureis trahunt, aquæ albæ dicuntur.

Hic rudis æstivas præstabat porticus umbras, 5  
 Heu quam pæne novum porticus ausa nefas!  
 Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa.  
 Gestatus bijugis Regulus esset equis.  
 Nimirum timuit nostras Fortuna querelas,  
 Quæ par tam magnæ non erat invidiæ. 10  
 Nunc et damna juvant: sunt ipsa pericula tanti:  
 Stantia non poterant tecta probare Deos.

*hic umbras tempore æstatis: heu quam inauditum æcelus fere patravit porticus! Nam labefactata repente concidit, postquam Regulus fuisset vectus bigis sub illa mole. Fortuna nempe, quæ erat impar tanto odio, impediit querimonias nostras. Nunc et detrimenta prosunt: discrimina parvi sunt æstimanda: stans porticus nequibat demonstrare Deos.*

Voss. *lacus* habet pro *lapis*. Mox, *æstivas præstabat porticus auras*.—9 *Nimirum tenuit* Palmannus, l. e. impediit.—11 *Nunc tot damna juvant* codex Vossianus.—12 Beverlandi Ms. *probare Deum*.

## NOTÆ

10 *Quæ par*] Hoc est, verita est omnium invidiam, quam Regulo oppresso sustinere non potuisset. De Regulo longe aliter sentit Plinius Junior lib. i. Epist. 5. Nescio an idem fuerit. Vide Epig. 83. infra. *Tenuit*: alii *timuit*.

11 *Sunt ipsa*] Hoc est, Non oportet timere pericula, cum ex illis propulsis probetur Deorum providentia,

quibus curæ fuit Regulus. Sic locutus est Cicero Ver. II. 'Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo,' &c. id est, Tanti non facio periculum invidiæ. Vel sic interpretare: Ipsa pericula pleris æstimanda sunt, quæ probant Deos esse, &c.

## XIV.

DE ARRIA ET PÆTO.

CASTA suo gladium cum traderet Arria Pæto,  
 Quem de visceribus traxerat ipsa suis:

*Cum pudica Arria suo Pæto porrigeret ensē, quem ipsa eduxerat ex visceribus*

2 Beverlandi Ms. *strinxerat ipsa*.

## NOTÆ

1 *Castæ suæ*] Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat: fuerat Pætus in ejus partibus; cui tandem mori coacto uxor Arria porrexit gladium, quo pectus suum per-

foderat, addita hac voce immortalis ac pæne divina: 'Pæte, non dolet.' Sic fere Plinius Junior lib. III. Epist. 16. Vide Tacitum Annal. XVI.

Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit;  
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

*testinis: Si mihi credis, ait, plaga, quam mihi intuli, non me angit: sed hæc, Pæte, me angit, quam tu tibi infliges.*

## XV.

AD CÆSAREM.

DELICIAS, Cæsar, lususque jocosque leonum

Vidimus: hoc etiam præstat arena tibi;

Cum pressus blando toties a dente rediret,

Et per aperta vagus curreret ora lepus.

Unde potest avidus captæ leo parcere prædæ?

5

Sed tamen esse tuus dicitur; ergo potest.

*O Cæsar, spectavimus hæc leonum, oblectationes, et festivitates: hoc quoque tibi exhibet arena, cum lepus toties captus dimitteretur dente benigno, atque errans teneret cursum per ora patentia. Qua ratione leo rapax potest veniam dare prædæ captivæ? verum tuus esse fertur, ergo potest.*

~~~~~

Nil in hoc Epigrammate variant aut libri manu scripti aut excusi.

NOTÆ

1 *Lususque jocosque*] Quoniam feræ non cædebantur a leonibus. Vide Epig. 106. infra.

3 *A dente rediret*] Hoc est, ex leonibus dentibus dimitteretur. Vide Epig.

7. supra, et Epig. 49. infra.

6 *Ergo potest*] Parcere nempe, quia refert clementiam tuam, o Cæsar.

XVI.

AD JULIUM.

O MIHI post nullos, Juli, memorande sodales;

Si quid longa fides, castaque jura valent:

O Juli, mihi celebrande ante omnes amicos, si vetus amicitia atque antiqua

~~~~~

Hoc et quæ sequuntur triginta duo Epigrammata locum habent in Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528. post centesimum quartum, quod inscribitur ad Scævola. Inde inserta sunt quadraginta quinque e libro quarto.—1 Pul-

## NOTÆ

1 *O mihi*] Sic Ovidius Trist. 1. incipit Elegiam quartam. Sæpe amicos

ad voluptates hortatur noster Poëta, quod celeriter fluant.

Bis jam pæne tibi consul trigesimus instat,  
 Et numerat paucos vix tua vita dies.  
 Non bene distuleris, videas quæ posse negari ; 5  
 Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.  
 Expectant curæque catenatique labores.  
 Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.  
 Hæc utraque manu, complexuque assere toto :  
 Sæpe fluunt imo sic quoque lapsa sinu. 10  
 Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam.  
 Sera nimis vita est crastina : vive hodie.

*consuetudo aliquid possunt : jam fere sexaginta anni tibi imminet, et tua vita vix computat paucos dies. Non recte protraxeris quæ posse tibi eripi animadvertas, et existimes hoc tantum esse tuum quod præterit. Anxietates atque invicem conneri labores nos manent ; letitia non reddit, sed profuga avolat : hanc tibi vindica ambabus manibus, et toto amplexu : sic quoque fugax sæpe elabatur ex imo tuo gremio. Mihi fidem adhibe, non decet sapientem dicere, Vivam : crastina vita tardior est, vive hodie.*

*mannus numerande. Hæc duo verba sæpe confunduntur, ut ap. Stat. Achill. 1. 18. Theb. III. 165. et Propert. III. 7. 17. Vide Mitsch. in Epist. Crit. ad Heyn. p. 62.—2 Edd. vett. omnes, Venett. Ald. Junt. Colin. Palat. Junii, Gryph. Domit. Ramir. Pulm. aliam, exhibent, canaque jura : quibus junge Par. an. 1754. Nostram lect. servant Scriv. Farnab. Schrevel. et Maittair.—5 Junt. an. 1512. habet, quod posse negari.—8 Alii, ut Ald. Junt. Gryph. Pulm. legunt remeant, forse ex Horatiano illo : ' Sic semel emissum volat irrevocabile verbum.' Sic gaudium semel omissum non remeat, sed volat fugitivum.—10 Serpe fluunt immo in Junt. manifesto errore.*

## NOTÆ

3 *Bis jam*] Annuo consulatu annos 8 *Gaudia non remanent*] Alii legunt, numerabant Romani. remeant. Videat lector.  
 4 *Et numerat paucos*] Vide lib. VI. 12 *Vive hodie*] Hoc est, voluptati-  
 Epig. 70. solos enim dies computa- bus frui.  
 bat, quibus genio indulgebatur.

## XVII.

## AD AVITUM.

SUNT bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,  
 Quæ legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

*Ex iis quæ evolvis, quædam bona sunt, quædam vero modica, multa autem nullius pretii : hic libellus non componitur alio modo.*

2 Male interpungitur in edd. vett. sunt mala plura, Quæ legis ; hic aliter, &c.

## NOTÆ

2 *Non fit liber*] Hoc est, liber non 2 Vide lib. II. Epig. 8.  
 crescit intra justam magnitudinem.

## XVIII.

## AD TITUM.

COGIT me Titus actitare causas,  
Et dicit mihi sæpe, Magna res est.  
Res magna est, Tite, quam facit colonus.

*Titus me compellit ad causas perorandas, et me crebro obtundit, Res est magna.  
O Tite, res est magna cui incumbit agricola.*

3 Alii hunc versum interrogatorie legunt, quasi dicat: Illane res magna est, quam quis ab aratro protractus exercere possit, e robusto colono strenuus rabula mox factus? Vide lib. v. 13.

## NOTÆ

3 *Res est magna*] Domitius legit per interrogationem, hoc sensu: Estne res magna quam facit colonus? coloni enim agricultura derelicta fiebant cauidici: quasi dicat Poëta: Mihi non placet illud vitæ genus, quod multi sequi possunt. Ramiresius vero mihi videtur melius sic ex-

plicare hunc locum: Colonus dum colit agros, multam pecuniam congerit, nempe magnam rem facit, neque tamen improbus ille labor licet fructuosus mihi arridet. Itaque Titus frustra invitat nostrum Poëtam; mavult enim Musas colere licet steriles, quam facere rem.

## XIX.

## AD TUCCAM.

QUID te, Tucca, juvat vetulo miscere Falerno

In Vaticanis condita musta cadis?

Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?

Aut quid fecerunt optima vina mali?

De nobis facile est: scelus est jugulare Falernum,

5

Et dare Campano toxica sæva mero.

*O Tucca, quid te delectat infundere veteri Falerno musta recondita in cadis Vaticanis? quoniam tanto beneficio te devinxit vinum vilissimum? aut quo malo te affecit vinum pretiosissimum? Facile est nos jugulare. Falernum vero nefas,*

6 Pulmannus aliiq̃ legunt, toxica vina cado.

## NOTE

2 *In Vaticanis*] Vinum Vaticanum est vappa. Vide lib. vi. Epig. 92. lib. x. Epig. 45. lib. xii. Epig. 48.

5 *De nobis*] Hoc est, Jugulare nos convivas res est levis momenti, at scelus est occidere vinum quod per

Convivæ meruere tui fortasse perire:  
 Amphora non meruit tam pretiosa mori.

*et miscere venenum crudele vino Campania. Tui convivæ forte digni sunt morte, lagena adeo exquisita non merita est perire.*

## NOTE

metaphoram vivere dicitur. De Fa-  
 lerno nobili Campaniæ vino dicemus  
 lib. XIII.

liquidorum octoginta libras Romanas  
 continens, hic vero sumitur pro vase  
 vinario.

8 *Amphora*] Proprie est mensura

## XX.

AD ÆLIAM.

Si memini, fuerant tibi quatuor, Ælia, dentes:  
 Exspuit una duos tussis, et una duos.  
 Jam segura potes totis tussire diebus;  
 Nil istic, quod agat, tertia tussis habet.

*Ælia, si recorder, habueras quatuor dentes: una tussis excreavit duos, altera  
 duos. Tuta jam potes tussire per totum diem; nihil superest tertia tussi quod  
 faciat istic.*

2 *Expulit* codex Bodleianus.—4 *Nil tibi quod tollat* legit Pulmannus.

## NOTE

4 *Nil istic*] Quia nulli supersunt *Nil tibi quod tollat*.  
 dentes. Vide lib. III. Epig. 92. Alii,

## XXI.

AD CÆCILIANUM.

Dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata,  
 Solus boletos, Cæciliane, voras.  
 Quid dignum tanto tibi ventre, gulaque precabor?  
 Boletum, qualem Claudius edit, edas.

*Rogo te, quæ insaniam est? o Cæciliane, tu unus deglutis boletos convivis invita-  
 tis aspicientibus. Quid tibi precabor conveniens tanto abdomini, et helluati? comedas  
 boletum, qualem comedit Claudius.*

8 Junt. an. 1512. habet: *Quid dignum tanto ventriqus gulaque precabor? et*

## NOTE

4 *Qualem Claudius*] Boletus fungus argento præfert Epig. 48. lib. XIII.  
 est optimi saporis, quem auro atque Agrippina vero Claudium Cæsarem

sic legunt Gruterus et Scriverius. Codex Bodleianus exhibet: *Quid dignum tanto venerique gulaque precabor?*

## NOTÆ

maritum boleto venenato extinxit. mino: sed quales Claudius edit Juven. Sat. v. 'Villibus ancipites Ante illum uxoris, post quem nil amplius ponentur amicis, Boletus do- plus edit.'

## XXII.

## DE PORSENA ET MUCIO SCÆVOLA.

CUM peteret regem decepta satellite dextra,

Ingressit sacris se peritura focis.

Sed tam sæva pius miracula non tulit hostis,

Et raptum flammis jussit abire virum.

Urere quam potuit contempto Mucius igne,

5

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Major deceptæ fama est et gloria dextræ:

Si non errasset, fecerat illa minus.

*Dum manus invaderet regem decepta a stipatore peritura immisit se in ignes sacros; sed hostis pietate motus non passus est prodigium adeo ferox, atque imperavit dimitti virum ab igne ereptum. Porsena non potuit aspicere hanc dexteram, quam cremare potuit Mucius flammis despectis. Laus dextræ errantis et honor major est. Illa minus peregrisset, nisi aberrasset.*

1 *Dum peteret* Ald. Junt. Gryph. Colin. Palm. Jun. aliæque vett.—2 *Infecit* in liisem.

## NOTÆ

1 *Cum peteret*] Hæc historia Porsenæ et Mucii Scævola satis nota est ex Livio.

*Satellite*] Quem percussit Mucius, regem illum existimans.

8 *Si non errasset*] Majorem quippe laudem consecutus est Mucius, cum amissa manu hostem vicit, quam si armata occidisset.

## XXIII.

## DE LEONE ET LEPORE.

QUID nunc sæva fugis placidi lepus ora leonis?

Frangere tam parvas non didicere feras.

O lepus, quid nunc vitas ora fera leonis benigni? non consueverunt rumpere

1 *Quid non sæva* in nonnullis exemplaribus; non male, inquit Polmannus propter *placidi* quod sequitur; utraque tamen lectio probari potest. Gro-

Servantur magnis isti cervicibus ungues,  
 Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.  
 Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus :      5  
 Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

*feras tam exiguas. Isti ungues servantur magnis capitibus, nec tanta sitis letatur modico sanguine. Lepus est præda canum, non replet hiatus latos. Dacus puer non metuat arma Cæsaris.*

novio, ut et Dousæ, non sæva vera lectio videtur; Grutero et Scriverio non item. Mira *ἐπὶ πρῶτα* inest τῇ nunc; quasi dicat: Quid nunc timidus fugis ora leonis; qui nunquam alias timendi causam habes? non solet enim leo istiusmodi vilem prædam venari. Ita nunc cum emphasi interdum pronuntiandum. Cf. Spectac. Ep. VIII. et Ovid. Trist. IV. 1. 93.

## NOTE

3 *Magnis cervicibus*] Taurorum putæ, cervorum, aprorum, &c. Vide Epig. 7. et 15. supra.

6 *Dacus puer*] Hoc est, hostis imbellis, nam Dacos domuit Domitianus:

quasi dicat, in hostes debiles non sævit Cæsar. Dacia comprehendit hodie Transylvaniam, Moldaviam, et Walachiam.

## XXIV.

## AD COTTAM.

INVITAS nullum, nisi cum quo, Cotta, lavis,  
 Et dant convivam balnea sola tibi.  
 Mirabar, quare nunquam me, Cotta, vocasses:  
 Jam scio, me nudum displicuisse tibi.

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant codd. et impressi.

## NOTE

1 *Invitas nullum*] Sub persona Cottæ carpit effœminatos et molles homines, qui in balneis bene mutoniatos subnotabant, quos inde ad convivia, a conviviis vero ad lectum deduce-

rent.

4 *Jam scio*] Quippe mutonis mensura tibi non placuit. Lib. III. Epig. 51. et 73. et lib. VII. Epig. 54.

## XXV.

AD DECIANUM.

ASPICIS incomitis illum, Deciane, capillis,  
 Cujus et ipse times triste supercilium;  
 Qui loquitur Curios, assertoresque Camillos?  
 Nolito fronti credere, nupsit heri.

*O Deciane, illum intueris crinibus incultis, cujus et ipse vereris supercilium severum; qui prædicat Curios et Camillos liberatores? ne credas tristitia frontis, nupsit heri.*

\*\*\*\*\*

1 *Adspicis incompitis Hillum* in quibusdam libris; in aliis *Ilum*.—3 *Pro Curios* Palmannus legit *Varos*; sed recepta lectio magis placet.

## NOTÆ

- 2 *Triste supercilium*] Hoc est, gravitatem quæ in superciliis videtur. Lib. vii. Epig. 57. est huic simile. probis his viris. Juven. Sat. ii. 'Qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt.'  
 3 *Qui loquitur Curios*] Hoc est, qui grandia et severa verba profert digna  
 4 *Nolito fronti*] Sic Juven. ibidem: 'Fronti nulla fides.'

## XXVI.

AD FAUSTINUM.

EDERE tuos tandem populo, Faustine, libellos,  
 Et cultum docto pectore profer opus:  
 Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,  
 Nec sileant nostri prætereantque senes.  
 Ante fores stantem dubitas admittere famam, 5  
 Teque piget curæ præmia ferre tuæ?

*O Faustine, tandem profer in lucem tuos libros, et prome opus elaboratum perito ingenio: quod urbs Cecropiæ et Pandionis non improbet, nec quod senes nostri taceant aut prætermittant. Hæresne famam excipere consistentem ante januam,*

~~~~~

Hic exemplaria scripta et excusa non variant.

NOTÆ

- 2 *Et cultum*] Pectus sumitur pro ingenio. strat olivæ usum, condit arcem, et urbem Athenas. Pandion quoque regnavit Athenis. *Reineccius de familiis*.
 3 *Cecropiæ*] Cecrops gente Ægyptius migrat cum colonis in Atticam, Actæi regis affinitatem, et regni successionem virtute promeretur; mon-
 4 *Prætereantque*] Candidati præteriti dicebantur, qui nullum suffia-

Post te victuræ, per te quoque vivere chartæ

Incipiant: cineri gloria sera venit.

et lædet te reportare mercedem tuorum studiorum? Libri tui post te vita fruturi, per te etiam exordiantur frui vita: honor tardus consequitur mortem.

NOTÆ

gium talissent. Poëta ergo intelligit tur Faustinum, ut vivens et sentiens opus Græcis et Latinis laudandum. sua fructur fama et gloria. Vide 8 Cineri gloria] His verbis hortatur Epig. 2. supra.

XXVII.

AD SEXTILIANUM.

SEXTILIANE, bibis quantum subsellia quinque

Solus: aqua toties ebrius esse potes.

Nec consessorum vicina numismata tantum,

Æra sed a cuneis ulteriora, petis.

Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis;

5

Uya nec in Tuscis nascitur ista jugis:

Testa sed antiqui felix succatur Opimi,

Egerit et nigros Massica cella cados.

A caupone tibi fæx Laletana petatur,

Si plus quam decies, Sextiliane, bibis.

10

Sextiliane, tu solus potas tantum, quantum quinque Equites: temulentus esse potes hausta toties aqua. Nec rogas solummodo nummos ab iis qui tibi assident, sed pecuniam poecis a multitudine procul distante. Hæc vindemia non premitur prælis Pelignis, nec racemus ille crescit in collibus Tuscis. Sed exhauritur pretiosa amphora veteris Opimiani, et nigri cadi vini Massici extrahuntur ex cavea. Sextiliane, si potas plusquam decies, a caupone pete fæcem Laletanam.

2 Masamber. legit cum interrogatione: aqua toties ebrius esse potes?—3 Nec consessorum in ed. Plantiniana, i. e. vel a rege convivii, vel a principe: Junt. an. 1512. habet confessorum, errore manifesto.—4 Pro, petis Pulmannus legit bibis; alii, a cunctis ulteriora petis.—5 In quibusdam p'mitur vindemia prælis, i. e. premitur; male, propter alliterationem.—9 Quidam legunt Lacetana.

NOTÆ

1 Subsellia quinque] Hoc est, quantum quinque Equites qui subsellia in quatuordecim ordinibus occupabant. Est Synecdoche. De Sextiliano jam dictum Epig. 12. supra. Vide lib. v. Epig. 8. 'Edictum Domini Deique nostri, Quo subsellia certiora fiunt

Et puros eques ordines recepit.'

2 Aqua toties] Hyperbole est.

4 Cuneis] Pro caterva hominum sumitur, qui in formam cunei sedebant.

5 Non hæc] Neque Sextilianus bibit villia vina Peligna aut Tusca, sed

NOTÆ

Opimiana et Massica, de quibus lib. XIII.

9 *Fax Laletana*] Hoc est, vinum turbidum. Lib. VII. Epig. 53. 'Et Laletanæ nigra lagena sapæ.' Lale-

tania autem regio est Hispaniæ non procul a Tarracone.

10 *Si plus quam*] Vide Lipsium in suo Convivio Aptiq. lib. III. ubi ait: 'Decem cyathi summa potio sunt.'

XXVIII.

AD PROCILLUM.

HESTERNA tibi nocte dixeramus,
Quincunçes, puto, post decem peractos,
Cœnares hodie, Procille, mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti,
Et non sobria verba subnotasti,
Exemplo nimium periculoso.
Μισῶ μνήμονα συμπότην, Procille.

5

Procille, hesternæ nocte te invitaveram, epinos, post decem quincunçes exhaustos, ut cœnares hodie mecum. Tu statim existimasti tibi provenisse lucrum, et memoria retinueristi sermones vinolentos exemplo nimis damnosos. O Procille, odi memorem comptorem.

7 In ed. Junt. et aliis vett. *Μισῶ μνήμονα συμπότην πρόκιλλε*. Heraldus malit *μνήμονα συμπόταν* vide Lucian. in Symposio, et Plutarch. Quæst. Sympos. lib. I. cap. I.

NOTE

2 *Post decem*] Quincunx est poculum quinque cyathorum. Rem facere significat multum lucrari. Horat. 'Iane tibi melius suadet, qui ut rem facias, rem Si possis recte, si non, quocumque modo rem.' Odio

autem habebat Procillum, qui memoria teneret verba quæ per jocum proferrent ebrii. Raderus copiose describit mensuras antiquorum hoc loco, &c.

XXIX.

DE ACERRA.

HESTERNO fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit.

Hallucinatur qui existimat Acerram male olere vino hesterno, Acerra potat semper ad diem usque.

Nihil in hoc Epigrammate variant exemplaria.

NOTE

2 *In lucem*] Ita ut vinum recens crapula appellabatur, quam ne nox haustum semper redolet. Hesternam quidem concoquere potuerat.

XXX.

AD FIDENTINUM.

FAMA refert nostros te, Fidentine, libellos
Non aliter populo, quam recitare tuos.
Si mea vis dici; gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua vis; hæc eme, ne mea sint.

Fidentine, rumor est, te populo recitare meos libros tanquam tuos. Gratuito ad te mittam versus, si vis ut existimentur mei: verum si cupis ut habeantur tui, hos tibi compara, ne pertineant ad me.

Nec in hoc quicquam variant aut manuscripti aut libri impressi. Sed male interpungitur in ed. Langli: Si dici tua; vis, hæc eme, &c.

NOTE

4 *Ne mea sint*] Lege lib. II. Epig. jure tuum.
20. 'Nam quod emas possis dicere

XXXI.

DE DIAULO MEDICO.

CHIRURGUS fuerat, nunc est vespillo Dianlus.
Coepit, quo poterat, clinicus esse modo.

Dianlus exercuerat chirurgiam, nunc vero est vespillo: clinicus esse incipit ratione qua valebat.

2 In omnibus codd. et edd. vett. *Capit, quod poterat.* Lectio nostra debetur Lipsio, Epist. Quæst. I. 5.

NOTE

2 *Clinicus*] Clinici medici erant dicti, ἀπὸ τοῦ κλίνης hoc est, a lecto, quod ægrotos lecto jacentes viserent curarentque. Jocans Martialis ait ex chirurgo Dianlus esse factum clinicum; sed non potuisse aliter esse clinicum quam efferendo cadavera, ut indicet Diaulum factum esse vespillonem, qui efferret cadavera, et sic clinicus posset appellari: nam in κλῖνας efferebantur mortui.

XXXII.

DE ENCOLPO.

Hos tibi, Phœbe, vovet totos a vertice crines
 Encolpus, domini-centurionis amor:
 Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili,
 Quam primum longas, Phœbe, recide comas.
 Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
 Dumque decent fusæ lactea colla jubæ:
 Utque tuis longum, dominusque, puerque fruatur
 Muneribus, tonsum fac cito, sero virum.

5

O Apollo, Encolpus, deliciæ centurionis sui heri, tibi consecrat omnes capillos capitis. Cum Pudens reportaverit jucundam mercedem pili debiti, statim, Phæbe, rescinde longos crines. Dum molles genæ nondum squalent barba recenti, et dum capilli sparsi ornant cervicem roseam: effice ut Encolpus celeriter tondeatur: tarde tamen vir fiat, ut herus et servus diu potiantur tuis donis.

1 D'Orleans legit *tortos*, quia calamistrati illi capilli et retorti. Aliquando putabam *tonso*s esse legendum, et sic tandem reperio in margine Junt. me penes, hoc modo, *tōso*s.—6 Sunt qui hoc loco legant, *fusæ lactea colla comæ*.—7 Pro *fruatur* Pulmannus habet *fruantur*.

NOTÆ

3 *Præmia pili*] Hoc est, ubi primum Pudens meus dominus fuerit factus primipilus, seu primus primæ cohortis centurio: moris vero erat apud antiquos comas et primam bar-

bam Phæbo consecrare.

8 *Fac cito*] Ut Pudens fiat primipilus.

Sero virum] Id est, sero adultum.

XXXIII.

AD SABIDIUM.

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere quare:
 Hoc tantum possum dicere, non amo te.

O Sabidi, non diligo te, nec valeo reddere rationem: hoc unum dicere valeo, Non diligo te.

Ad *Savidium* in ed. Pulmanni.—1 *Non amo te Savidii* idem Pulmannus.

NOTÆ

1 *Nec possum*] Vel quod tota Sabidii natura, vultus, mores Martialis displicerent, vel forte aliquod sum-

mun esse in Sabidio flagitium intelligit, quod nominare non audeat. Alii, *Savidium*.

XXXIV.

DE GELLIA.

AMISSUM non flet, cum sola est Gellia, patrem ;
 Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrymæ.
 Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quærit ;
 Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

Cum Gellia est sola, non luget parentem mortuum: si quis adest, imperatae lacrymæ prorumpunt. O Gellia, quisquis capat plausum, hic non morret: is vero luget, qui morret sine teste.

3 In edd. vett. Ald. Junt. Colln. Gryph. aliis: *Non luget, quisquis*; et sic legit Scriverius. *Sic luget, quisquis* in codice Bodl.

NOTÆ

2 *Jussæ*] Fletum juxta ac risum crymis, semperque paratis In statione semper paratum habet fœmina. Ju- sua, atque expectantibus illam Quo ven. Sat. vi. 'Uberibus semper la- jubeat manare modo.'

XXXV.

AD LESBIAM.

INCUSTODITIS et apertis, Lesbia, semper
 Liminibus peccas, nec tua furta tegis:
 Et plus spectator, quam te delectat adulter;
 Nec sunt grata tibi gaudia, si qua latent.
 At meretrix abigit testem veloque seraque : 5
 Raraque Summoëni fornice rima patet.

O Lesbia, peccas patentibus nec custoditis foribus, nec absconditis tua stupra: spectator te efficit majori voluptate quam adulter; si qua delitescit oblectatio, non est jucunda tibi. At scorta expellant testem opponendo velamina et obices: viz ultra fœdera patecunt in lupanari, si recorder. Saltem accipe documentum verecundia

2 Pulmannus legendum censet *facta*, sed minus apposite. Vide Tibull. i. 2. 34.—6 *Raraque*, si memini in edd. vett. *Summoëni*, pro *Summanii*, jam-

NOTÆ

1 *Incustoditis*] Hoc est, sine janitore qui custodiat januam. Ovid. Amor. iii. 13. 'Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti Opposita populum summovet ante sera.'
 6 *Summoëni* [si memini] Alii legunt *Summanii*, id est, lupanarium in Summoënio; namque illic habitabant meretrices, unde dicebantur uxores Summoëniæ. *Farnab.*

A Chione saltem, vel ab Helide disce pudorem :

Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.

Numquid dura tibi nimium censura videtur ?

Deprendi veto te, Lesbia, non futui.

10

a Chione, vel Helide : hæc monumenta tegunt turpia prestitula. An reprehensio asperior tibi videtur ? Prohibeo ne deprehendaris, o Lesbia, non

~~~~~  
pridem correxerunt viri docti : aliis placet ut sit ablativus adjective.—7 In quibusdam vett. vel *alauda* ; in aliis, vel ab *Laide* : legitur etiam, vel ab *Iade* : Beverlandi Ms. vel ab *Hellade*. Vide Inscript. Sicul. p. 69.—8 Nonnulli libri habent, et monumenta, et sic legendum putat Heraldus.—10 *Deprendi* vero Schrevelius an. 1656. et 1671.

## NOTE

7 A Chione vel Helide] Notissima nempe erant illius temporis scorta.

menta mancipiis vilissimis prostituebantur.

8 Abscondunt] Has meretrices basiliarias mæchas appellat lib. III. Epig. 98. quæ scil. extra urbem ad monu-

10 Deprendi] Hoc verbum solenne est de iis qui in aliquo crimine et re turpi inveniuntur.

## XXXVI.

AD CORNELIUM.

VERSUS scribere me parum severos,

Nec quos prælegat in schola magister,

Corneli, quereris : sed hi libelli,

Tanquam conjugibus suis mariti,

Non possunt sine mentula placere.

5

Quid si me jubeas Thalassionem

O Corneli, expostulas a me componi carmina parum gravia, nec quæ dictet præceptor in schola : at hi libri nequeunt probari sine aculeo, veluti mariti suis uxoribus. Quid si me cogas celebrare Thalassionem vocibus non convenientibus Thalassioni ?

~~~~~  
2 Nec quos perlegat in omnibus codd. et edd. vett. Sic lib. VIII. Epig. 2. olim legebatur *perlegat*, pro *prælegat*.—3 Junt. an. 1512. habet, sed si libelli.

NOTE

2 Prælegat [perlegat] Cum enim versus quidam sint obsecrati, non omnia Epigrammata leguntur in schola. Alii *prælegat*.

6 Thalassionem] Sic dictus est a Romanis Deus qui præest nuptiis ; a Græcis Hymenæus nuncupatus ; cuius laudes versu lascivo celebrari sole-

bant. Itaque ineptus videretur, qui Thalassionem verbis honestis celebrari juberet : eodem modo ineptus est ille, qui vult Epigrammata scribi verbis non lascivis ; Epigrammata enim amant verba lasciva, aperta, et dominantia.

Verbis dicere non Thalassionis ?
 Quis Floralia vestit, et stolatum
 Permittit meretricibus pudorem ?
 Lex hæc carminibus data est jocosis ; 10
 Ne possint, nisi pruriant, juvare.
 Quare deposita severitate,
 Parcas lusibus et jocis, rogamus :
 Nec castrare velis meos libellos.
 Gallo turpius est nihil Priapo. 15

Quis induit ludos Florales, et concedit scortis verecundiam stolatum ? Hoc jus concessum est versibus festiis, ut nequeant placere nisi titillent. Quapropter petimus ut austeritate abjecta veniam des ludis et facetiis: nec exsecres meos libros. Nihil fastidiosius est Priapo Gallo.

—11 *Nec possunt uterque Palat. et sic etiam legit Ramires de Prado.*—
 13 *Parces Junt.*—15 *Gallo turpius nihil est idem Ramires, contra leges poeticas.*

NOTE

8 *Quis Floralia*] Nudæ meretrices ces.
 celebrabant Floralia. Vide Epig. 1. 15 *Gallo Priapo*] Hoc est, castrato
 supra. Priapo: nam castrati sacerdotes Cybeles vocabantur Galli.
Stolatum] Pro stola pudica matronarum, qua uti vetabantur meretri-

XXXVII.

AD LUCANUM ET TULLUM.

Si, Lucane, tibi, vel si tibi, Tulle, darentur,
 Qualia Ledaï fata Lacones habent ;
 Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
 Quod pro fratre mori vellet uterque prior.
 Diceret infernas et qui prior isset ad umbras, 5
 Vive tuo, frater, tempore, vive meo.

Si tibi, Tulle, vel tibi, Lucane, sors ea concederetur, qua utuntur Ledaï fratres; ambobus hæc esset præclara contentio pietatis, quod uterque cuperet prior interire pro fratre. Qui primus descendisset ad tenebras Tartareas, exclamaret, O frater, age tuum ævum, age quoque meum.

5 Venet. Ald. Junt. Colin. et alim vett. si quis prior.

NOTE

1 *Si, Lucane*] Vide lib. III. Epig. Vide lib. IX. Epig. 53.
 20. Domitii Tulli mentionem facit 2 *Ledaï Lacones*] Castor et Pollux,
 Pînius Juvier lib. VIII. Epist. 18. filii Jovis et Leda, quæ Læcena fuit :

NOTE

Pollux autem fratri mortuo dimidiam 6 *Vite tuo*] Hoc est, in tenebris vitam concessit, ut alternis diebus semper manebat, ut tu luce semper viverent. Hæc historia satis nota est. fruaris.
Vide lib. ix. Epig. 104.

XXXVIII.

AD BASSAM.

VENTRIS onus misero, nec te pudet, excipis auro,
Bassa: bibis vitro: carius ergo cacas.

O *Bassa*, demittis pondus uteri in miserum vas aureum, nec erubescis: potas vitreo poculo: igitur majori pretio exonerat alvum.

Inscriptio est in cod. Thuan. *Ad Bassam*.—2 Idem codex exhibet: *Basse*: bibis, &c.

NOTE

1 *Misero auro*] Quia stercorei serviebat. Vide lib. xi. Epig. 12.

XXXIX.

AD FIDENTINUM.

QUEM recitas, meus est, o Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit esse tuus,

Fidentine, meus est ille liber, quem recitas: at cum recitas male, incipit pertinere ad te.

In hoc Epigrammate nil variant exemplaria scripta aut excusa.

NOTE

2 *Sed male*] Versus enim, licet boni, agit adhuc Epig. 54. infra, et Epig. si male pronuntientur, mali videbuntur. 30. supra.
tur. De Fidentino villioris notæ Poëta

XL.

AD DECIANUM.

Si quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaue novit anus:

Si quis erit recensendus inter amicos raros, quales vidit antiqua fides, et fama ve-

2 In Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulm. et aliis vett. *famaque novit*

Si quis Cecropiæ madidus Latineque Minervæ

Artibus, et vera simplicitate bonus :

Si quis erit recti custos, mirator honesti,

5

Et nihil arcano qui roget ore Deos :

Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,

Dispeream, si non hic Decianus erit.

tus : si quis imbutus artibus Minervæ Atheniensis et Latine, et probus candore vero : si quis obsecrator æquitatis, et honestatis amulator fuerit, et qui clanculum nihil petat a Diis : si quis erit fultus viribus animi fortis, inteream, nisi hic erit Decianus.

~~~~~

*avos. Vide Catull. Carm. LXVIII. 45.—5 In liadem edd. et multis aliis, imitator honesti. Lect. nostram servant Thuan. et optimi quique codices, eamque probat Gronovius.—8 Ne valeam, si non in marg. Junt. sp. Ed.*

#### NOTE

3 *Anus*] Id est, fama vetusta : nam *quales* ad præcedens nomen *amicos* optime referri potest. Catullus ita est locutus ad Manlium Carm. LXVIII. ‘Sed dicam vobis : vos porro dicite multis Millibus, et facite hæc charta loquatur anus.’ Vide lib. XII. Epig. 4. ‘fama fuisse loquax, chartaque dicet anus.’ Alii, *famaque novit avos*. Id est, priores, qui propter fidem et probitatem laudibus ornantur.

3 *Si quis Cecropiæ*] Id est, Græcis et Latinis literis eruditus. Vide Epig. 26. supra.

6 *Arcano ore*] Nam qui clam Deos precabantur, improba vota facere censebantur. In quos Persius invenitur, Sat. II. ‘Haud cuivis promptum est, murmurque hamilesque susurros Tollere de templis, et aperto vivere vota.’

### XLI.

#### AD LIVIDUM.

Qui ducis vultus, et non legis ista libenter,

Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

*O Invide, qui contrahis frontem, nec æquo animo legis ista, invidia labores in omnes, in te vero nullus.*

~~~~~

1 *Qui rugus vultus* in marg. Junt. penes Editorem.—2 Ramires de Prado legit *livide*, litera minori; cum hac nota: Male in Plantinianis hic *κρυπταῖς* scribitur litera majuscula: est enim mobile nomen. In Lemmate melius legeretur, *In lividum*.

NOTE

2 *Nemo tibi*] Ille enim omnium miserrimus est, cui nemo invidet.

XLII.

IN CÆCILIUM.

URBANUS tibi, Cæcili, videris.

Non es, crede mihi. Quid ergo? verna es.

Hoc quod Transtiberinus ambulator,

Qui pallentia sulfurata fractis

Permutat vitreis: quod otiosæ

5

Vendit qui madidum cicer coronæ:

Quod custos dominusque viperarum:

Quod viles pueri salariorum:

Quod fumantia qui tomacula raucus

Circumfert tepidis cocus popinis:

10

Quod non optimus Urbicus Poëta:

Quod de Gadibus improbus magister:

O Cæcili, te ipsum iudicas factum; mihi fidem abhabe, non es. Quid igitur? scurra es, idem ac Transtiberinus ambulator, qui sulfurata pallida commutat vitreis vasis ruptis: idem ac qui vendit madidum cicer conventui inertis: idem ac custos et dominus viperarum: idem ac servi affecti Salariorum: idem ac raucus cocus qui circumportat tomacula fumantia popinis calidis: idem ac Poëta Urbicus non egregius: idem ac herus nequam ex Gadibus: idem ac garrulum os cinardi exoleti.

3 Junt. an. 1512. et Colin. 1528. *transiberinus*.—10 Circumfert Junt.—12 Ramirez de Prado malit improbis, ut lib. v. Epig. 79. Juv. Sat. xi. 162.

NOTE

2 *Verna*] Servus nempe qui domi natus est ex ancilla, sumitur hic pro scurra impudenti et procaci.

3 *Hoc quod*] Nempe hoc es quod est ille, &c.

Ambulator] Viliores personæ trans Tiberim habitabant.

4 *Sulfurata*] Gallice *allumettes*, quæ vitreis fragmentis commutari solere docet etiam Juvenalis Sat. v. 'Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam Quassatum, et rupto poscentem sulfura vitro.' Et lib. x. Epig. 8. 'Que sulfurato nolit emta ramento Vatiniolorum proxeneta fractorum.'

5 *Quod otiosæ*] Plebeculam intel-

lige in theatro vel circo otiose sedentem ad spectandum.

6 *Madidum cicer*] Hoc est, crudum et aqua maceratum.

7 *Quod custos*] Id est, circulator medicus, qui vipers brachiis et collo implicitas gestat: ejusmodi vero homines erant procaces, et dicitæra scurrilia in quemvis jaciebant.

8 *Salariorum*] Salaris dicuntur qui salsamenta vendunt.

9 *Tomacula*] Nomen habent a frequenti incisione; nam *τέμνω* significat incidere: ex porcorum abdomine, testiculis, et vulvis fiebant.

11 *Non optimus Urbicus*] Id est, Exodiorum et Attellanarum scrip-

Quod bucca eat vetuli loquax cinædi.
 Quare desine jam tibi videri,
 Quod soli tibi, Cæcili, videris : 15
 Qui Galbam salibus tuis, et ipsum
 Possis vincere Sextium Caballum.
 Non cuicumque datum est habere nasum.
 Ludit qui stolidi procacitate,
 Non est Sextius ille, sed caballus. 20

Quapropter, o Cæcili, omittis de te judicare, quod judicas solus: tu qui potes tuis facetiis superare Galbam, et ipsum Sextium Caballum. Non est concessum cuique habere narem. Qui jocatur stulta petulantia, is non est Sextius, sed caballus.

—13 Alii legunt, *diox cinædi*: Junt. Colin. aliæ vett. habent, *loquax Cynædi*.
 —16 D'Orleans legit *Gabam*.—18 *Non cuique datum est* Ramires de Prado, contra leges poëticas: nil miram, cum tam felix Poëta est, et, ut Sidonius diceret, Carminator, ut unum Prudentii versum sic legerit: 'Quos Iana terret discolor in stipite.'—19 Post *Ludit* interpungunt Ald. Junt. et Colin.
 —20 Sunt qui legant *Cestius*, corruptum ex *Sextius*, ut alii legunt *ἀρχαῖος* pro *Sextius*.

NOTE

tor: erant autem hæ Attellanae fabulae urbanissimis jocos refertæ, quoribus excitaretur; et ideo auctores earum dicebantur Urbici, quasi Urbici. Poëta hoc loco non absolute dicit Cæcilium assimilari Urbico Poëtæ, sed non optimo: ut hodieque videmus apud nostrates aliqua exordia comædiarum urbanissima, et multi artificii; alia vero insulsa et ineptissima. Sic Ramiresius. Vide lib. v. Epig. 79. et lib. vi. Epig. 71.

16 *Qui Galbam*] Stolidus hic Cæ-

cilius Galbam et Sextium Caballum scurras insulso a se superari posse existimabat. Ironice notat Poëta Cæcili stoliditatem, qui nec scurrilitatem ab urbanitate discerneret.

18 *Habere nasum*] Hoc est, argute jocari: derisionis enim sedes est nasus. Epig. 4. supra.

20 *Seb caballus*] Non est Sextius Caballus, quem tu, o Cæcili, urbanissimum judicas; sed caballus quadrupes bellua.

XLIII.

DE PORCIA UXORE BRUTI.

CONJUGIS audisset fatum cum Porcia Bruti,
 Et subtracta sibi quæreret arma dolor :

Cum Porcia accepisset mortem Bruti mariti, et cum maror exquireret ferrum.

De Porcia Ald. Junt. Gryph. Colin. et aliæ vett.—1 Beverlandi Ms. *fac.*

Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?

Credideram, satis hoc vos docuisse patrem.

Dixit, et ardentes avido bibit ore favillas.

5

I nunc, et ferrum, turba molesta, nega.

sibi subductum: Nondum tenetis, inquit, non posse denegari interitum? Existimaveram vos satis didicisse hoc a parente meo. Locuta est, atque ore cupido hausit scintillas accensas. O turba odiosa, ite nunc, et denega gladium.

tum.—3 Sunt qui legant conjunctim: mortem non posse negari Credideram satis hoc docuisse, &c. quasi dicat, invitis etiam fatis mortem impediri non posse in 'homine mori certo.'

NOTE

1 *Porcia*] Filia Catonis Uticensis, uxor Bruti, qui pugnans contra Augustum occubuit in campis Philippiis in Thessalia: cujus morte audita Porcia vitam finit haustis carbonibus accensis.

4 *Vos docuisse*] Cato enim sibi mortem conscivit: illius historia nota est ex Appiano, et passim cuique obvia.

6 *I nunc*] Vox est insultantis.

XLIV.

IN MANCINUM.

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati,

Et positum est nobis nil here, præter aprum:

Non quæ de tardis servantur vitibus uvæ,

Dulcibus aut certant quæ melimela favis:

Non pyra, quæ lenta pendent religata genista,

5

Aut imitata breves punica mala rosas.

O Mancine, nos sexaginta invitasti, et heri nihil apposuisti, excepto apro. Non appositi sunt racemi qui custodiuntur ex vitibus seris, aut melimela quæ contendunt cum favis suavis: nec pyra quæ suspenduntur colligata e genista flexibili, vel mala punica experimentia rosas breves: nec canistrum agreste misit metam læ-

4 Edd. Junt. Colin. et aliæ vett. habent *melimella*.—5 Sunt qui pro *lenta* legant *longa*; et sic in Beverlandi Ms. *Non pira quæ lenta* Ald. Junt. Gryph. Colin. aliæ.—6 Gronovius ex optima membr. Thuan. legit *punica grana*, pro-

NOTE

2 *Here*] Prisce pro *heri*.

3 *De tardis vitibus*] Propterea quod uvæ in vitibus asservabantur fere usque ad putationem vitium. Lib. III. Epig. 68. 'Hic post Novembres imminente jam bruma Seras putator

horridus refert uvas.' Nam id erat proprium vitium putandarum tempus. *Ramiresius*.

5 *Lenta*] Idem est hoc loco ac flexibilis.

6 *Aut imitata breves*] Non intelli-

Rustica lactantes neq̃ misit fiscina metas,
 Nec de Picenis venit oliva cadis.
 Nudus aper; sed et hic minimus, qualisque necari
 A non armato pumilione potest. 10
 Et nihil inde datum est; tantum spectavimus omnes.
 Ponere aprum nobis sic et arena solet.
 Ponatur tibi nullus aper post talia facta:
 Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

toam. Nec oliva allata est ex cadis Picenis. Aper nudus, et hic quidem perexiguus appositus est, et qualis potest interfici ab inermi nano. Exinde nihil est donatum, cumcti solummodo asperimus: atque hoc modo arena consuevit nobis exhibere aprum. Post ejusmodi commissum nullus aper apponatur tibi; sed tu apponaris apro cui Charidemus objectus fuit.

bante Heinsio ad Ovid. Met. x. 786. Punicum malum granatum est.—7 Pulmannus, lactentes. Cod. Beverlandi et Thuan. *fiscina metas*.—14 *Caridemus* Junt. et Colin.

NOTÆ

gas ponica mala brevitate temporis imitari rosas, sed figura potius et colore. Sic Ramiresius.

7 *Metas*] Pro lacte coagulato accepta forma, ut puto, metarum; nam meta in ludis instar rotundæ columnæ surgebat, in quam speciem lac coagulatum mitti videmus. Sic Domitius. Vide lib. III. Epig. 58.

8 *Picenis*] Populi ad mare Adriaticum, ubi optimæ crescunt olivæ:

hodie la Marche d'Ancone.

9 *Nudus aper*] Sine aliis cibis.

12 *Ponere aprum*] Hoc est, exhibere: ponere significat etiam cibos apponere, unde lusus Poëtæ.

14 *Sed tu ponaris*] Hoc est, apponaris, aut potius objiciaris discerpendus ab eo apro, a quo dilaniatus fuit Charidemus quidam jussu Domitiani, de quo Suetonius in Domitiano.

XLV.

AD STELLAM.

LASCIVOS leporum cursus, lususque leonum,
 Quod major nobis charta, minorque gerit,

Quod charta grandior et brevior nobis refert cursus festivos leporum, et jocos le-

Libri in hujus Epigrammatis lectione nihil variant.

NOTÆ

2 *Major minorque*] Pro quacumque charta ponitur: vel ita interpretare majorem et minorem: hoc est, si multis versibus et paucis scripsi lu-

sus leonum, et idem bis feci, potes hac repetitione lacescitis ulcisci bis apposito mihi lepore. Epig. 105. infra.

Et bis idem facimus: nimium si, Stella, videtur
Hoc tibi; bis leporem tu quoque pone mihi.

nun: atque idem bis agimus: O Stella, si judicaveris hoc nimium; tu bis appone etiam mihi leporem.

XLVI.

DE LIBRO SUO.

EDITA ne brevibus pereat mihi charta libellis;

Dicatur potius τὸν δ' ἀναμειβόμενος.

Ne charta a me edita pessum eat propter brevitatem librorum, potius repetatur, Huic respondens.

~~~~~  
Nulla lectionis varietas est in exemplaribus, nisi quod Hemistichium Græcum omisit Colinaeus: ut exhibet ed. Juntina vix legendum est. Magis miror utramque mendam, quam et in textu et in Notis reliquerat Farnabius, Cl. Schrevelium in omnes suas edd. (ann. 1656. 1661. 1670.) transtulisse et retinuisse; scilicet: τὸν δ' ἀναμειβόμενος.

## NOTÆ

1 *Edita ne*] Potius quam charta- idem repetit, maxime vero τὸν δ' ἀνα-  
rum jactura fiat propter pauca car- μειβόμενος, quod Virgilius interpreta-  
mina, imitabor Homerum, qui sæpius tas est, 'Quem contra.'

## XLVII.

AD HEDYLUM.

CUM dicis propero, fac si facis, Hedyle, languet

Protinus, et cessat debilitata Venus.

~~~~~  
Inscribitur in Venet. Ald. Junt. Gryph. Colin. Pulm. Junian. Delph. aliis, *Ad Edilum*: aliæ habent *Ad Edilam*, (vel *Hedylam*,) quod verum esse contendit Ramires de Prado, contra nitentibus Grutero, Gronovio, Scriverio.— 1 *Hedyle*, vel *Edile*, vult Petrus Scriverius, hic et v. 4. *Hedyle* Farnabius.

NOTE

1 *Cum dicis propero, &c.*] Omnino autem *Hedyle*, *Hedylam* fecerunt haud dubie, qui flagitium imminuere vole-
runt. Sic, quod in aurem tibi dictum sit, in Cod. Thuan. ubicumque Martialis scripserat 'cunus,' pudicus librarius fecerat 'monstrum.' Nec explicatione opus: hoc enim tantum dicit, ista non imperari, nec

venire ad interdictum. Mei si arbitrii res sit, in talibus Epigrammatibus, quorum res vel materia non potest tangi, nisi violeatur pudor, tantum notari velim quæ ad Latinitatem et eruditionem pertinent. Veluti hic. *Fac si facis*] Formula elegans, et vox impatientiæ adversus lentos in opere quocumque. Seneca de Be-

Expectare jube : velocius ibo retentus.

Hedyle, si properas, dic mihi, ne properem.

NOTÆ

neficiis lib. II. cap. 5. 'Inde illæ voces quas ingenius dolor exprimit: Fac si quid facis: et, Nihil est tanti: Male mihi jam neges: ubi in tædium adductus animus incipit beneficium odisse, dum expectat.' Gron. Hedyle] Ita scribendum bene docuerunt Graterus et Scriverius. Est enim Ἠδύλος, quo nomine Poëta Epigrammatum scriptor bis laudatur ab Athenæo. Apud Martialem est mollis ac Pathici nomen fictum, ut hic et lib. IX. Epig. 57. Idem. Hedyle, languet Profertus] Hedyle, vel Edile, legendum vult P. S. non esse se stupidum, qui ad Veneris metam blan-

dis verbis instigetur; verum equum satis sua sponte currentem, nihil intempestive interpolletur. Graterus, hic Metamorphosin quandam se gloriatur effecisse, non consulto Mercurio aut Venere, et ex femina virum exhibuisse nobis, sed cinædum: nam 'Edilus' pro cinædo taxatur lib. IV. Epig. 52.

3 Velocius ibo retentus] Ovidius Met. III. 'Sic ego torrentem, qua nil obstat eunti, Lenius et medico strepitu decurrere vidi: At quacunque trabes obstructaque saxa tenebant, Spumeus et fervens et ab obice sævior ibat.' Gronov.

XLVIII.

DE DIAULO MEDICO.

NUPER erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:

Quod vespillo facit, fecerat et medicus.

Diaulus erat medicus paucis ante diebus, nunc vero est vespillo: quod agit vespillo, hoc quoque egerat medicus.

In hoc Epigrammate nullo modo variant exemplaria scripta, aut libri impressi. Hic tamen in Junt. an. 1512. et Colin. 1528. sequuntur quadraginta quatuor ex lib. II. Epigrammata; quorum primum est 'De littoribus Altini.'

NOTÆ

2 Quod vespillo] Hoc est, cum esset medicus nempe imperitus efferebat ægrotos, hoc est, occidebat, ut

nunc factus vespillo effert mortuos. Vide Epig. 31. supra.

XLIX.

DE LEONE ET LEPORE.

RICTIBUS his tauros non eripuerunt magistri,

Per quos præda fugax itque reditque lepus:

Domitores leonum non liberarunt tauros ex iis rictibus, per quos lepus præda

Quodque magis mirum, velocior exit ab hoste,

Nec nihil a tanta nobilitate refert.

Tutior in sola non est cum currit arena,

5

Nec cavere tanta conditur ille fide.

Si vitare canum morsus, lepus improbe, quaeris;

Ad quæ confugas, ora leonis habes.

fugitio vadit et revertitur. Et quod magis stupendum, celerius egreditur ab adversario, et reportat aliquid ex tanta magnanimitate. Non est securior cum currit in arena deserta, nec tanta securitate occultatur in cavea. O lepus lascivus, si vis declinare morsus canum; ora leonis tibi præsto sunt ad quæ perfugas.

~~~~~  
2 Per quæ præda furax Junt. et Colln.—4 Cum nil a tanta nobilitate refert in quibusdam vet. mobilitate legendum autumat Scriverius: perperam, inquit Ant. de Rooy; 'nobilitas' eleganter ponitur pro 'leone nobili:' vide infra ad lib. v. Epigr. 32. consule porro Cel. Canegiet. ad Avian. Fab. xxiv. 2. Contra 'ignobiles feræ' dicuntur, quæ non adeo generosæ ac fortes. Curt. lib. iij. cap. 8.—5 Tutior in sole Junt.

#### NOTE

4 Nec nihil] Hoc est, aliquid, vires scil. atque animos accipit a leonis fortitudine. Alii legunt: Cum nihil a tanta mobilitate refert: nihil vulneris scil. accipit in tanto cursu et re-

cursu, ingressu et egressu. Minus bene. Vide Epig. 7. supra.

5 Sola arena] In qua non sunt feræ.

#### L.

AD LICINIANUM,\* DE HISPANIÆ LOCIS.

VIR Celtiberis non tacende gentibus,

Nostræque laus Hispaniæ,

Videbis altam, Liciane, Bilbilim,

Equis et armis nobilem,

*O Liciane, vir celebrande Celtiberis populis, et decus nostra Hispania, spectabis excelsum Bilbilim equis et armis clarum, et Cannum infæcundum nivibus, montibus*

~~~~~  
Ad Licinianum de Hispania locis Junt. an. 1512. Ad Lycianum, &c. Colln. 1528. Vide Turneb. lib. xxiii. cap. 24. Ramiresius censet sic Lemma emendandum esse: Ad Licinianum de Vita Rustica: illud enim, de Hispania locis, ab aliquo sciolo additum.—3 Liciniane in quibusdam.—4 Aquis et armis omnino

NOTE

* Ad Licinianum [Licianum] Alii Licinianum.

1 Vir Celtiberis] Qui populi sunt Hispaniæ ad fluvium Iberum.

3 Bilbilim] Hispaniæ Tarraconensis

oppidum cujus situs hodie ignoratur: pagum esse nunc apud Calatayud affirmat Ferrarius.

4 Equis, &c.] Legendum Aquis, inquit Ramiresius: tum quod Bilbilita-

Sterilemque Calvum nivibus, et fractis sacrum	5
Vadaveronem montibus:	
Et delicati dulce Botrodi nemus,	
Pomona quod felix amat.	
Tepidi natabis lene Congedi vadum,	
Mollesque Nympharum lacus;	10

præruptis Vadaveronem sacrum, et amaram sylvam Botrodi mollis, quæ grata est Pomona beata. Leniter tranabis vadum tepens Congedi, et dulces lacus nympharum.

~~~~~

legendum censet Ramires de Prado, et intelligit Salonem, infra v. 12. Vide lib. iv. Epig. 55. et lib. xrv. Epig. 33.—5 *Senemque Catum* in veteri meo codice, inquit Pulmannus, quem Anglia suppeditavit, manifesta scriptura est, quam Turnebus etiam de suo exemplari profert, ut Catus mons sit editus alta nive obrutus, et, ut ita dicam, nimio senio candens. *Sterilemque catum* in Venet. Ald. Junt. Colin. Plant. aliis. *Senemque Causum, nivibus* legunt alii: Causum enim montem non procul a Bilbili tradit Mariana lib. i. cap. 3. Qui *calvum* legunt intelligunt de Vadaverone monte. In edd. antiquiss. *effractis pro et fractis*; montem enim Vadaveronem, sacrum, ut scribit Plin. iv. cap. 24. promontorium, fractum et in insulam positum tradit Hieron. Paul. de Hispania.—6 Sunt qui divisim legant *Vada Veronem*; et sic Venett. Ald. Junt. Colin. et Gryph.—7 Gruterus ex Palat. legit *Botardi*. Turnebus et vetustus quidam codex *Boleti*: cum tamen Botrodi oppidi infra meminit in Celtiberis siti, quod a Tiberio Graccho dirutum refert Polybius, retinendum Botrodi. Vide lib. xii. Epigr. 18.—9 *Tepida natabis lene cogedi vada* in Venett. Ald. Junt. Colin. &c. *Tepida natabis lene Congedi vada*. Domitius Calderinus. *Tepidi natabis lene, &c.* Pulmannus. *Tepide n. lene, vel leve* Turnebus. *Tepidum*

## NOTÆ

nos equos in pretio fuisse non constat: tum quod Salonis aquæ, quarum infra fit mentio, temperando ferro, quo arma fabricantur, nobilissimæ sunt, et lib. iv. Epig. 55. 'Armorum salo temperator ambit.'

5 *Calvum*] Qui est mons Hispaniæ Tarraconensis in Celtiberis, inter Iberum et Turiasionem urbem, in Castellæ et Arragoniæ confiniis: *Moncayo*, qui etiam Latine Catus mons dicitur. Sic Ferrarias in suo lexico geographico. Alii, *Senemque Catum....effractis*. Alii, *et fractis*.

6 *Vadaveronem*] *Vadavico*, mons Hispaniæ Tarraconensis in Celtiberis ab aliis montibus separatus. Hieronymus Paulus lib. v. de fluminibus et montibus Hispaniæ: Quidam, inquit, non temere montem Celtiberiæ esse

existimant ab aliis effractum, et in insulam positum, quæ nunc *Vadavico* rem vocant. Alii legunt divisim *Vada Veronem* seu *vada Veronis*, illumque Celtiberiæ fluvium in Salonem influentem faciunt. Malim ego *Vadaveronem* legere.

7 *Botrodi*] Botrodis nemus Hispaniæ Tarracon. in Celtiberis: ubi olim oppidum fuisse, nunc vicum, apud Segobrigam urbem scribit Perottus ex Polyb. teste Ferrario.

9 *Lene*] Hoc est, leniter. Alii aliter: *natabis lene*, id est, navigio: lenis enim, inquit, parvula navis est: Cujacius Oser. lib. x. cap. 15. sed hæc interpretatio non placet, improprie enim Poëta dixisset natæ navi; nec enim natantibus opus est navi.

*Congedi*] Hodie *Congedo*.

Quibus remissum corpus astringas brevi

Salone, qui ferrum gelat.

Præstabit illic ipsa figendas prope

Vobisca prandenti feras.

Æstus serenos aureo franges Tago,

15

Obscurus umbris arborum.

Avidam rigens Dircenna placabit sitim,

Et Nemea, quæ vincit nives.

At cum December canus, et bruma impotens

Aquilone rauco mugiet;

20

Aprica repetes Tarraconis littora,

Tuamque Laletaniam.

*rum, quibus soluta membra comprimas parvo Salone, qui gelu constringit ferrum. Illic ipsa Voberta sylva tibi venanti exhibebit feras fodiendas. Arborum umbraculis tectis rotundes ardores serena dici ad ripas Tagi auriferi. Frigidus fons Dircenna sedabit sitim ardentem, et Nemea quæ frigore superat nives. Sed cum December canescens, et hyems æviens stridebit fremente Borea, redibis ad oras Tarra-*

~~~~~

Heraldus. *Tepidi innatabis alii. Vide Var. Notas.*—11 Junt. et Colln. *astringas.*—14 *Voberta* in iisdem odd. et aliis vett. alii *Voberca*, quæ circumsepta sylvis, præstabit copiam ferarum figendarum. Pro *prandenti*, alii legunt *prandenti*, i. e. tibi etiam in prandio accubanti.—15 In Ald. Junt. Colin. Gryph. *franges* pro *frangēs*, sive *frangens*.—17 Alii recens *Decreta*, vel *Derceta*, vel *Dercetia*: alii *frigens*. Sed duo Palatt. legunt *rigens Dircenna*, non *Dircenna*, ut est in odd. vett.—18 Palatt. *Nutha*.—22 *Tuamque Lacetaniam* in Palat.—24 Turne-

NOTÆ

11 *Remissum corpus*] Aquis enim Congedi, et lacubus Nympharum tepentibus corpus relaxatur, et pori aperiuntur.

Astringas] Etenim corpus meatus claudit aqua frigida.

Brevi Salone] Id est, non profundo; fluvius est qui illabitur in Iberum, hodie *Xalon*. *Brevi* adverbium est, inquit Sipontinus, hoc est, statim. Auctor ille hoc Epigramma explicat, a que pluribus in locis dissenti-

14 *Vobisca*] Sive, ut alii legunt, *Voberca*. *Bobierca*, et *Bubierca* teste Varrerio: oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in finibus Celtiberorum ac regni Arragoniæ, inter Bilbilim ad Boream 3. et Segontiam ad meridiem

13. leucis. Sic Ferrarius. Illic sane ejusdem nominis erat sylva, in qua magna ferarum copia.

Prandenti] Hoc est, prandio accumbens venari poteris et ex mensa feras jaculis configere: magis mihi placet *prandenti*: videat lector.

15 *Æstus serenos*] Hoc est, calores æstives fugies, vel mersus auriferis Tagi undis, vel delitescas in umbris sylvis quæ Tagi ripas inumbrant. Tagi vero fontes in montibus Celtiberiæ.

17 *Dircenna*] Fons Hispaniæ gelidissimus, apud Bilbilim urbem, in Salonem fluvium labens: Tarraco vero nobile est oppidum, hodie *Turragone*.

22 *Laletaniam*] Laletani populi

- Ibi illigatas mollibus damas plagis
 Mactabis, et vernos apros,
 Leporemque forti callidum rumpes equo : 25
 Cervos relinques villico.
 Vicina in ipsum sylva descendet focum
 Infante cinctum sordido.
 Vocabitur venator, et veniet tibi
 Conviva clamatus prope. 30
 Lunata nusquam pellis, et nusquam toga,
 Olidæque vestes murice :
 Procul horridus Liburnus, et querulus cliens,
 Imperia viduarum procul.
 Non rumpet altum pallidus somnum reus : 35
 Sed mane totum dormies.
 Mercetur alius grande et insanum sophos :
 Miserere tu feliciū ;

conis expositis celi, et tuam in Lalotianam. Illic interficiet damas impeditas retibus remissis, atque apros indigenas, et valido equo franges leporem verutum : relinques cervos custodi villa. Lignum ex sylva proxima dilabetur in ipsum caminum circumdatum pueris incontinentis : venationis socius invitabitur, et conviva vocatus e vicinis te adibit. Nusquam lunata pellis aderit, et nusquam toga, et vestimenta muricis infectionem olentia. Terribilis Liburnus longe, et cliens queribundus : longe etiam iussa viduarum. Reus pallens non franget profundum somnum, sed dormitabis toto matutino tempore. Alius emat magnum et vocatum sophos : teneat te

bus, Graterns, alii legunt vernas apros.—25 In quibusdam rumpens equo.—28 Infante cinctus Junt. et Colin.—29 Venabitur vocatus legunt alii, i. e. conviva quem voles e vicinis. Vide lib. III. Epigr. 57.—31 Lunata legere placet Colero : sed quo jure recepta lectio sollicitari queat, non videt Heraldus.—

NOTÆ

fuere Hispaniæ Tarrac. inter Indigetes ad ortum et Cosetanos ad occasum, ubi nunc magna pars Cataloniæ, inter Gerundam et Tarraconem, et versus oram maris Mediterranei.

24 Vernos [vernæ] apros] Hoc est, illic natos : legunt alii vernæ : male meo iudicio, cum de hyeme loquatur Poëta.

31 Lunata nusquam pellis] Id est, non aderunt nobiles Romani, quibus moris erat Lunæ formam in calcels gestare, ut significarent se ab Evandro genus suum repetere, qui ipse a

Luna ortum se diceret.

Nusquam toga] Nec anteambulones toga induti, nec clientes.

32 Olidæque] Hoc est, viri purpura induti : teter quippe odor proveniebat ex lotio quo temperabatur purpura.

33 Liburnus] Præco nempe publicus ex Liburnia, hodie Croacia. Horridus dicitur quod horrorem incuteret iis quos citabat. Juv. Sat. IV. 75. 'Primus, clamante Liburno, &c.'

34 Imperia viduarum] Quæ mortuis maritis familiam administrant et qui-

Veroque fruiere non superbus gaudio,

Dum Sura laudatur tuus.

40

Non impudenter vita, quod reliquum est, petit;

Cum fama, quod satis est, habet.

miseriordia beatorum; nec arrogans utere latitia solida, dum Sura amicus tuus celebratur Romæ. Vita sibi postulat non turpiter quod superest, cum fama assecuta est quod sufficit.

37 In nonnullis vett. *sophôs*.—41 Alii pro *petis* legunt *perit*.

NOTÆ

dem arroganter, patronorumque opera sæpius utuntur.

37 *Grande sophos*] *Σοφὸς* sapienter: frequentissima erat acclamatio eorum qui recitantis scripta laudabant: *insanum sophos* vocat quod insanus Poëta ab insana plebe expectabat.

38 *Miserere tu feliciam*] Id est, divitum, qui, licet negotiis sint impliciti, se tamen felices prædicant.

39 *Veroque fruiere*] Verum gaudium appellat Martialis vitam genialem, a labore atque ab omni cura immunem.

41 *Non impudenter*] Jure merito otium partes sibi vindicat, cum fama suas implevit; atque ita laudat Licianum, qui famam adeptus sibi jam vacare debebat.

LI.

JOCUS EX HOMERO IN COCUM.

Si tibi Mistyllus cocus, Æmiliane, vocatur:

Dicetur quare non Taratalla mihi?

Æmiliane, si appellas cocum Mistyllum, cur ego non vocabo illum Taratalla?

Hic nulla lectionis varietas est in libris manuscriptis aut excusis.

NOTÆ

1 *Si tibi Mistyllus*] Jocus est in Æmilianum, qui Mistyllum vocaverat cocum, non alia forte de causa quam quod apud Homerum legerat *μίστυλλον τ' ἔρα τᾶλλα*, id est, secabant sane et alia: nec erat potior ratio cur primum carminis verbum usurpasset, quam sequentia, quæ sunt τ' ἔρα τᾶλλα. Attamen Æmilianus videtur fuisse argutus homo, qui quoties vo-

cabat cocum suum, *Mistylle*, utebatur voce imperante verbi *μυστάλλω*, hoc est, seco, quo facetus esset jocus, ut quoties vocaret cocum, imperaret etiam ut scinderet opsonia. Similis est jocus apud Petronium. 'Vides, inquit, illum qui opsonium carpit? Carpus vocatur, itaque quotiescumque Trimalcio dicit Carpe, eodem verbo et vocat et imperat.

LII.

AD LEPOREM.

NON facit ad sævos cervix, nisi prima, leones.

Quid fugis hos dentes, ambitiose lepus?

Scilicet a magnis ad te descendere tauris,

Et, quæ non cernunt, frangere colla velint.

Desperanda tibi est ingentis gloria fati:

5

Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

Feris leonibus non convenit nisi maximum caput. O lepus superbe, quid vitas hos dentes? quasi vero dignentur te invadere relictis tauris proceris, et rumpere cervicem quem ne quidem vident. Tibi ponenda est spes gloriosa mortis: tu præda exigua nequis interire sub hoc adversario.

4 Quibusdam placet legere, frangere colla velint? interrogatorie, ut monet Musambert. in libello contra Ramiresium.

NOTÆ

1 *Non facit*] Non convenit leoni nisi caput taurorum, aprorum, &c. Vide Epig. 23. supra.

2 *Ambitiose*] Qui nempe mortem nimis gloriosam vereris.

5 *Ingentis fati*] Hoc est, mortis: vinci quippe a fortibus nonnulla laus est. Virg. Æn. x. 'Hoc tamen infelix miseram solabere mortem, Æneæ magni dextra cadis.

LIII.

QUINTIANUM FACIT ASSERTOREM.

COMMENDO tibi, Quintiane, nostros:

(Nostros dicere si tamen libellos

Possim, quos recitat tuus Poëta:)

Si de servitio gravi queruntur,

Assertor venias, satisque præstes,

5

Quintiane, fidei tuæ committo nostros, si tamen licet appellare nostros libros, quos recitat tuus Poëta: si dolent servitutem molestant vindæ accedas, et fidejubeas, et

5 In margine Junt. penes Editorem antiqua manu exaratum est, facere præstes; sed quo sensu judicet lector.

NOTÆ

3 *Quos recitat*] Plagiarus Poëta Fidentius sane, de quo Epig. sequent et 39. supra.

Delph. et Var. Clus.

5 *Assertor venias*] Hoc est, asserere eos in libertatem: metaphora ducta ab iis qui in servitute injusta detine-

Martial.

G

Et, cum se dominum vocabit ille,
 Dicas esse meos, manuque missos.
 Hoc si terque quaterque clamitaris,
 Impones plagiaro pudorem.

assereres meos esse, et donātos libertate; cum ille se nuncupabit dominum, si ter aut quater hoc exclamaveris, pudore afflatus plagiarium.

NOTE

bantur, et a quocumque in libertatem vindicari poterant. 'Nam ego illam liberali assero causa manu.' Terent. Adolph. Act. 2. Sc. 1.

5 *Satisque praestes*] Hoc est, defendas et tuearis: verbum Jaris est: Gallice, *soyez ma caution*.

6 *Et, cum se dominum*] Hoc est, auctorem: at vero juris formulam usurpat Poëta: possessores enim se dominos vocabant.

7 *Manuque missos*] Eandem allegoriam hominis liberi, qui injuste detinetur in servitute, persequitur hoc sensu: Versus meos mamumisi, id est, edidi in lucem, nec plagiarius debet eos detinere tanquam suos.

9 *Impones*] Acclamatione tua plagiarius Poëta pudore victus cedit. Vide Tit. D. ad legem Favianam de Plagiariis.

LIV.

AD FIDENTINUM.

UNA est in nostris tua, Fidentine, libellis
 Pagina, sed certa domini signata figura;
 Quæ tua traducit manifesto carmina furto.
 Sic interpositus vitio contaminat uncto

Fidentine, una est tua pagina in libris nostris, sed notata signo sui domini, quæ arguit tuos verus aperta compilationis: sic bardocucullus Langonius interjectus

2 Beverlandi Ms. si grata.—3 Turnebus Advers. lib. XIII. cap. 24. legendum esse censet crimina.—4 *Sic interpositus vitio* in nonnullis; quod Raderus placet et Ramiresio: *vitis* in aliis: *flo* etiam legitur. Vide Var. Notas. *Sic interposito vitis contaminat uncto* codd. Scriverii et Salmasii, quæ vetus lectio est, teste Musambertio. Raderi testantur lectionem codd. minus interpolati. Unguine enim splendorem *vitis* concillabant, atque ita Tyrianthina

NOTE

2 *Sed certa*] Nam inepta illa pagina declarat quis ejus dominus et auctor sit.

4 *Vitio contaminat uncto*] Id est, oleum olente. Raderus legit *flo* crasso; nempe, aut *vitis*. Sensus est:

Ut bardocucullus inter Tyrianthina sordet, ita tuum carmen in meo libello. Bardocucullus vero vestis erat Gallica crassioris filii, quæ plebei et vitiores homines inducebantur.

Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus: 5
 Sic Aretinæ violant crystallina testæ:
 Sic niger, in ripis errat cum forte Caystri,
 Inter Ledæos ridetur corvus olores:
 Sic ubi multisona fervet sacer Attide lucus,
 Improbæ Cecropias offendit pica querelas. 10
 Indice non opus est nostris, nec vindice libris:
 Stat contra, dicitque tibi tua pagina, Fur es.

faciat vitio uncto urbana Tyrianthina: sic testæ Aretinæ polluant crystallina: sic corvus ater ludibrio habetur inter cymos Ledæos, cum forte vagetur in ripis Caystri: sic improba pica offendit querimonias Cecropias, ubi sacrum nemus resonat cantibus Philomela multisona. Libelli nostri non egent delatore, nec assertore: tua pagina stat contra, et tibi dicit, Fur es.

adulterata venditabant.—6 *Arretinæ* Ald. Junt. Collin. et aliæ vott.—7 *Beverlandi Ms. erant cum forte.*—9 *Attide* in Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulm. aliis: *alide* in Beverlandi Ms.—10 Pro *offendit*, quod exhibent edd. antiquis. Venet. 1471. Bosch. Ald. Junt. Collin. Gryph. &c. alii, ut Pulmannus, Junius, &c. legunt *effundit*. Nostram lectionem optime restituit Scriverius: sed Gruterus mallet *effundit*.—11 Sunt qui legant *judice*. Voces *videx*, *index*, et *iudex*, sive *judex*, sæpius confundantur a libraribus.

NOTE

5 *Urbica Tyrianthina*] Vestes erant violaceæ, quarum color e purpura et viola factus.

Lingonicus] Hoc est, Gallicus; nam Lingones sunt Galliæ populi. Vide lib. xiv. Epig. 128.

6 *Sic Aretinæ*] Aretium urbs Hetruriæ, nunc *Arezo*, ubi fictilia vasa fiebant.

7 *Caystri*] Cayster fluvius Ioniæ, ex Phrygia magna oriens, ac inter Ephesum et Colophonem in mare decurrens: illic magna olorum copia.

8 *Ledæos olores*] Quoniam Jupiter sub forma cygni Ledam compressit.

9 *Fervet Attide*] Quæ fuit filia Pandionis regis Atheniensium, in avem Philomelam commutata. Ovi-

dins Met. vi.

10 *Offendit*] Suavissimos Philomelæ Atheniensis cantus. Alii *effundit*, alii *offundit*.

11 *Indice*] Hoc est, accusatore: tui enim versus meis conjuncti indicant te furem. 'Index' dicitur qui crimen aliquod indicat.

12 *Stat contra*] Metaphora desumpta a subsellis judiciorum ubi patroni adversi sedebant, accusator contra defensorem; et quando dicebat accusator stabat: stare igitur contra, est surrexisse accusatorem vel defensorem ad dicendum. Sic Ramiresius, ex Ciceronis Oratione pro Sexto Roscio Amer.

LV.

AD FUSCUM.

SI quid, Fusce, vacas adhuc amari;
 (Nam sunt hinc tibi, sunt et hinc amici :)
 Unum, si superest, locum rogamus:
 Nec me, quod tibi sum novus, recuses:
 Omnes hoc veteres tui fuerunt.
 Tu tantum inspice, qui novus paratur,
 An possit fieri vetus sodalis.

5

Fusce, si quis adhuc apud te locus superest amicitiae, nam. hinc et inde habes amicos, petimus unum locum ei reliquus est. Nec me recusas quod sum recens apud te; omnes antiqui tui amici extiterunt hoc idem. Tu solummodo considera, an socius qui recens comparatur, possit antiquus evadere.

Lemma est in Vaticano et Beverlandi Mss. *Ad Fuscum P. Præt. in Dacis.* Javenal. 'Qui vulturibus servabat pectora Dacis.' In Ald. Junt. Colin. &c. *De amicorum judicio.* Veterem inscriptionem, *Ad Fuscum*, præfert Ramires: vel utraque conjunctam: *Ad Fuscum, de Amicorum Judicio.*

NOTÆ

1 *Si quid Fusce*] Hoc est, Si novo amico locus sit apud te. De Fusco vide lib. vi. Epig. 76. 5 *Omnes hoc*] Quia scilicet novi fa-

LVI.

AD FRONTONEM.

VOTA tui breviter si vis cognoscere Marci,
 Clarum militiæ, Fronto, togæque decus:
 Hoc petit: esse sui, nec magni, ruris arator;
 Sordidaque in parvis otia rebus amat.

O Fronto, insigne ornamentum belli et pacis, si cupis summam discere vota tui Marci, hoc postulat: arare agrum suum nec amplum, et diligit quietem aequalentem

Ad Frontonem de Voto Vita sua inscribitur in edd. vett.—4 Barthius legit,

NOTÆ

2 *Fronto*] Fuit hic Fronto, juxta postea Imperatore Consul, in cujus Raderi conjecturam, cum Trajano Consulatu periit Domitianus.

Quisquam picta colit Spartani frigora saxi, 5
 Et matutinum portat ineptus Ave;
 Cui licet exuviis nemoris rurisque beato
 Ante focum plenas explicuisse plagas?
 Et piscem tremula salientem ducere seta,
 Flavaque de rubro promere mella cado? 10
 Pinguis inæquales onerat cui villica mensas,
 Et sua non emtus præparat ova cinis?
 Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto:
 Vivat et urbanis albus in officiis.

in rebus tenuibus. An quisquam veneratur frigidum marmor Laconicum pictum, et ineptus fert salutationem matutinam; cui fas est expedire ante focum retia plena feris sylvarum parvæ, atque agri feliciis? et pilo tremente trahere piscem exallientem, et mella flava extrahere ex amphora rubenti? cui villica obesa ministrat ad mensam imparem, et cinis non emtus apparat ova? Cupio ut hanc vitam non diligat, quisquis non diligit me: albus vitam agat in obsequiis urbis.

Sobriusque.—7 Antiqua lectio erat: Cui licet exigui nemoris rurisque beati. Lectionem nostram dedit Gruterus ex cod. Palat.—8 Sunt qui hic legant exposuisse.—14 Pro albus in officiis ed. Junt. an. 1519. nos penes habet in margine, cæptus in officiis; i. e. emptus.

NOTE

5 *Quisquam picta*] Picta frigora per Metalepsim pro frigora saxi picti: ironice dictum de adulatoribus et matutinis saluatoribus, qui in atriiis Laconico marmore ornatis mane ambulabant, expectantes introumittere salutatum, et deducere amicum magnam anteambulones. Sic Ramiresius.

8 *Explicuisse*] Alii, *exposuisse*.

9 *Et piscem tremula*] Et cui piscari licet virga ex qua tremente pendet seta. Vide lib. x. Epig. 80.

11 *Inæquales*] Tenuloris fortunæ homines mensas inæqualibus quandoque pedibus fultas habebant. Ovidius Met. viii. 'mensæ sed erat pes tertius impar: Testa parem fecit.'

12 *Non emtus*] Id est, igitur non emtus; nam ligna caro pretio emebantur Romæ.

14 *Albus*] Id est, toga alba indutus inter anteambulorum et niveorum Quiritum officia; aut cretatus et candidatus in comitiis. Sic Lipsius E. lect. lib. i. cap. 13.

LVII.

AD CAUPONEM.

CONTINUIS vexata madet vindemia nimbis.

Non potes, ut cupias, vendere, caupo, merum.

Vindemia agitata perpetuis imbribus perfunditur: o caupo, nequis venumdare vinum parum, etiam mei velis.

2 In edd. vett. *Non potes, ut cuperes, quod Musambertio magis placet.*

Vide lib. ix. Epig. 100. *vendere Cope merum* optimus codex Palatinus.

NOTÆ

2 *Ut cupias*] Sensus est: Etiam si notat Poëta, qui etiam volentes propicius bonus et fidus esse, tamen nebi esse non possint.
quis: sic argute cauponum perfidiam

LVIII.

AD FLACCUM.

QUALEM, Flacce, velim quæris, nolimve puellam?
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud quod medium est, atque inter utrumque probamus.
Nec volo, quod cruciat; nec volo, quod satiat.

Flacce, rogasne qualis puella mihi placeat, aut displiceat? Nimum indulgens, et nimum fastidiosa mihi non arridet. Placet quod est medium, atque inter utrumque: nec amo quod torquet, nec amo quod saturat.

~~~~~

In hoc Epigrammate nulla lectionis varietas extat in codd.

## LIX.

DE PUERI PRETIO.

MILLIA pro puero centum me mango poposcit:  
Risi ego: sed Phœbus protinus illa dedit.  
Hoc dolet, et queritur de me mea mentula mecum,  
Laudaturque meam Phœbus in invidiam.  
Sed sestertiolum donavit mentula Phœbo 5  
Bis decies: hoc da tu mihi, pluris emam.

~~~~~

3 In Ald. Junt. Colin. Gryph. et aliis vett. *et queritur, dolet hoc mea, &c.*

NOTÆ

1 *Mango*] Puerorum scilicet negotiator, quos in Venerem frangebatur. ta sententiam Juven. Sat. i. 40. 'Un-

5 *Sed sestertiolum*] Quippe Phœbus draucus rem fecerat mentula, juxta deuncem: Partes quique suas ad mensuram inguinis hæres Accipiat.'

LX.

AD FLACCUM DE SPORTULA.

DAT Baiana mihi quadrantes sportula centum:

Inter delicias quid facit ista fames?

Redde Lupi nobis, tenebrosa que balnea Grylli:

Tam male cum coenem, cur bene, Flacce, labor?

Accipio centum quadrantes ex Baiana sportula: quid efficit ista esurries inter voluptates balnei? Restitue nobis obscuras thermas Lupi et Grylli: o Flacce, cum tam male epuler, cur labor bene?

Hujus Epigrammatis inscriptio fuisse debuit, *Ad Flaccum de recessu Baiano*, inquit Ramires de Prado; nam, ut existimat, cum aliquo potentiori Martialis secesserat in Baia, ubi sportula dabatur communis. Hoc negat Musambertius.—4 Beverlandi Ms. *laver*; et sic in cod. Voss. *laves* cod. Thuan.

NOTE

1 *Dat Baiana*] Potentiores suis clientibus dabant sportulam, quæ erat calathus, quo primum opsonia, postea vero pecunia data est; unde sportula frequenter pro cibo vel pecunia usurpatur. Noster autem Poëta forte Baia comitatus erat Flaccum, a quo cum perexiguam sportulam accepisset, conqueritur. *Baia*, vulgo *Baia*, oppidum Campaniæ ad sinum Baiarum inter Puteolos et Cumas.

2 *Quid facit*] Exiguam sportulam centum quadrantum famem appellat, quia nonsatiabat esurientem. Lib. III. Epig. 7.

3 *Redde Lupi*] Cum male coenat, male quoque lavari optat in balneis obscuris, qualia erant Lupi et Grylli.

4 *Tam male*] Nam male coenato thermæ vel suavissimæ non placent.

LXI.

DE LEPORE ET LEONE.

INTRES ampla licet torvi lepus ora leonis,

Esse tamen vacuo se leo dente putat.

Quod ruet in tergum, vel quos præcumbet in artus,

Alta juvencorum vulnera figet ubi?

O Lepus, quomodo ingrediaris ora vasta leonis horribilis, nihilominus leo credit habere os vacuum. In quod tergum prorumpet, vel quos invadet humeros, ubi infli-

NOTE

4 *Alta juvencorum*] Qui nempe cum viribus locum præbent, secus vero lepores. Vide supra Epig. 23. et 49.

Quid frustra nemorum dominum regemque fatigas ? 5
Non nisi delecta pascitur ille fera.

get plagas profundas taurorum? Quid defatigas inutiliter dominum et regem sylvarum? ille non nutritur nisi bellua selecta.

3 Pro *procumbet* in quibusdam edd. vett. legitur, *prorumpet*.—6 Barthius legit, *Non nisi dejecta*; quod non improbant viri docti.

LXII.

AD LICINIANUM, SCRIPTORES UNDE.

VERONA docti syllabas amat vatis :

Marone felix Mantua est :

Censetur Apona Livio suo tellus,

Stellaque nec Flacco minus.

Apollodoro plaudit imbrifer Nilus ;

5

Nasone Peligni sonant.

Duosque Senecas, unicumque Lucanum

Facunda loquitur Corduba.

Verona diligit syllabas periti Poëta : Mantua beata est Virgilio. Apona terra æstimatur Livii sui, Stella, nec minus Flacci gratia. Nilus imbrifer favet Apollodoro, Peligni resonant Nasone, Corduba eloquens prædicat duos Senecas, et unum

Ad Licianum, Scriptores unde in Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. aliis.—3 Legitur etiam *Aponi*, quod verum putat Cagnerius. Aponus autem fons est prænobilis, unde tota regio Patavina illustrata est : in cujus laudem Claudian. et Cassiodor. plenius quasi velis sese effuderunt.—5 Nonnulli legunt *gaudet imbrifer*. Ed. Junt. penes Editorem in margine habet : *Apollodoro tibi papyrifer Nilus*; quæ lectio forte reponenda, si aliquo bono codice confirmaretur. 'Papyrifer Nilus,' 'limifer Nilus,' &c. passim leguntur apud Poëtas; im-

NOTE

1 *Docti vatis*] Catulli nempe Veronensis. Quos hic enumerat auctores satis per se noti sunt. De Stella dictum Epig. 8. supra.

Syllabas] Hoc est, numeros et versus.

3 *Apona*] Aponus, *Abano*, vicus cum fonte et balneis in agro Patavino, ubi T. Lævius ortus dicitur, a Patavio quinque mill. pass.

5 *Imbrifer Nilus*] Qui inundatione sua, vice imbrim, qui in Ægypto rari, fungitur in terra irriganda.

6 *Peligni*] Populi Italici, ubi erat Sulmo patria Ovidii, a quo commendatur, regio, nunc *Valca*. Ovid. de Ponto lib. iv. Elegia 14. 'Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo.'

8 *Corduba*] Nunc *Cordova*, urbs Hispaniæ Beticæ.

Gaudent jocosæ Canio suo Gades ;

Emerita Deciano meo.

10

Te, Liciniane, gloriabitur nostra,

Nec me tacebit Bilbilis.

Lucanum. Festiva Gades latantur Canio suo, Emerita Deciano meo. Liciane, nostra Bilbilis se jactabit propter te, nec silebit me.

brifer Nitus nullibi, credo, nisi apud hodiernum Martialem.—11 Te, Liciane in Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. aliisque vett. Liciniane testantur cod. Vossianus.

NOTE

9 *Jocosæ Gades*] Hispaniæ populi *Merida.*

ad fretum Gaditanum, choreis et sal-

12 *Bilbilis*] Urbs in Celtiberia,

tationibus mire dediti. Vide Epig.

Martialis patria, de qua Epig. 60.

42. supra. Vulgo *Cadix.*

supra ad Licianum.

10 *Emerita*] Urbe Lusitaniz, hodie

LXIII.

DE LÆVINA.

CASTA, nec antiquis cedens Lævina Sabinis,

Et quamvis tetrico tristior ipsa viro,

Dum modo Lucrino, modo se permittit Averno,

Et dum Baianis sæpe fovetur aquis,

Incidit in flammas, juvenemque secuta, relicto

5

Conjuge, Penelope venit, abit Helene.

*Lævina pudica, nec primas dans priscis Sabinis, et ipsa manet marito licet seve-
ro, dum se credit nunc Lucrino, nunc Averno, et dum sapius calecit aquis Baianis,
corrupta est amore, et comitata est adolescentem deserto marito, accessit Penelope,
recessit Helene.*

De Lævina casta, et ad Baias adultera Lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. et aliis vett. *De Lævina* in cod. Thean.—3 In Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis-
que, *præmittit*: per et præ in compositione sæpe confundantur a librariis.
Vide nos ad Tibull. iv. l. 175.—6 Pulmannus legit, *abit Thymele*, improbante
Musambertio.

NOTE

1 *Sabinis*] Quorum mores sancti et incorrupti erant. Juv. Sat. vi. vs. 163. 'Intactior omni Crinibus effasid bellum dirimente Sabina.'

3 *Lucrino*] Lacus est Lucrinus ad Baias: hodie *Lago Licola*. Alii mellius interpretantur, *Mar morto*.

6 *Penelope venit*] Id est, casta: abit Helene, hoc est, adultera. Harum historia satis nota est. *Abit* ultima syllaba producitur propter contractionem pro *abit*. *Helene*] Alii *Thymele*. Baiis porro multa luxuriz exempla.

LXIV.

AD CELEREM.

UT recitem tibi nostra rogas Epigrammata. Nolo.
Non audire, Celer, sed recitare cupis.

Oras ut tibi legam nostra Epigrammata: non placet. O Celer, non vis esse auditor, sed recitator.

~~~~~

In hoc Epigrammate nil variant exemplaria, vel scripta, vel excusa.

## NOTE

2 Non audire] Mea scil. carmina: Epig. 74. lib. vii. Epig. 2.  
sed recitare tua nempe. Vide lib. v.

## LXV.

## AD FABULLAM AMBITIOSAM.

BELLA es; novimus: et puella; verum est:  
Et dives; quis enim potest negare?  
Sed dum te nimium, Fabulla, laudas;  
Nec dives, neque bella, nec puella es.

*Pulchra es, scimus: et puella, certum est: et opulenta, nam quis potest inficiari? sed, o Fabulla, cum te offers nimis laudibus, nec opulenta, nec pulchra, nec juvenis es.*

~~~~~

Ad Fabullam ambitiosam in laude in edd. vett.—2 Videtur Rutgersio scribendum: Quis et id potest negare?

NOTE

2 Sed dum te] Modestia enim et æquis auribus accipi solent, quam verecundia commendantur puellæ. difficile est obtinere, ne molesta videatur oratio de se aut de suis dissonis si alienam quoque laudes parum serentis.

LXVI.

AD CÆCILIANUM, DE GENERE ET DECLINATIONE FIGUS.

CUM dixi, ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici, ficos, Cæciliane, jubes.

Cum protuli, ficus, risisti perinde ac barbaram vocem, et vis, Cæciliane, dici ficos.

~~~~~

‘Hoc Epigramma est Grammaticis crux; ideo fœdata ab his Epigraphæ, ad-

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci:

Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

*Preferemus ficus, quas novimus produci in arbore: at vero, Cæciliane, dicemus ficos tuos.*

ditis ineptis verbis, *De genere et declinatione ficus*, quæ omnino expungenda sunt. *Ramires*. Musambert. malit: *In Cæcilianum*.—3 *Et dixi Junt.* an. 1512.—4 *Dicemus ficos* legunt nonnulli, improbante *Ramiresio*.—4 *Alii legere malint, tuas.* Vide *Richard. Jonsonium Nottingham.* in libro *Aniædvers.* in *Lillii Gramm.*

## NOTÆ

1 *Cum dici, ficos]* *Ramiresius* et *Farnabius Lemma* esse emendandum contendunt, nec generis, sed tantum declinationis mentionem fieri hoc loco: ita ut *ficus* foemini generis secundæ et quartæ declinationis significet arborem et fructum ejusdem arboris. Sed *ficus* secundæ declinationis, inquit *Ramiresius*, significans morbum, ignoratur cujus sit generis; *tuas* enim non refert ad *ficus* ut legit,

vel *ficos* ut legunt alii, sed intelligit familiam in quas omnes *ficosi* essent. Eadem turpitudine notavit aliam familiam lib. vii. Epig. 70. et *ficum* appellari *ficosum* hominem probat lib. iv. Epig. 52. Alii *ficos tuos* explicant morbum sic dictam a similitudine *ficus*, et *ficos* in illa significatione esse tantum secundæ declinationis, et masculini generis. Videat lector. Vide lib. iv. Epig. 33.

## LXVII.

AD FUREM DE LIBRO SUO.

ERRAS, meorum fur avare librorum,

Fieri Poëtam posse qui putas tanti,

Scriptura quanti constet, et tomus vilis.

Non sex paratur aut decem sophos nummis.

Secreta quære carmina, et rudes curas,

5

*Hallucineris, fur avare meorum libellorum, qui credis valem evadere posse eo pretio quo comparatur scriptura, et tomus vilis. Sophos non acquiritur sex aut decem nummis. Require versus latentes, et studia non edita, quæ novit, et sigillata in*

2 *Gronovius legit: posse qui putas tanto, Scriptura quanti constet.*—12 *Mer-*

## NOTÆ

1 *Fur avare]* Non vocat avarum ob furtum librorum, sed ideo avarum vocat quia Poëta haberi volebat vilissimo pretio.

3 *Tomus]* A verbo *τέμνω* scindo: id est pars, vel frustum, quæ quidem

pars si involveretur in spiram, volumen vocari poterat.

4 *Sophos]* Acclamatio erat eorum qui recitantibus applaudebant. Vide Epig. 4. supra.

5 *Et rudes curas]* Hoc est, carmina

Quas novit unus, scrinioque signatas  
 Custodit ipse virginis pater chartæ;  
 Quæ trita duro non inhorruit mento.  
 Mutare dominum non potest liber notus.  
 Sed pumicata fronte si quis est nondum,  
 Nec umbilicis cultus, atque membrana:  
 Mercare tales adeo, nec sciet quisquam.  
 Aliena quisquis recitat, et petit famam;  
 Non emere librum, sed silentium debet.

10

*area servat solus parens virginis charta, quæ attrita non exhorruit mento aspero. Libellus cognitus nequit commutare herum. Sed si quis est nondum fronte polita pumice, nec ornatus umbilicis, et membrana: emere ab ipso ejusmodi librum, nec ullus resciet. Quisquis pronuntiat aliena, et aucupatur existimationem, non debet mercari libellum, sed reticentiam auctoris.*

*care tales ab eo nec sciet quisquam* in Ald. Junt. Colin. et aliis vett. ab eo habent codd. Palat. habeo cod. Put. unde Heraldus sic scribendum putat: *Mercare tales; habeo; nec sciet quisquam.* Scriverius: *Mercare: tales habeo, nec scilioet.* Alii, *Mercare: tales habeo; nec sciet quisquam.* Melissus, et postea Ant. de Rooy, conj. *Mercare tales adeo;* cujus meminit etiam Heraldus. *adeo* pro 'propterea, ut sæpius; vel vim explendi habet. Vide Duker. ad Flor. l. 18. 25. et Snakenburg. ad Curt. III. 7. 5. Pro *sciet* tamen idem Ant. malit *sciat*, h. e. cura quibuscumque potueris modis, ne quisquam reseiscat.—13 Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Delph. aliæ, et *querit famam*, contra metrum.

## NOTÆ

quæ nondum in lucem edita sunt.

7 *Virginis pater chartæ*] Virginem chartam vocat, quæ nondum viri aliquis manu attrita fuerat. *Pater*] Id est, carminum auctor. Vel virginem chartam intellige, ex qua nullum exemplar transcriptum sit.

8 *Duro mento*] Dicit Poëta chartam multorum lectorum manibus attritam horridam fieri mento, hoc est, fieri pilosam et barbatam, dum usu attritur, et basia captat. Epig. 4. supra, et lib. x. Epig. 93.

10 *Pumicata fronte*] Frontes libri esse sunt extremitates membranæ in spiram complicatæ, quæ pumice polie-

bantur, cum in lucem libri ederentur.

11 *Nec umbilicis cultus*] Id est, bacillis cedrinis vel buxeis super quos membranæ involverentur: quibus in volumen complicatis, in medio utrimque apparebat lignum, et ideo dicebatur similitudine quadam umbilicus: et cum is non assueretur membranæ, nisi opere jam absoluto, hinc natum proverbium ad umbilicum perducere, id est, absolvere librum. Umbilicis autem affigi solebant capitula cornæ, ossea, vel eburnea, ornatus causa, quæ plerumque coloribus pingebantur, et vocabantur cornua. Ita Ramiresius.

## LXVIII.

AD CHÆRILUM.

LIBER homo es nimium, dicis mihi, Chærule, semper.

In te qui dicit, Chærule, liber homo est.

O Chærule, mihi dicis assidue, Nimis es dicax. O Chærule, qui verba facit in te, homo est otiosus.

*Ad Ceryllum* Lemma est in Beverlandi Ms. *Ad Chærilum* in edd. vett.—1. 2 *Ceryle* in eodem Ms. *Liber homo est?* per interrogationem, in risum, placet Musambertio et Th. Marcilio.

## NOTÆ

1 *Liber homo es nimium*] Id est, nimium liberi animi, qui nemini parcis.

2 *Liber homo est*] Hoc est, sine negotiis, quia indignus es reprehensione, et omnino contemnendus. Vel

sic intellige: Qui in te dicit, homo est liber, id est, ingenuus, cuius est libere dicere quæ sentiat. Jocus est in verbo *liber*.

## LXIX.

DE RUFO.

QUICQUID agit Rufus, nihil est nisi Nævia Rufo.

Si gaudet, si flet, si tacet, hæc loquitur.

Coenat, propinat, poscit, negat, innuit; una est

Nævia: si non sit Nævia, mutus erit.

Scriberet hesterna patri cum luce salutem;

5

Nævia lux, inquit, Nævia, lumen, ave.

Hæc legit, et ridet demisso Nævia vultu.

Nævia non una est: quid, vir inepte, furis?

*Quicquid facit Rufus, cogitat solam Næviam: si letatur, si lacrymatur, si silet, commemorat illam. Epulatur, propinat, petit, recusat, assentitur, prædicat unam Næviam: si Nævia absit, clinguis erit. Cum die hesternò nuntiaret salutem genitori, Salve, Nævia, ait, lux mea, Nævia numen meum. Nævia legit hæc, et risum edidit depressis oculis. Nævia non una est; quid insanis, marite ridicule?*

*De Rufo et Nævia* in Ald. Junt. et Colliu.—1 *Rufus....Rufo* in iisdem.—2 *Juntina nostra* in margine ascriptum habet: *annuit: una est: et hanc veram esse lectionem quovis pignore contenderem*.—5 *Scripserat* in Beverlandi Ms.—6 In eodem Ms. *numen*, quod citat etiam Heraldus.—8 *Nævia non una est* Beverlandi Ms. *fuit pro furis* in eodem.

## NOTÆ

2 *Si tacet*] Insanum quippe suum cabat.  
erga Næviam amorem gestu signifi-

8 *Nævia non una est*] Ludit in am-

## NOTE

biguitate verbi *una*: supra enim dixerat *una est Nævia*, id est, de Nævia sola loquitur Rufus: deinde ait, *non una est*, quia duplex est, uxor duorum: habebat enim adulterum cujus et uxor dicebatur: nam adulterium

unius matrimonium vocabatur, ut ait Seneca de Beneficiis lib. III. cap. 16. 'Infrunita et antiquata est quæ nesciat matrimonium vocari unius adulterium.' Vide lib. VI. Epigr. 9.

## LXX.

## AD MAXIMUM.

CÆPIT, Maxime, Pana quæ solebat,  
Nunc ostendere Canium, Terentos.

*O Maxime, Terentos caput nunc monstrare Canium, quæ consueverat monstrare Pana.*

Hoc Epigramma *Ad Nazimum* inscribitur in Junt. an. 1512.

## NOTE

2 *Nunc ostendere Canium*] Pan et Satyri risu perpetuo lascivunt: cum ergo ridentem Canium Poëtam deridere velit, ait, non ostendi amplius statuam Panos in Terento, locus sci-

licet erat in Campo Martio, ridentis habitu illic formatam; sed Canium, qui æque rideret ac Pan. Lib. III. Epig. 20.

## LXXI.

## AD LIBRUM.

VADE salutatum; pro me liber ire juberis  
Ad Proculi nitidos officiose lares.  
Quæris iter? dicam: vicinum Castora canæ  
Transibis Vestæ, virgineamque domum.  
Inde sacro veneranda petes Pallatia clivo,  
Plurima qua summi fulget imago ducis.

5

*Ito salutatum; o libelle obsequiose, mandaris adire meo loco splendidam domum Proculi. Rogasne viam? transgredieris templum Castoris propinquum antiquæ Vestæ, atque ades Virginum Vestalium. Illinc adibis regiam venerabilem in colle sacro, ubi multa officies supremi Imperatoris resplendent. Nec te moretur sideræa*

*Ad librum suum* inscriptio est Ms. Beverlandi.—6 *Aurea qua summi marg.*

## NOTE

2 *Lares*] Dii sunt domestici qui in ædibus privatim colebantur, sumti

pro domo ipsa.

3 *Canæ Vestæ*] Vesta Saturni filia

Nec te detineat miri radiata Colossi,  
 Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.  
 Flecte vias hac, qua madidi sunt tecta Lyæi,  
 Et Cybeles picto stat Corybante tholus. 10  
 Protinus a læva clari sub fronte Penates,  
 Atriaque excelsa sunt adeunda domus.  
 Hanc pete, ne metuas fastus, limenque superbum :  
 Nulla magis toto janua poste patet ;  
 Nec propior quam Phœbus amat, doctæque sorores. 15  
 Si dicet, Quare non tamen ipse venit ?  
 Sic licet excuses, Quia qualiacumque leguntur  
 Ista, saluator scribere non potuit.

*moles admirandi Colossi, qua latatur superare opus Rhodium. Flecte iter qua sunt aedes uidi Bacchi, et qua erectus est tholus Cybeles depicto Corybante. Subito aedes splendida sunt adeunda ad frontem sinistram, atque aula domicilii alti. Hoc adi, ne metuas superbiam atque accessum difficilem : nulla janua magis panditur, nec ulla quam diligit Phœbus propitior, et perita sorores. Si dicet, Cur tamen ipse non venit? sic potes me excusare, Quoniam saluator nequivit componere ista qualiacumque evolvuntur.*

Junt. ap. Editorem.—7 Beverlandi Ms. et cod. Thuan. *radiata Coloris*.—10 *Et crudes in eodem*.—11 Cod. Thuan. *clari tibi fonte*: unde quidam V. D. legendam censet, *clari sub fonte*, et Gronovii lectionem damnat. 'Ego in duobus scriptis reperi: *clari tibi fonte*: idque verum est. Protinus inquit, a læva adeundi tibi Penates fronte clari, h. e. illustria antepagmenta habentes.' Gronovius. Eandem lect. citat Pulmannus.—13 *Hac pete* in quibusdam vet. *Hanc pete* corr. Gruterus.—15 *Nec potior quam Phœbus amat* Beverlandi Ms. et cod. Thuan.—17 *Scilicet* legunt Pulmannus alique nonnulli.

## NOTÆ

ex Ope, quæ castitatis Dea habita  
 Vestalibus nomen dedit.

6 *Summi ducis*] Domitiani.

7 *Nec te detineat*] Vide Epig. 2.  
 lib. Spect.

8 *Rhodium opus*] Colossum intel-  
 lige, inter septem orbis miracula re-  
 censitum. Epig. 2. lib. Spect.

10 *Tholus*] Testudo Templi, ubi est  
 quasi scutum breve in medio Templi  
 tecto, quo trabes connectuntur, et  
 dona suspenduntur, supra quem Co-  
 rybas vestibus pictis ornatus stabat.  
 Eaderus. Corybantes vero ministri  
 Cybeles in Ida monte Phrygiæ sal-

tando et cantando illius Dem sacra  
 faciebant: iidem feruntur fuisse cus-  
 todes Jovis adhuc infantis.

11 *Penates*] Dii domestici, sumti  
 pro domo ipsa.

13 *Hanc*] Alii *Hæc*.

15 *Nec propior*] Hoc est, nulla do-  
 mus nostræ vicinior est quæ ametur  
 ab Apolline et Musis. Vel, ut in-  
 terpretatus sum, nullis ædibus pro-  
 pitior est Apollo.

17 *Quia qualiacumque*] Quia non  
 fuisset illi otium scribendi hæc qua-  
 liacumque sint Epigrammata, si sa-  
 lutandi officiis vacasset.

## LXXII.

## AD SOMNUM.

NÆVIA sex cyathis, septem Justina bibatur;  
 Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.  
 Omnis ab infuso numeretur amica Falerno;  
 Et quia nulla venit, tu mihi, Somne, veni.

*Nævia bibatur sex cyathis, Justina septem, Lycas quinque, Lyde quatuor, Ida tribus. Omnis amasia recensetur a vino infuso: et quoniam nulla accedit, tu, Somne, accede ad me.*

1 *Nævia* in quibusdam codd. mendose: in aliis *Lævia*. Ex hoc Epigrammate patet, quamvis in nonnullis vett. manuscriptis diphthongum æ simplice e scriptam videamus, Romanos eandem diphthongum binis elementis scribere consuetos. Pro *cyathis* in codd. quibusdam *calathis*. Vide Var. Notas, et Var. Lect. ad lib. II. Epig. 15.

## NOTÆ

1 *Nævia sex*] Veteres solebant tot haurire cyathos, quot literas includebant amicarum nomina: *Nævia* sex habebat literas propter diphthongum æ, quæ duabus æquivalet: sex ergo cyathos hauriendos esse dicit Poëta in honorem *Næviæ*. Vide lib. VIII. Epig. 51. lib. IX. 95. lib. XI. 37.

3 *Omnis ab*] Sic enim amicæ nomen conjectandum relinquebant, ubi haurirent tot cyathos, quot essent literæ

in illius nomine.

4 *Tu mihi, Somne*] Alludit ad veterem morem quo ad somnum conciliandum poscebatur ultimum poculum, Mercurio tanquam somni præsidi consecratum: pocula autem apud Græcos sacra erant tria: primum *Διὸς σκεῦος*, *Jovis Servatoris*; secundum *ἑκατόν δαίμονος*, *Boni dæmonis*; tertium *Ἑρμοῦ*, *Mercurii*, quod ultimum hauriebatur in ejus honorem.

## LXXIII.

## AD FIDENTINUM.

NOSTRIS versibus esse te Poëtam,  
 Fidentine, putas, cupisque credi?  
 Sic dentata sibi videtur Ægle,  
 Emtis ossibus, Indicoque cornu:  
 Sic, quæ nigrior est cadente moro,

5

*O Fidentine, an credis, et vis haberi Poëta nostris carminibus? Sic Ægle putat se esse dentatam, ossibus comparatis, et cornu Indico: sic Lycoris quæ magis est*

## NOTÆ

4 *Indicoque cornu*] Hoc est, ebore, quo significat dentes eboreos.

Cerussata sibi placet Lycoris.  
Hac et tu ratione, qua Poëta es,  
Calvus cum fueris, eris comatus.

*atra moro cadente fucata sibi jucunda est. Cum fueris calvus, eris crinitus hac ratione, qua nunc es Poëta.*

5 Ed. Junt. an. 1512. *calente moro.*—7 *Hac etiam ratione* in eadem, cum Ald. Junt. aliique.

NOTÆ

6 *Cerussata*] Cerussa genus est pigmenti quo illinitur vultus ad candorem conciliandum. Plin. lib. xxxv. cap. 6. 8 *Eris comatus*] Emtis nempe aut surreptis capillis. Vide Epig. 54.

*Sibi placet*] Sibi candida videtur: supra de Fidentino.

LXXIV.

AD CÆCILIANUM.

NULLUS in urbe fuit tota, qui tangere vellet  
Uxorem gratis, Cæciliane, tuam,  
Dum licuit: sed nunc positis custodibus, ingens  
Turba fututorum est: ingeniosus homo es.

*O Cæciliane, nullus extitit in omni civitate, qui vellet tangere conjugem tuam gratis, dum permissum fuit: at nunc custodibus datis, magna turba est machorum: homo es solers.*

Lemma in cod. Thuan. est *Ad Micilianum*: et in ipso Epigrammate, vs. 2. *Meciliane.*

NOTÆ

1 *Qui tangere*] Vult Poëta Cæciliani uxorem deformem a nemine tactam, etsi gratia, hoc est, sine pretio licebat, sive etsi ultro dabat, vel nisi ipsa pecuniam suppeditabat: posita vero custodia mæchos venisse pretium afferentes: itaque sagacem et solertem esse Cæcilianum dicit. Jo- cus sane lepidus.

LXXV.

AD PAULLAM.

MÆCHUS erat: poteras tamen hoc tu, Paulla, negare.  
Ecce vir est: numquid, Paulla, negare potes?

*Adulter erat: nihilominus, o Paulla, poteras id inficiari: ecce maritus est: num id inficiari vales, o Paulla?*

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

H

Hic nulla lectionis varietas in codd. extat, vel libris impressis.

## NOTÆ

- 1 *Mœchus erat*] Is cui nupsisti. vivo marito mœchus tuus credebatur.  
 2 *Numquid potes*] Fassa nempe fusti adulterium cum nupseris illi qui Vide lib. vi. Epig. 23.

## LXXVI.

DE LINO.

DIMIDIUM donare Lino, quam credere totum,  
 Qui mavult, mavult perdere dimidium.

*Qui mavult Lino donare dimidium, quam mutuo dare totum, mavult amittere dimidium.*

Nec in hoc Epigrammate quicquam variant aut libri manu exarati aut excusi.

## NOTÆ

- 2 *Mavult perdere dimidium*] Cum diasset: at vero qui dimidium donat, enim mutuum non redderet Linus, perdidit tantum alterum dimidium qui totum credidisset, totum perdidit quod credidit.

## LXXVII.

AD FLACCUM.

O MIHI curarum pretium non vile mearum,  
 Flacce, Antenorei spes et alumne Laris,  
 Pierios differ cantusque chorosque sororum:  
 Æs dabit ex istis nulla puella tibi.

*O Flacce, digna merces mea solitudinis, spes atque alumne Antenorei Laris, proroga concentus Pierios, et choro Musarum; nulla puella ex istis tibi donabit*

- 3 *Pierios differ cantus, cantusque sororum* citat Langius ex ed. Pulmanni.—  
 4 Junt. an. 1512. extat.—5 *Quod petis a Phæbo, nummos* in quibusdam:

## NOTÆ

- 1 *Pretium non vile*] Hoc est, o Flacce, tu dignus es qui me interponam in tuam rem, hancque curam conferam ad tuam utilitatem, ut te moneam Musas esse relinquendas, forum vero adeundum. Hic est Flaccus qui scripsit Argonautica.  
 2 *Antenorei Laris*] Id est, Patavii, quod condidit Antenor. Lares sunt Dii domestici, qui sæpius pro ædibus sumuntur, hic vero pro urbe.  
 4 *Nulla puella*] Nulla Musa.

Quid petis a Phœbo? numinos habet arca Minervæ: 5

Hæc sapit, hæc omnes foenerat una Deos.

Quid possent hederæ Bacchi dare? Palladis arbor

Inclinat varias pondere nigra comas.

Præter aquas Helicon, et sarta, lyrasque Dearum

Nil habet, et magnum semper inane sophos. 10

*pecuniam. Quid postulas ab Apolline? nummi sunt in arca Minervæ: hæc sapit, hæc sola mutuum dat omnibus Diis. Quid donare valerent hederæ Bacchi? Atræ arbor Palladis gravitate incurvat ramos varios. Nihil est in Helicone, nisi aqua, et corona, et cithara Deorum, et magnum sophos semper infructuosum. Quid tibi*

~~~~~

Quid petis a Phœbo, nummos legendum censet Gronovius; ita certe Schreve-
lius.—6 *Hæc super hæc omnes, &c.* in marg. ed. Junt. penes Editorem, unde
forsan proba lectio elici possit, *Hæc super hos omnes, &c.* i. e. Minerva
foenerat, et supplet divitias præter omnes hos Deos, Apollinem scilicet
et Musas. At vide Var. Notas.—7 *Quid possunt hederæ* Ald. Junt.
Colin. aliæ vett.—8 *Cogitabam, pro varias, gravidas, vel curvas:* quibus
epith. passim utuntur auctores, ubi de fructuum abundantia agunt: sed abs-
tineo, postquam τὸ varias sæpius olivæ tribui didicerim: unde et 'bicolor
baccæ' olivæ dicitur Ovidio Met. viii. 664. An autem, pro nigra, legendum
pigra? vel, quia olivæ tarde crescant: vide Varr. de R. R. i. 41. et Virg.
Georg. ii. 3. vel, quia arbores non inepte 'pigræ' dici queant, cum, ramis
fructuum pondere gravatis, non tam faciles motant cacumina. An scripsit
forte, *Inclinat vario pondere pigra comas?* Haud temere tamen τὸ nigra reje-
cerim; tum, quia explicari potest 'umbrosa': olivæ certe et umbræ gratia
serebantur, (Plin. N. H. xv. 18.) tum vero, quia nigra pro 'viridi' accipi
potest. Ovid. Fast. iv. 139. *Ant. de Rooy.*—9 *Langius* ex ed. Palmanni
citatur: *cytharamque Deorum.* Junt. an. 1512. exhibet, *lyrasq; deorum:* aliæ
lyrasque Deorum.—10 *Cod. Palat. et alius* quo usus est Heraldus habebant,
sed per inane; unde ille conj. *sed perinane* hoc sensu: Magnum quidem so-
phos habent, sed tamen perinane; i. e. magna quidem et elata acclamatione
excipiuntur, sed præterquam nihil omnino est. Sic etiam legit Heins. ad

NOTE

5 *Quid petis a Phœbo]* Paupere nempe.

Arca Minervæ] Hoc est, Minerva dives est, et habet opes quas largiatur Causidiciis suis cultoribus. Ab ea autem pendent ceteri Dii, Ἀσπαστα τῇ πλουτέῃ γὰρ ἑστ' ὁμήκοα: Pecunia obediunt omnia. Aristoph. in Plut. Act. i. Sc. 2.

7 *Palladis arbor]* Oliva, ejus rami fructuum pondere incurvantur.

8 *Varias comas]* Frondes varii coloris, baccis graves, hoc est, Minerva locupletat Causidicos.

9 *Helicon]* Bæotiarum mons, Phocidi vicinus, non procul a Parnasso, qui et ipse Apollini sacer est et Musis.

10 *Sophos]* Acclamatio erat qua recitantes Poëtæ excipiebantur, sed nihil emolumenti accipiebant. Vide Epig. 4. supra.

Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permesside nuda?

Romanum propius, divitiusque forum est.

Illic æra sonant: at circum pulpita nostra,

Et steriles cathedras, basia sola crepant.

negotii cum Cirrha? quid cum aqua Permessidos? forum Romanum vicinius est, et opulentius. Illic pecunia sonat: sed oscula sola strepunt circa pulpita nostra, et steriles cathedras.

Ovid. Art. i. 337.—11 *Permessidos unda* Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. *Permesside lympa* legit Janus Guilielmus ex codice. *Permesside unda* citatur in ed. Barbon 1754. Lectionem nostram ex optimis codicibus dederunt Gruterus et Scriverius.—13 Janus Guilielmus Verisim. lib. iii. cap. 19. ex quodam codice legit: *ad Circum et pulpita nostra*: recenset enim loca poetis veluti consecrata, *Circum*, in quo ludi fiebant et spectabantur fabulæ; *pulpita*, e quibus recitabantur poemata; *cathedras* Grammaticorum, e quibus explicabantur.

NOTÆ

11 *Permesside*] *Permessis* fluvius ‘Pœnituit multos vanæ sterilisque cathedræ.’

13 *Illic æra sonant*] In foro nempe, *Basia*] Quos enim recitantes probaverant, osculabantur antiqui. Vide

14 *Steriles cathedras*] Nullam emolumentum afferentes. Juv. Sat. vii. *Epig.* 4. supra: ‘dum basia captas,’ &c.

LXXVIII.

DE CHARINO.

PULCHRE valet Charinus, et tamen pallet.

Parce bibit Charinus, et tamen pallet.

Bene concoquit Charinus, et tamen pallet.

Sole utitur Charinus, et tamen pallet.

Tingit cutem Charinus, et tamen pallet.

5

Cunnum Charinus lingit, et tamen pallet.

Bene se habet Charinus, et nihilominus pallet. Charinus potat temperate, et nihilominus pallet. Charinus digerit recte, et nihilominus pallet. Charinus apricatur, et tamen pallet. Charinus colorat cutem, et tamen pallet. . . .

De Carino lemma est in Ald. Junt. Colin. et aliis vett.—4 *Sole utitur*, &c. Hic versus deest in quibusdam membranis, et edd. vett. Ald. Junt. Colin. &c.

NOTÆ

4 *Sole utitur*] Ut cutem coloret. bat Charinus: sic illum turpi vitio laborare notat Poëta.

LXXIX.

DE FESTO.

INDIGNAS premeret pestis cum tabida fauces,
 Inque ipsos vultus serperet atra lues ;
 Siccis ipse genis flentes hortatus amicos
 Decrevit Stygios Festus adire lacus.
 Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno, 5
 Aut torsit lenta tristia fata fame :
 Sanctam Romana vitam sed morte peregit,
 Dimisitque animam nobiliore via.
 Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
 Fama potest : hujus Cæsar amicus erat. 10

Cum pestilentia contagiosa urgeret guttur immeritum, et nigra contagio irreperet in faciem ipsam ; ipse Festus siccis genis excitans amicos lacrymantes statuit petere paludem Stygiam. Nihilominus non sedavit os sanctum turpi toxico, aut cruciavit mortem atram curie lenta. Sed morte Romana finivit vitam inviolatam, atque egit spiritum busto illustriore. Fama potest antepone hunc interitum morti magni Catonis : hic carus erat Cæsari.

2 *Inque suos* Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. &c. *Inque ipsos* Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. aliæ : et sic legit D'Orleams. Vide Gronov. inter Var. Notas, ad Epig. 112. *Inque duos* Barbon Par. 1754. errore manifesto pro *suos*.—5 Janus Guilielmus Verisimil. lib. III. cap. 19. legendum putat, *palluit*, ut apud Virg. de Cleopatra veneno peritura : 'pallentem morte futura.' Hoc improbat Musambertius contra Ramiresium, legens : *Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno*.—8 Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ vett. exhibent, *nobiliore rogo* : et Ramires de Prado, nescio unde, citat, *nobiliore loco*. Musambertius e membranæ affert, *nobiliore via* : codex Heraldî habet *vita*, quod confirmat lect. nostram ex optimis libris restitutam. Vide Var. Notas. *nobiliore modo* f. reponendum putat Wakefield. in Sylv. Crit. Part. IV. §. 169.

NOTÆ

3 *Siccis ipse* Id est, non flens.
 7 *Romana sed morte* Nempe pectus transfodit, exemplo Læcretiæ, Catonis, et multorum aliorum Romanorum.
 8 *Nobiliore via* [rogo] Rogum sumit pro morte ipsa. Legunt alii *nobiliore*

via.
 10 *Hujus Cæsar* Se enim interimit Cato metu aut odio Cæsaris ; at vero Domitianus hujus Festi amicus fuit.

LXXX.

AD ATTALUM.

SEMPER agis causas, et res agis, Attale, semper :

Est, non est, quod agas, Attale, semper agis.

Si res et causæ desunt, agis, Attale, mulas.

Attale, ne quod agas desit, agas animam.

Attale, dicis causas, atque assidue tractas negotia. Attale, continuo agis, sive sit, aut non sit, quod agas. Si negotia, et lites deficiunt, Attale, ducis mulas. Attale, ne deficiat quod geras, emittas spiritum.

~~~~~

1 In Junt. penes Editorem margini ascriptum legitur : *Semper agis causas, dum agitur res, Attale, semper.* Mox vs. 3. *agis, Attale, nugas.*

## NOTÆ

4 *Agas animam*] Id est, pereas. nificatione verbi 'ago.'  
Lusus Epigrammatis est in varia sig-

## LXXXI.

## AD CANUM.

SPORTULA, Cane, tibi suprema nocte petita est.

Occidit, puto, te, Cane, quod una fuit.

*O Cane, poposcisti sportulam ultima nocte. O Cane, interfecit te, ut arbitror, quod unica exiit.*

~~~~~

In hoc Epigrammate nihil variant aut exemplaria scripta aut typis excusa.

NOTÆ

2 *Quod una fuit*] Quæ nempe huic tracto dolore periit.
belluoni non sufficeret, unde con-

LXXXII.

AD SOSIBIANUM.

E SERVO scis te genitum, blandeque fateris,

Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.

O Sosibiane, non ignoras te natum ex mancipio, et comiter confiteris, cum parentem tuum appellas dominum.

~~~~~

1 *A servo* cod. Thnan. *E servo* omnes alii libri. Musambertius in libello contra Ramires de Prado ipsissimam Valerii manum esse contendit : *E servo scis te genitum, &c.* qua conjectura nihil certius videtur Heraldo. At consule Var. Notas.

NOTÆ

1 *E serco*] Quod nempe mater adul- sequatur, ex serva et patrefamilias  
tera ex servo suscepisset Sosibia- natus Sosibianus servus est, et pa-  
num: vel forte melius legendum trem habet eundem et dominum.  
*E serco*: cum enim partus ventrem Vide Epig. 85. infra.

LXXXIII.

DE REGULO.

Hæc, quæ pulvere dissipata multo  
Longas porticus explicat ruinas,  
En quanto jacet absoluta casu !  
Tectis nam modo Regulus sub illis  
Gestatus fuerat, recesseratque ; 5  
Victa est pondere cum suo repente ;  
Et postquam domino nihil timebat,  
Securo ruit incruenta damno.  
Tantæ, Regule, post metum querelæ,  
Quis curam neget esse te Deorum, 10  
Propter quem fuit innocens ruina ?

*Hæc porticus quæ dissoluta exponit longa excidia in multo pulvere, en quanto casu liberata procumbit ! paulo enim ante Regulus vectus fuerat sub illis tectis, et discesserat : cum subito desedit sua mole, et postquam nihil metuebat hero, incruenta concidit ruina tuta. O Regule, post timorem tantæ quærimonia, quis inficietur Deos habere curam tui, cujus gratia ruina fuit innoxia ?*

7 In Ald. Junt. et Colln. *Et postquam dominum.*—9 Janus Rutgersius Var. Lect. lib. vi. cap. 11. *Tuta* scribendum putat, postquam evasisset Regulus.

NOTÆ

3 *En quanto*] Vide Epig. 13. supra. mirum tenuit nostras fortuna quere-  
9 *Post metum*] Epig. citato: 'Ni- las.'

LXXXIV.

DE MANNEIA.

Os et labra tibi lingit, Manneia, catellus :  
Non miror, merdas si libet esse cani.

*Catellus tibi lambit os et labra: non mirum est, si canis amat comedere sterces.*

*De Manuella* inscribitur in Venet. Ald. Junt. et Colln.—1 In liodem *lingit Manuella.*—2 *Pro libet*, alii legunt *licet*.

## NOTÆ

1 *Os et labra*] Ora et labia Manneæ fœtida fuisse notat, canes quippe lambendis immunditiis delectantur, quæ tetro odore non superant fœditatem tui oris. Javen. Sat. x. Bona tota feruntur Ad Phialen, tantum artificis valet halitus oris.'

## LXXXV.

## DE QUIRINALI.

UXOREM habendam non putat Quirinalis,  
Cum vult habere filios : et invenit  
Quo possit istud more : futuit ancillas,  
Domumque, et agros implet equitibus vernis.  
Pater familiæ verus est Quirinalis.

5

*Quirinalis non existimat conjugem esse ducendam, cum cupit suscipere natos, et reperit. Qua ratione id queat? Item habet cum ancillis, implet agros et domicilium equitibus vernis: Quirinalis verus est paterfamilias.*

2. 3 Junius, Ed. Plant. Langius, Pulmannus, alique nonnulli cum interrogationis nota sic legunt: *Cum vult habere filios, et invenit. Quo possit istud modo?*—5 *Paterfamilias* Heraldus, Scriv. Farnab. Schrevel. Maittair. Barbou, &c. *Pater familiæ* in edd. vet.

## NOTÆ

3 *More*] Legunt alii sine interrogatione, unde alius sensus efficitur.

4 *Implet vernis*] Verna servus est domi natus: *equitibus* autem dixit quia Quirinalis eques erat.

5 *Pater*] Sic enim blando nomine dominum servi appellabant patrem-familias; sed hic verum dicit Poëta patrem familiæ Quirinalem, quod ejus familia ab ipso esset genita.

## LXXXVI.

## DE MARIO.

VENDERET exultos colles cum præco facetus,  
Atque suburbani jugera pulchra soli:  
Errat, ait, si quis Mario putat esse necesse  
Vendere: nil debet; foenerat immo magis.

*Cum præco argutus vellet vendere colles exultos, et pulchra jugera fundi suburbani: Si quis, inquit, arbitratur opus esse Mario alienare, hallucinatur: nihil debet, immo magis dat mutuum. Quæ causa est ergo? ubi amisit omnia mancipia,*

*De præcone lemma est in cod. Bodl.—3 Editio Juntina nostra an. 1512. ascriptum habet margini: Errat, ait, si quis Mario putat ista necesse Vendere:*

Quæ ratio est igitur? servos ubi perdidit omnes, 5  
 Et pecus, et fructus, non amat inde locum.  
 Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet  
 Omnia? sic Mario noxius hæret ager.

*et armenta, et fructus, exinde non delectatur eo loco. Quis liceretur, nisi qui vellet amittere omnia sua? sic campus pestilens remansit penes Marium.*

et hæc lectio forte reponenda est, ut versus claudatur melius.—5 In quibusdam codd. *servos ibi perdidit omnes*.—6 Alii *pro amat, legunt amet*.

## NOTÆ

5 *Servos ubi perdidit*] Hanc scilicet qua emtores omnes ab emendo deter-  
 subiecit causam malitiosus præco, ruit.

## LXXXVII.

DE NOVIO MICROPSYCHO.\*

VICINUS meus est, manumque tangi  
 De nostris Novius potest fenestris.  
 Quis non invideat mihi, putetque  
 Horis omnibus esse me beatum,  
 Juncto cui liceat frui sodale? 5  
 Tam longe est mihi, quam Terentianus,  
 Qui nunc Niliacam regit Syenen.  
 Non convivere, nec videre saltem,

*Novius habitat in mea vicinia, et potest manu attingi de nostris fenestris. Quis non invideat mihi, et credat me esse felicem omnibus horis, cui fas sit uti socio vicino? Tam procul a me distat quam Terentianus, qui nunc gubernat Syenen Niliacam. Non datur potestas simul vivendi, nec saltem aspiciendi, non auscultandi;*

*De Novio Vicino* inscribitur in codice Bodl. *De Novio micropsico* in Thuan. *De Novio Micropsico* in antiq. ed. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. an. 1512. Colin. 1528. et Pulman. probante Scaligero: in aliis, *De Novio Micro-*

## NOTÆ

\* *De Novio*] *Μικρόψυχος*, pusillanimis, illiberalis. Sic Novium avaritiæ accusat poëta. Alii delendam hanc vocem *Micropsycho* arbitrantur, et nonnullos exagitari a Poëta qui quæ  
 ad manum habent, contemnunt; at vero quæ remotiora sunt et paratu difficiliora, sectantur. Judicet lector.  
 6 *Quam Terentianus*] Qui tunc erat præfectus Ægypto, cujus Syene urbs

Non audire licet: nec urbe tota  
 Quisquam est tam prope, tam proculque nobis. 10  
 Migrandum est mihi longius, vel illi.  
 Vicinus Novio, vel inquilinus  
 Sit, si quis Novium videre non vult.

*nec in omni civitate ullus est tam prope, et tam longe a nobis. Oportet me vel illum longius abire. Si quis nonvult aspicere Novium, fiat vicinus Novio, vel inquilinus.*

*aspicio, vel Microspigo, vel Microspopo. Beverlandus legit (Μικροσπίγω) Microscopo: et sic conj. Vossius. Vide Var. Notas.*

## NOTE

ad Nilum sita, quæ hodie ab aliis ap- Poëta.  
 pellatur *Guegere*, ab aliis *China*, ab 12 *Inquilinus*] Qui nempe in Novii  
 aliis vero *Asna*. ædibus conductis habitet.  
 11 *Migrandum est*] Hoc facete dicit

## LXXXVIII.

## AD FESCENNIAM.

Næ gravis hesterno fragres, Fescennia, vino,  
 Pastillos Cosmi luxuriosa voras.  
 Ista linunt dentes jentacula: sed nihil obstat,  
 Extremo ructus cum venit a barathro.  
 Quid quod olet gravius mistum diapasmate virus, 5  
 Atque duplex animæ longius exit odor?

*O Fescennia intemperans, deglutis pastillos Cosmi, ne male oleas gravis hesternæ potatione. Ista jentacula unguunt dentes, sed nihil impedit, cum ructus venit ab imo stomacho. Quid quod venenum diapasmate commixtum fortet pejus, et geminus*

*Ad Fesceniam lemma est in edd. vett.—3 Pro obstat Musambertius in libello contra Ramiresium conj. obstant, ut ad jentacula, sive pastillos, respiciat: hoc etiam malit Ant. de Rooy. firmat codex Thuan. ubi legitur obstant; quod etsi non omnino bene, viam tamen parat ad veram lectionem.—4 Ex-*

## NOTE

2 *Pastillos Cosmi*] Cosmus myropola erat, qui conficiebat ejusmodi pastillos ex aromatibus, et pulveribus odoratis.

3 *Ista linunt*] Hoc est, cum jejuna sumis illos pastillos, possunt illi quidem opprimere fetorem in dentibus hærentem, nequeunt vero illum coërcere, qui venit ex stomacho.

4 *Ructus cum*] Cruditatis exhalatio est.

5 *Diapasma*] Unguenti genus quod fit ex rosæ aridis, de quo Plinius lib. XXI. cap. 19.

*Virus*] Ponitur pro halitu gravi.

6 *Duplex odor*] Hesterni vini, et diapasmatis.

Notas ergo nimis fraudes, deprensaque furta  
Jam tollas, et sis ebria simpliciter.

*animæ odor procedit longius? Igitur jam removeas fallacias nimium cognitæ, et sis temulenta simpliciter.*

*tremo ruptus in Ms. Beverlandi. Extremo ructus quin veniat barathro in margine Junt. nostræ.—8 In eadem Junt. margini ascriptum: sic ebria semper eris.*

## NOTÆ

7 *Deprensaque*] Vitium quod cum vinum et ejusmodi medicamenta oleascura tegitur, furtum appellatur a Vide lib. III. Epig. 42. et lib. VI. Poëta. Epig. 7.

8 *Sis ebria simpliciter*] Ne simul

## LXXXIX.

## AD ALCIMUM.

ALCIME, quem raptum domino crescentibus annis

Labicana levi cespite velat humus;

Accipe non Phario nutantia pondera saxo,

Quæ cineri vanus dat ruitura labor;

Sed fragiles buxos, et opacas palmitis umbras,

5

Quæque virent lacrymis roscida prata meis.

*Alcime, quem tegit Labicana terra levi gramine, abreptum hero annis juvenilibus; accipe non molem vacillantem ex silice Ægyptia, quam lapsuram exstruit cineri labor inanis; sed buxos caduceas, atque umbras obscuras palmitis, et prata quæ vireant*

In cod. Bodl. inscribitur: *Epitaphium Alcimi pueri.*—1 *Alcime, quam* in Junt. an. 1512. operarum lapsu.—2 *Ant. de Rooy prætulit velet, ex consuetudine bene defunctis precandi formula. Sic infra lib. v. Epig. 36. et IX. Epig. 30. Quam emendationem probat vir quidam doctus in Epist. Crit. ad eundem Antonium.*—3 *Phario* in quibusdam: *nutantia* in Junt. et ab antiqua manu mutatum in *imitantia.*—4 *Quæ cineri nanus* Junt. an. 1512. *nanus* et *vanus* similia sunt in codd. antiq. Vide Barm. ad Propert. IV. 9. 33.—6 In

## NOTÆ

2 *Labicana humus*] Via Labicana ducebat ad Labicum mediterraneum, Latii pagum, hodie *Valmontone*.

*Levi cespite*] Hoc est, non superbo tumulo; vel potius alludit ad formulam antiquam *S. T. T. L.* hoc est, *sic tibi terra levis.* Vide lib. v. Epig. 35.

3 *Non Phario*] Non Pyramides, Obeliscos, et statuas, quibus tumulos ornabant Ægyptii. Vide lib. Spect. Epig. I. 'pendentia Mausolea.' Pharos colonia et oppidum Ægypti apud Alexandriam. Alii *Phario*: marmor Parium notum est.

5 *Sed fragiles buxos*] Spatium quod-

Accipe, care puer, nostri monumenta laboris :

Hic tibi perpetuò tempore vivet honor.

Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos

Non aliter cineres mando jacere meos.

10

*rigata meis fletibus. O dilecte puer, recipe pignora nostri maroris: hoc decus tibi duret omni tempore. Cum Lachesis mihi perneverit ultimos annos, non alio modo jubeo jacere meos cineres.*

antiqua H. Buschii editio legitur, *humida certa meis*; unde *serta* conjiciebat Arntzenius, Professor et Gynasiarcha Zutphan. Cf. Ovid. Trist. III. 3. 82. et Tibull. II. 7. 14. Ed. Ferrar. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Pulman. aliæ habent etiam *humida*. Nostram testantur lectionem codd. Bodl. Thuan. Arondell. Grut. et Scriv.—7 In edd. vet. *monumenta doloris*, quod habet etiam cod. Arondell. *labori* citat Langius ex Pulmanni editione.—9 *Lachesis pervenerit* in omnibus edd. vet. Error inde natus est, quod literæ *n* et *o* sæpe commutantur a librariis: sic 'nox' et 'vox,' 'nervos' et 'vernos,' 'nos' et 'vos,' 'neuter' et 'venter,' 'noster' et 'voster' vel 'vester,' 'venerat' et 'neverat,' et alia quamplurima. Vide nos ad Catull. LXIV. 289. LXVIII. 7. et 18. et ad Tibull. II. 6. 44. et 45. IV. 1. 84. IV. 2. 24. item Drakenb. ad Sil. II. 282. VI. 464. ad Liv. Tom. II. p. 193. Burm. ad Propert. III. 7. 66. III. 10. 21. et ad Ovid. Epist. III. 116. Beverlandi Ms. habet *supremus....annus*.

## NOTE

dam sepulcro destinatum in agris religiosum erat, quod varis arborum generibus decorabant antiqui: Martialis vero in honorem Alcimi pueri buxos insevit quibusdam in pratis, quæ per hyperbolem suis lacrymis irrigari dicit.

7 *Monumenta laboris*] Hæc Carmina, sc. buxos, et prata.

8 *Hic tibi perpetuo*] Id de perpe-

tuitate suorum Carminum auguratur Poëta, ut lib. x. Epig. 2. 'At chartis nec furta nocent, nec sæcula præsent; Solaque non norunt hæc monumenta mori.'

9 *Lachesis*] Una e Parcis, quæ humanæ vitæ stamen net.

10 *Non aliter cineres*] Hoc est, tumulum meum versibus egregii Poëtae ornari tantum cupio.

## XC.

## AD CINNAM.

GARRIS in aurem semper omnibus, Cinna;

Garris et illud, teste quod licet turba.

O Cinna, perpetuo susurras cunctis in aurem, susurras et illud, quod fas est mul-

4 In margine Junt. penes nos, *dāmas*, i. e. *damnas*: *cl* et *d* centies permixta reperiuntur in codd. Vide Cort. ad Sallust. Cat. xxvi. 4. Jug. xxii. 1. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 364. Drakenb. ad Sil. II. 52. ad Liv. x. 24.

Rides in aurem, quereris, arguis, ploras :

Cantas in aurem, iudicās, taces, clamas.

Adeone penitus sedit hic tibi morbus,

5

Ut sæpe in aurem, Cinna, Cæsarem laudes ?

*titidine præsentē : rides in aurem, expostulas, reprehendis, fies : canis in aurem, decernis, siles, vociferaris. Adeone penitus hoc vitium tibi inveteratum, ut sæpe, o Cinna, Cæsarem celebres in aurem ?*

et Leopard. Emendatt. x. 25.—5 *Adeoque penitus* exhibet codex opt. Arondell. quod præfert Gronovius; quem vide in Var. Notis.

## NOTE

5 *Hic morbus*] Garriendi in aurem dat Poëta, innuens laudes ejus palam esse proferendas.

6 *Ut sæpe*] Sic Cæsarem acute lau-

## XCI.

AD BASSAM TRIBADEM.

QUOD nunquam maribus junctam te, Bassa, videbam,

Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat :

Omne sed officium circa te semper obibat

Turba tui sexus, non adeunte viro :

Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis :

5

At tu (pro facinus !) Bassa, fututor eras.

1 *Pro junctam* in quibusdam *cinctam*; et sic ed. Par. an. 1754.—3 *Omnis et officium* Ald. Junt. et Colin. ita etiam codex Arondell. alique, teste Grutero.—4 In Juntina nostra margini scriptum est : *non adeunda viro.*—7 *Inter se*

## NOTE

1 *Quod nunquam, &c.*] Bassam tribadem facete carpit confessione erroris sui, quod existimasset castissimam esse fœminam, quia nunquam ad eam vir adiret, sed semper cum fœminis esset: postea vero comperitum est, tribadem esse.

*Junctam*] Alii *cinctam*.

2 *Fabula*] Proprie fabula. Seneca contrav. lib. II. 7. 'Duxi uxorem mature; semper dilexi; ad omnem me tutum fabulam præstiti.'

3 *Omne sed officium*] Quod Gruterus ait in plerisque remanere exemplaribus, *omnis et officium*, constabat et in

Arondelliano. Et forte spernendum non est. *Turba omnis tui sexus* est mera muliebris. Gronovius.

5 *Lucretia nobis*] Casta, ut Lucretia absente viro.

6 *Fututor eras*] Τριβὰς, δὲ τριβὴν opera usa.

*Fututor*] Est auxesis in nomine *fututor* adjuncto fœminæ, quam fututricem par erat appellare; sed data hoc opera factum, ut turpitudinem ejus magis notaret. Estque hoc tribadibus pecnliariter tributum a Martiale, ut de iis 'futuere' dici possit. *Ramires*.

Inter se geminos andes committere cunnos,  
Mentiturque virum prodigiosa Venus.

Commenta es dignum Thebano ænigmate monstrum:

Hic, ubi vir non est, ut sit adulterium.

10

*geminos andes* Langins.—10 Ant. de Rooy malit per interrogationem: *ut sit adulterium?* quod certe voluit ille, qui margini Junt. nostras ascripsit: *qui sit adulterium*. At noverat Poëta et in præcedd. explicnerat, quomodo res absurda se haberet. Neque adeo interrogatione opus fuit, quasi de *ἀδύτης*. Id necesse fuit, et sensus postulabat, ut doceret, qua in re ænigma illud consisteret, quod præced. versu memoraverat.

## NOTE

9 *Dignum, &c.*] Ænigma dignum Vel, ænigma, cui solvendo opus est Thebano monstro, id est Sphinge. Edipo Thebano.

## XCII.

## AD LÆLIUM.

CUM tua non edas, carpis mea carmina, Læli.  
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

O Læli, cum non *publices tuos versus*, reprehendis meos: noli reprehendere *meos*, vel *publica tuos*.

Ad Lælium obtrectatorem lemma est in quibusdam codd. Cetera nil variant exemplaria.

## NOTE

2 *Vel ede tua*] Quæ vicissim carpere possim.

## XCIII.

## AD MAMURIANUM.

SÆPE mihi queritur non siccis Cestus ocellis,  
Tangi se digito, Mamuriane, tuo.  
Non opus est digito: totum tibi Ceston habeto,  
Si deest nil aliud, Mamuriane, tibi.

1 *Cestus* in Junt. et Colin.—7 Codex Bodl. exhibet *stricta lacerna*; unde

## NOTE

1 *Cestus ocellis*] Acerbe invehitur in Mamurianum pauperem, qui puerum Cestum de stupro appellabat subinde.

*Cestus*] Puer Poëtæ.

2 *Digito tuo*] Digito obsceno per

obscæna ipsum ad stuprum pelliciente, et se paratum pædiconem ostentante.

3 *Totum Ceston*] Id est, non solum concedo, quod digito sollicitas; sed totum et integrum puerum.

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati, 5  
 Nec curtus Chiones, Antiopesve calix :  
 Cerea si pendet lumbis, et trita lacerna,  
 Dimidiasque nates Gallica palla tegit ;  
 Pasceris et nigræ solo nidore culinæ,  
 Et bibis immundam cum cane pronus aquam : 10  
 Non culum (neque enim est culus, qui non cacat olim)  
 Sed fodiam digito, qui superest, oculum.  
 Nec me zelotypum, nec dixeris esse malignum.  
 Denique pædica, Mamuriane, satur.

~~~~~  
 forsân Gruterus snum eruit *scripta lacerna*, literæ enim *t* et *e* pæne similes sunt in codd. *scruta lacerna* Janus Rutgersius.—11, 12 *Non culum digito ; neque enim est, qui non cacat olim, Culus ; sed fodiam, &c.* Pulmannus, Junius, Langius, Delph. alii. Nostram lectionem testantur cod. Bodl. cum edd. Ald. Junt. Collin: Scriv. &c.

NOTÆ

5 *Sed si nec focus est*] Est parasceve ad epiphonema contentum ultimo versu Epigrammatis, et describit summam Mamuriani egestatem. Tum *focus* signum erat locupletis domus, ut lib. x. Epig. 47. inter beatæ vitæ adjuncta focum perennem enumerat.

6 *Nec curtus, &c.*] Si nec ad bibendum tibi sit ruptus calix, vel quali utuntur Chione, Antiope, ceteræque meretrices etiam ad obscenas lotiones, lib. ii. Epig. 50.

7 *Cerea, &c.*] Decolor, non candida, a tritura flavescens : vel, sebo et sudore quasi incerata. *Trita lacerna*] Gruter. *scripta lacerna*. J. Rutgers. *scruta lacerna*. Propius Ms. Bodleian. *stricta lacerna*. Sed retineamus quæ

edita est, probam et Nostro familiarum.

8 *Dimidiasque, &c.*] Οἱ γὰρ ἑλάται ἀπὲρ χιτῶνων σχιστοῦς χειρῶν τοῦ φέροντος μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. Strabo.

11 *Neque, &c.*] Supra vers. 2. Huic lectioni consentiunt Ms. Bodleianus, et P. Scriverii editio.

12 *Sed, &c.*] Consuetæ res olim, in ira, in rixa, digito oculum ernere. *Qui superest, &c.*] *Lascum* innuit Mamurianum : *παρονομήει*. Vide lib. iii. Epig. 92. quæ minandi formula, 'Oculos tibi effodiam,' Plauto solennis.

14 *Denique, &c.*] Non ægre ferrem. 'Atqui si id faceres satur tantum,' Catull. Carm. xxi. unde desumptum videtur hoc Epigramma.

XCIV.

DE AQUINO.

FABRICIO junctus fido requiescit Aquinus,
 Qui prior Elysias gaudet adisse domos.

Aquinus fideli Fabricio conjunctus requiescit, qui latatur primus petitis ardes

~~~~~  
 2 *Qui prior Elysias gaudet abisse* edd. antiquiss. cum Ald. Junt. et Collin.

**Ara duplex primi testatur munera pili :**

**Plus tamen est, titulo quod brevior legi.**

**FUNCTUS** uterque sacro laudatæ fœdere vitæ,

5

**Famaque** quod raro novit, amicus erat.

*Elysias. Duo altaria testificantur officia primipili: nihilominus amplius est, quod evolvis inscriptione brevior. Uterque adimplevit sacrum fœdus vitæ commendatæ, et benevolus erat, quam rem raro cognovit fama.*

quam lectionem servat etiam Scriverius.—4 In quibusdam codd. *Inscriptum est titulo, quod brevior leges.* Bodl. habet: *Inscriptum titulo quod brevior legi.* Ramiresius vult verba, *brevior legi*, ultima esse Epigrammatis.—5 Sunt qui legant *Uctus*. Cod. Arondell. exhibet: *laudatæ pendere vitæ.*—6 In eodem cod. *raros*; unde Gronov. *Famaque qua raros novit, &c.* quem vide inter Var. Notas. Hoc ultimum distichon alio caractere legitur in omnibus fere libris. Vide ad vs. 4.

#### NOTÆ

2 *Qui prior*] Vide Epig. 87. supra :  
'Quod pro fratre mori vellet uterque prior.'

inter æmulos concordia.

3 *Ara duplex*] Cui inscriptum erat utrumque primipilum, hoc est, centurionem primæ cohortis fuisse.

5 *Functus*] Supple est. Ultimum hoc distichon inscriptum erat tumule. Videntur enim, qui sic vivunt, cum virtute fœdus pepigisse. *Ramiresius.*

4 *Plus tamen est*] Rara quippe est

6 *Amicus erat*] Id est, amore mutuo se complectebantur.

### XCV.

AD ÆGLEN FELLATRICEM.

**CANTASTI** male, dum fututa es, Ægle. ✓

**Jam** cantas bene; basianda non es.

In hujus Epigrammatis lectione nulla varietas est in codicibus et libris impressis.

#### NOTÆ

1 *Cantasti male*] Quæ olim male cantasti, dum, &c. jam diceris bene cantare ab iis qui te sub vocis specie

ad fellandum vocant. Quia impuri oris *μύσους*.

### XCVI.

AD HELIUM.

**QUOD** clamas semper, quod agentibus obstrepis, Heli,

**Non** facis hoc gratis: accipis, ut taceas.

O Heli, quod perpetuo vociferaris, quod obtundis agentes, hoc non agis gratis: recipis ut silcas.

Ad Helium inscriptio est in codice Thuaneo.—1 In eodem codice: *obstre-*

pis *Æli*. Cetera nihil variant libri aut calamo exarati aut typis impressi.

## NOTE

1 *Quod agentibus*] Qui nempe rusticis *Helii* clamoribus obtus, pecunia data, ejus silentium emebant.

## XCVII.

AD SCAZONTEM, DE FELLATORE.

SI non molestum est, teque non piget, Scazon,

Nostro, rogamus, pauca verba Materno

Dicas in aurem, sic, ut audiat solus.

Amator ille tristium lacernarum,

Et Bæticatus, atque leucophæatus,

Qui coccinatos non putat viros esse,

Amethystinasque mulierum vocat vestes,

Nativa laudat; habeat et licet semper

Fuscos colores, Galbanos habet mores;

Rogabit, unde suspicer virum mollem.

5

10

*O Scazon, si non grave est, nec te tædet, oramus ut facias Materno nostro sermones paucos in aurem, ita, ut solus auascillet. Ille qui amat lacernas mæstas, et Bæticatus atque leucophæatus est, qui non credit coccinatos esse viros, et amethystinas appellat vestes faminarum, commendat nativæ, quamvis perpetuo habeat colores subnigros, habet mores Galbanos; quæret unde reputem hominem effæmi-*

*Ad Scazontem de fellatore quodam in Ald. Junt. Colin. et aliis vett.—8 Lipsius Elector. lib. i. cap. 13. legit laudet, quod placet Ramiresio.—9 Alii malint Galbines.—10 In quibusdam Rogabis.—12 Janus Guilielm. Verisimil.*

## NOTE

1 *Scazon*] Versus Iambo similis, excepto ultimo pede, in quo est spondæus, unde claudicare dicitur a verbo *ὀλίσσω*: idcirco Poëta dicit, *Si non molestum est*. De Materno dicemus lib. x. Epig. 37. Alloquitur versum suum.

4 *Amator ille*] Nempe cui placent vestes pullæ.

5 *Et Bæticatus*] Bætis fluvius est Hispaniæ, hodie *Guadalquivir*, ad quem sunt oves quarum lana subrutili est coloris nativi: hoc est, qui habet vestes non tinctas. Vide lib. xiv. Epig. 123.

*Leucophæatus*] Nomen compositum a verbo Græco *λευκός*, ex albo et fusco mixtus.

6 *Coccinatos*] Id est, existimat eos

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

esse effæminatos, qui vestibus utuntur tinctis cocco.

7 *Amethystinas*] Vestes amethystini coloris a lapide amethysto, cujus color purpureus est.

8 *Nativa*] Quæ non sunt artificio tinctæ; quales sunt vestes Bætiæ, de quibus lib. xiv. Epig. 123. 'Non est lana mihi mendax, nec mutor æno: Sic placeant Tyriæ: me mea tinxit ovis.'

9 *Galbanos*] Alii *Galbines*: Galbanus vero color pallidus, flavus dicitur, secundum quoddam cæruleus, et viros dedecet, ut mollior et effæminator: hoc est, mores effæminatos. Juven. Sat. ii. 'Cærulea indutus scutulata, aut Galbana rasa.'

Una lavamur: aspicit nihil sursum;  
 Sed spectat oculis devorantibus draucos:  
 Nec otiosis mentulas videt labris.  
 Quæris, quis hic sit? excidit mihi nomen.

*natum. Balneum nobis idem est: nihil aspectat desuper: . . . rogas quis hic sit? oblitus sum nominis.*

lib. III. cap. 19. emendat: *Despectat oculis, &c.* Eadem medicina forte facienda Epig. 64. libri XI. 'Spectas nos, Philomuse, cum lavamur:' et legendum 'Despectas,' cum idem sit argumentum utriusque Epigrammatis.

### XCVIII.

#### AD NÆVOLUM CAUSIDICUM.

Cum clamant omnes, loqueris tu, Nævole, tantum,  
 Et te patronum causidicumque putas.  
 Hac ratione potest nemo non esse disertus.  
 Ecce, tacent omnes: Nævole, dic aliquid.

*Cum cuncti vociferantur, tu, Nævole, semper facis verba, et te existimas patronum et Causidicum. Hoc modo quilibet potest videri facundus. Ecce cuncti silent: Nævole, profer aliquid.*

1 In Ald. Junt. et Collin. Cum clamant omnes, loqueris tu, Nævole, semper. In marg. Plant. sic emendatur: *Dum clamant omnes, loqueris hinc Nævole tantum.* Thuan. habet: *tunc, Nævole, tantum.*

#### NOTÆ

1 Cum clamant] Aliis strepitibus ipse propter imperitiam tacebat. et clamantibus ignarus hic rabula Alii, *Dum clamant omnes, loqueris tunc,* verba faciebat; tacentibus vero, et *Nævole, tantum.*

### XCIX.

#### AD FLACCUM.

Litigat, et podagra Diodorus, Flacce, laborat.  
 Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est.

*O Flacce, 'Diodorus litigat, et vexatur podagra: at nihil offert Causidico; chiragra est.*

2 Alii legunt, *chiragra*, ut constet versus, quod et fieri potest extrita alterutra diphthongi vocali.

#### NOTÆ

2 *Chiragra est*] Podagra morbus non podagra illum, sed chiragra laborat pedum, chiragra vero manuum: rare facete dicit Poëta. cum patrono nihil daret Diodorus,

## C.

## AD CALENUM AVARUM.

NON plenum modo vicies habebas ;  
Sed tam prodigus, atque liberalis,  
Et tam lautus eras, Calene, ut omnes  
Optarent tibi centies amici.

Audit vota Deus, precesque nostras ;  
Atque intra, puto, septimas Kalendas  
Mortes hoc tibi quatuor dederunt.

At tu sic, quasi non foret relictum,  
Sed raptum tibi centies, abisti

In tantam miser esuritionem,

Ut convivia sumtuosiora,

Toto quæ semel apparas in anno,

Nigræ sordibus explices monetæ ;

Et septem veteres tui sodales

Constemus tibi plumbea selibra.

Quid dignum meritis precemur istis ?

5

10

15

*Paulo ante non possidebas completum vicies ; sed, o Calene, eras adeo profusus et beneficus, atque adeo splendidus, ut cuncti amici tibi precarentur centies. Deus excepit vota et oblationes nostras ; et quatuor funera donarunt hoc tibi, opinor, intra septem menses. Sed tu, infelix, tanquam non foret tibi relictum centies, sed ablatum, lapsus es in tantam famem, ut sordibus monetæ nigræ instruas epulas lautiores, quæ semel celebras toto in anno ; et impendas selibræ plumbeæ pro*

9 Ramiresius de Prado legi iussit : *Sed partum tibi centies*, ut lib. x. Epig. 47. ' non parva labore, sed relicta.' Hanc emendationem improbant Mu-

## NOTE

1 *Plenum vicies*] Id est, non omnino vicies centena millia sestertium : post adverbium decies, vicies, et cetera ejusmodi, subintellige centena millia.

6 *Intra septimas*] Septem menses : Kalendæ enim significant primum mensis diem.

7 *Mortes*] Mortuorum hæreditates.

10 *Tantum*] Tam avarus, tam sordidus et famelicus esse cœpisti.

13 *Nigræ monetæ*] Æræ nempe, quod Calenus iste aurum aut argen-

tum in conviviis impendere nollet : porro ærea moneta videtur pretium vilissimorum ciborum, quos apponeret suis amicis.

15 *Plumbea selibra*] Monetam plumbeam in usu fuisse apud Romanos negant Interpretes ; sed hanc pro vilissima usurpat Poëta lib. x. Epig. 74. Quoties plumbeam monetam vocat Martialis, vilis, instar plumbi, ærea numismata intelligit. Gron.

Optamus tibi millies, Calene.  
Hoc si contigerit, fame peribis.

*septem veteribus tuis amicis. Quid optemus dignum meritis istis? O Calene, precamur tibi millies: si advenit hoc, morieris fame.*

sambert. et Farnabius.—17 *Optemus* in Junt. an. 1519. et Colin. an. 1528.

#### NOTE

18 *Hoc si contigerit*] Ex eo quod consequatur. Sic acute Ovidius: Calenus centies adeptus, in summam esuritionem abierit, lepide collegit aquæ.  
Poëta fame illum periturnum si millies

### CI.

#### DE AFRA VETULA.

MAMMAS atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum  
Dici et mammarum maxima mamma potest.

*Afra habet mammas atque tatas: sed ipsa potest dici mamma vetustissima tatarum et mammarum.*

Hic nulla lectionis varietas est in libris scriptis aut impressis.

#### NOTE

1 *Afra*] Ut puella videretur, more pillas grandiores habebat, quæ et infantium patrem tatam appellabat, mamma dicuntur. Vide lib. XIV. matrem vero mammas: forte et pa- Epig. 66.

### CII.

#### DE DEMETRIO.

ILLA manus quondam studiorum fida meorum,  
Et felix domino, notaque Cæsaribus,  
Destituit primos virides Demetrius annos:  
Quarta tribus lustris addita messis erat.

*Olim fidelis illa manus meorum studiorum, et utilis hero, et cognita Cæsaribus, Demetrius deseruit primos annos florentes; quatuor anni adjuncti erant tribus*

*De Afro Demetrio* inacribitur in edd. vett. Forte ex Epigraphe superioris Epigrammatis irrepsit illud, *Afro*.—3 Cagnerius legendum censet *viridis*: hoc est, adhuc virens, ut Proserpina puella apud Claudianum. Ausonius:

#### NOTE

1 *Ille manus*] Per Metonymiam mittenda Tito et Domitiano Cæsari-  
mannum sumit pro servo amamensi, bus.  
qui Poëtæ Epigrammata scribebat

Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras, 5  
 Ureret implicitum cum scelerata lues,  
 Cavimus; et domini jus omne remisimus ægro:  
 Munere dignus erat convaluisse meo.  
 Sensit deficiens sua præmia, meque patronum  
 Dixit, ad infernas liber iturus aquas. 10

*lustris. Attamen providimus ne servus delaberetur ad umbras Stygias, cum pestis improba combureret irretitum; atque ægroto condonavimus omne jus heri: merebatur sanari meo dono. Moriens agnovit suam mercedem, et liber profecturus ad undas infernas me appellavit patronum.*

‘viridi Trajanus in ævo.’ Idem sentit Gruterus; dicit enim, si *virides* retinuerimus, concurrent duo epitheta.—8 *Munere debuerat* tentabat Ant. de Rooy; quod verbum et intruderet Ovid. Trist. iv. 8. 14. ‘Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas: Hos ego sic annos ponere debueram,’ pro ‘dignus eram.’

NOTE

4 *Quarta messis*] Annus quartus additus tribus lustris, id est, quindecim annis: sic novemdecim annos natus erat Demetrius.

6 *Scelerata lues*] Pestem interpre-

tor: alii vero febrem. Vide Epig. 79. supra.

7 *Domini jus*] Id est, illum manumissimus.

9 *Sua præmia*] Libertatem nempe.

CHII.

AD LYCORIM.

QUI pinxit Venerem tuam, Lycori,  
 Blanditus, puto, pictor est Minervæ.

O *Lycori, pictor qui expressit tuam Venerem, meo quidem iudicio adulatus est Minervæ.*

In hoc Epigrammate nihil variant exemplaria manu exarata aut typis excusa.

NOTE

2 *Blanditus est Minervæ*] Venere scilicet deformiter picta, cum qua olim de forma contendit Minerva. Vide lib. v. Epig. 41. Lycorim sane

deformem carpit Poëta, quam male picta Venus ejus jussu Veneribus suis non ornat.

## CIV.

## AD SCÆVOLAM.

SI dederint Superi decies mihi millia centum,  
 Dicebas nondum, Scævola, justus eques;  
 Qualiter o vivam, quam large, quamque beate!  
 Riserunt faciles, et tribuere Dei.  
 Sordidior multo post hoc toga, pænula pejor.  
 Calceus est saxta terque quaterque cuto;  
 Deque decem plures semper servantur olivæ;  
 Explicat et cœnas unica mensa duas;  
 Et Veientani bibitur fœx crassa rubelli;  
 Asse cicer tepidum constat, et asse Venus.  
 In jus, o fallax atque inficiator, eamus:  
 Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis.

5

10

*Si Dii mihi concesserint decies centena millia, aiebat Scævola, nondum eques factus; qualem ducam vitam, quam profusam, et quam scilicet! Superi faciles riserunt, et concesserunt. Postea toga multo turpior, pænula deterior est: habet calceum ex pelle saxta ter et quater. Ex decem olivis semper plures reservantur, atque unum ferculum instruit duas cœnas, et fœx densa Veientani rubelli potatur; cicer tepens, et Venus emittitur asse. O fraudulente et inficiator, eamus in jus: aut vive genialiter, o Scævola, aut Superis restitue decies.*

2 Edd. antiq. cum Ald. Junt. Colin. Gryph. Palm. Jun. Lang. Farnab. Delph. &c. habent *factus eques*. Nostram lectionem testantur antiqui codd. Francisci Modii, et servant Gruter. Scriv. Schrevel. et Barbon Par. 1754. Cf. lib. iv. Epig. 67.—8 Ant. de Rooy conj. *Explicat et mensas unica mensa duas*, non insuavi ejusdem vocis repetitione. Sæpius ‘mensa’ et ‘cœna’ fuere permutata. Vide Grut. ad lib. v. Epig. 45. et Heins. et Burm. ad Ovid. Met. i. 165. Post hoc Epigramma in Junt. et Colin. sequuntur Epigg. tria et triginta hujus libri scil. 16—48. deinde quadraginta quatuor alla ex libro quarto, scil. 25—68.

## NOTÆ

2 *Nondum factus eques*] Cum nondum legitimum censum equestrem habuit, id est, quadringenta sestertia. Alii legunt *justus eques*: illud enim *justus* dicitur proprie de equite qui justam habet quadringentorum sestertiorum summam ad censum equestrem. Lib. iv. Epig. 67. ‘Ut posset domino plaudere justus eques.’ Videat lector. Ejusdem argumenti est hoc Epigramma cum centesimo supra.

4 *Riserunt*] Dii vota Scævola irriserunt, sed exceperunt.

7 *Deque decem*] Id est, major pars

ex decem reservatur in proximam cœnam. Lib. x. Epig. 48. ‘cœnisque tribus jam perna superstes.’

8 *Unica mensa*] Est unicum ferculum; nam epulæ ipsæ appellantur mensæ. Ovidius de Nuce: ‘Poma cadunt mensis non interdicta secundis.’

9 *Et Veientani*] Vinum Veientanum pessimum erat: rubellum dicitur ab uvis rubentibus. Veli urbs est, Veientes gens, hodie *Marthoniensis*: est aliis, *Civitas Castellana*.

10 *Asse Venus*] Lib. ii. Epig. 53.

## NOTÆ

'Si plebeia Venus gemino tibi vinctur asse.'

ducens a Diis decies se accepisse inficiabatur.

11 *Inficiator*] Sordidam enim vitam

## CV.

## DE SPECTACULO.

PICTO quod juga delicata collo  
 Pardus sustinet, improbæque tigres  
 Indulgent patientiam flagello:  
 Mordent aurea quod lupata cervi,  
 Quod frænis Libyci domantur ursi,  
 Et quantum Calydon tulisse fertur,  
 Paret purpureis aper capistris:  
 Turpes esseda quod trahunt bisontes,  
 Et molles dare jussa quod choreas  
 Nigro bellua nil negat magistro:  
 Quis spectacula non putet Deorum?  
 Hæc transit tamen, ut minora, quisquis

5

10

*Quod pardus vario collo subit juga mollia, et tigres feroces ferunt patienter virgas: quod cervi mordent aurea fræna, quod ursi Libyci subiguntur lupatis, et tantus aper, quantus fuisse Calydonius dicitur, obtemperat purpureis cupistris: quod bisontes deformes ducunt currus, et quod bellua imperata agere saltationes molles nihil recusat nigro rectori: quis non credat spectacula numinum? Attamen hæc præterit ut inferiora, quisquis aspicit humiles venationes leonum, qui defatigan-*

1 Helms. ad Claud. xvii. 326. emendat, *juga deligata collo*. Literæ c et g sæpiissime permutantur in antiquis codicibus. Vide Interpp. ad Virg. *Æn.* iii. 274. viii. 675. Propert. iv. 10. 43. et Scal. ad Propert. p. 190. Sic mutantur 'conjugia' et 'convicia,' 'inter' et 'inger,' &c. —5 *Quod freno* Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—10 *Nigro bellua non*

## NOTÆ

1 *Picto collo*] Variis enim maculis distincti sunt pardi.

2 *Improbæ tigres*] Quod ferocissimum sit illud animal, difficillimeque mansuefiat.

3 *Indulgent patientiam*] Hoc est, Inbenter patiuntur flagellum, nec resistunt, licet possint.

6 *Calydon*] Oppidum Ætolie, hodie Aytou, ubi Meleager interemit aprum ingentis magnitudinis. Lib. Spect.

Epig. 15. De bisontibus dictum lib. Spect. Epig. 23.

10 *Nigro bellua*] Elephantum intellige, quem nigri Æthiopes regunt; de ejus autem ingenio mira referuntur. Vide *Ælianum de Nat. Anim.* lib. ix. cap. 11. et *Plinium lib. viii. cap. 2.* 'Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidit saltantium modo.' Elephantas intellige.

Venatus humiles videt leonum,  
 Quos velox leporum timor fatigat.  
 Dimittunt, repetunt, amantque captos, 15  
 Et securior est in ore præda;  
 Laxos cui dare perviosque rictus  
 Gaudent, et timidos tenere dentes;  
 Mollem frangere dum pudet rapinam;  
 Stratis cum modo venerint juvençis. 20  
 Hæc clementia non paratur arte,  
 Sed norunt cui serviant leones.

*tur celeri metu leporum. Dimittunt, repetunt, et diligunt captos, atque in ore tutior est præda, cui latantur præbere ora aperta et pervia, et exhibere dentes timidos: dum pudet comminere prædam delicatam, cum paulo ante tauris interfectis accedant. Hæc clementia non comparatur artificio, sed leones sciunt cujus servitutem patiantur.*

*negat in cod. Arondell. Vide Gronovium in Var. Notis.—22 In hoc versu verbum cui διουλλαβῆς legendum. At in Juntina nostra margini ascriptum est: 'dñi indolem leones, codex meus: l. e. Sed norunt domini indolem leones. Verba dñi et cui pene similia sunt in antiquis membranis.*

## NOTE

13 *Venatus humiles*] De leonum et leporum spectaculo egimus supra Epig. 7. 15. 23.

20 *Stratis cum*] Hoc est, cum hos ludos edant, et tam benigne lepores tractent, occisis tamen paulo ante

tauris.

22 *Cui serviant*] Cæsari scil. Domitiano, cujus clementiam nomine ejus afflati referunt: lib. Spect. Epig. 17. 'Crede mihi, numen sentit et ille tuum.'

## CVI.

AD OVIDIUM.

IN Nomentanis, Ovidi, quod nascitur agris,  
 Accepit quoties tempora longa merum,  
 Exiit annosa mores nomenque senecta;  
 Et, quicquid voluit, testa vocatur anus.

*Ovidi, vinum quod gignitur in Nomentanis agris, quoties vetustum factum est, amittit naturam et nomen senectute longæva; atque amphora vetus potest appellari quovis nomine.*

1 *Quendam exemplaria habent arvis.*—3 *Exiit* in Junt. an. 1512. et Colin. 1526.

## NOTÆ

1 *In Nomentanis*] In Nomentano agro non procul ab urbe vineam habebat Poëta, cujus vinum recens quidem insuave, at vetus contende-

cum vino generosissimo. Vide lib. XIII. Epig. 119. De Ovidio lib. VII. Epig. 43. et 44. et alibi. *Agris*] Alii *arvis*.

NOTÆ

3 *Exiit mores*] Asperitatem inter- lernum, vel aliud præstantissimum  
pretare et ingratum saporem : at ve- vinum.  
ro vetus factum dici poterat vel Fa-

CVII.

AD RUFUM.

INTERPONIS aquam subinde, Rufe,  
Et si cogeris a sodale, raram  
Diluti bibis unciam Falerni.  
Numquid pollicita est tibi beatam  
Noctem Nævia, sobriasque mavis 5  
Certæ nequitiæ fututionis?  
Suspiras, retices, gemis : negavit.  
Crebro ergo bibas licet trientes,  
Et durum jugules mero pudorem.  
Quid parcis tibi, Rufe? dormiendum est. 10

O *Rufe*, frequenter infundis aquam, et si impelleris a socio, potas raram unciam mixti Falerni. An Nævia tibi promisit noctem felicem, et jucundiores tibi sunt læcivæ siccæ ....? Suspiras, taces, gemitus facis: recusat. Igitur fas est ut haurias trientes frequentes, et vino neces asperum pudorem. O *Rufe*, cur non indulges genio? Dormiendum est.

*Ad Rufum* est lemma in edd. vett. et in Epigrammate *Ruffe*.—7 Alii legunt, *negabit*, improbante Farnabio. Recte Franc. Modius conj. *negavit*, et corruptum esse locum, propter affinitatem literarum *b* et *v*. Est enim hic Poëtæ conjectura, qua divinat repulsam Rufi ex suspiriis, reticentia, et gemitu.—8 *Crebro* in Ald. Junt. Colln. Gryph. Junian. Lang. Pulm. Delph. Par. 1754. aliis.—9 In quibusdā *dolorem*; et sic legendum putat Ramires de Prado. Vincas scilicet desiderium, molestiam, et tristitiam contractam ex repulsa, vino.

NOTÆ

1 *Interponis aquam*] Vinum enim purum vires Veneris enervare, dilutum vero accendere dicitur.

7 *Negavit* [*Negabit*] Quod auguratur Poëta ex Rufi suspiriis: hoc est, non stabit promissa, licet pollicita sit: quam lectionem antiquam retineo. Enimvero si negavisset, ut legunt alii *negavit*, ab initio cœnæ non subinde aquam interposuisset Rufus, cum nihil spei ipsi superfuisset. Ergo bene *negabit*, id est, non dabit.

8 *Trientes*] Triens est tertia pars

assis, et mensuræ genus quatuor cyathos continens.

9 *Et jugules*] Scyphi quippe nati sunt in usum lætitiæ.

*Pudorem*] Quæ lectio est in antiquis codicibus: pudor enim dicitur ob aliquam rem sordidam timor, ut ait Sipontinus apud Robertum Stephanum in Thesaurο Linguae Latinae, ubi adducuntur exempla ex Cicerone. Hoc sensu patet sententia hujus versus; quippe Rufus timebat, ne puella Nævia esset cariturus. Alii *dolorem*.

## CVIII.

AD LUCIUM JULIUM.

SÆPE mihi dicis, Luci clarissime Juli,  
 Scribe aliquid magnum: desidiosus homo es.  
 Otia da nobis; sed qualia fecerat olim  
 Mæcenas Flacco, Virgilioque suo:  
 Condere victuras tentem per sæcula curas, 5  
 Et nomen flammis eripuisse meum.  
 In steriles campos nolunt juga ferre juvenci:  
 Pingue solum lassat, sed juvat ipso labor.

*O clarissime Luci Juli, frequenter mihi dicis, Compose aliquid magnum, homo es iners. Nobis fac tranquillitatem vitæ; sed qualem Mæcenas dederat olim Horatio et suo Virgilio. Coner componere versus victuros per sæcula, et vindicare nomen meum ab igne. Tauri nolunt ferre juga in agros infecundos: ager optimus defatigat quidem, sed labor ipse placet.*

1 *Luci carissime Tuli Junct. an. 1512. Luci carissime Juli in Ald. Colin. Gryph. et aliis edd. vett. quæ est lectio omnium codd.—5 Alii legunt chartas. 'Sic lego, non curas. Raro adeo vera et intaminata Martialis vocabula in ipso contextu invenias.' Colerus.*

## NOTÆ

3 *Qualia fecerat*] Mæcenas locupletavit Horatium et Virgilium. Vide lib. viii. Epig. 56. 'Sint Mæcenas, non deerunt, Flacce, Marones.'

5 *Curas*] Sic lib. iiii. Epig. 20. 'Utrumne chartis tradit ille victuris Legenda temporum acta Claudiano-rum?' unde legunt alii *chartas*.

6 *Et nomen flammis*] Rogi sc. et

funeris, id est, superstes ero mem mortui, seu, versus mei non peribunt.

8 *Pingue solum*] Operosum sane est arare, maxime vero solum pingue; at fructuosus ille labor placet agricolæ: ita difficile quidem est versus non perituros scribere; sed si merces inde speraretur, arduus ille labor Poëtæ esset gratissimus.

## CIX.

AD GALLUM.

EST tibi, sitque precor, multos crescatque per annos,  
 Pulchra quidem, verum Transtiberina domus.

*Habes, et habeas, cupio, ædes exornatas, sed trans Tiberim, atque augeantur per*

At mea Vipsanas spectant cœnacula laurus:

Factus in hac ego sum jam regione senex.

Migrandum est, ut mane domi te, Galle, salutem: 5

Es tanti, vel si longius illa foret.

Sed tibi non multum est, unum si præsto togatum:

Multum est, hunc unum si mihi, Galle, nego.

Ipse salutabo decima vel serius hora:

Mane tibi pro me dicat AVERE liber. 10

*multos annos. Sed mea cœnacula respiciunt Vipsanas lauros: ego senex in hac regione: procul eundem est, o Galle, ut mane dicam tibi salutem domi: tam curus es, vel si illa distaret longius. At tibi non est magni momenti, si exhibeo tibi unum togatum; mihi vero magni est, o Galle, si non exhibeo hunc unum. Ipse salutabo hora decima vel tardius: mane autem libellus dicat tibi salutem pro me.*

3 At mea Vipsanas per *Ἰψίαν* legit Ant. de Rooy, et infra lib. iv. Epig. 18. *Vipsanii*. Siquidem M. Agrippa constanti lectione non 'Vipsanus,' sed 'Vipsanius' dicitur. Cf. Vetus Inscr. ap. Onophr. Region. U. R. pag. 94. Murator. p. viii. 1. et Tacit. Hist. i. 81.—6 Est tanti vel si longius aula foret citat Langius ex ed. Palmanni.—9 Legitur in veteri quodam codice apud Ramires de Prado: *decima te sapius hora*.—10 Pulmannus: *dicet aveto liber*.

#### NOTÆ

3 At mea] Laurus Vipsanas intel- lige ornatam lauris porticum Vipsanii Agrippæ, quem ad summos honores evexit Augustus. Laurus autem secundæ et quartæ declinationis est.

Cœnacula] Superiores sunt domus partes in quibus pauperes habitabant. Juvenalis Sat. x. 'rarus venit in cœnacula miles.' Infra Epig. 118. 'Et scalis habito tribus, sed altis.'

5 Migrandum est] Migrare proprie est alio ad habitandum ire, sed hic significat longe ire: cum addat

Poëta, *vel si longius illa foret*, tua domus nempe, attamen etiam lubens te adirem.

7 Si præsto togatum] Hoc est, clientem toga indutum. Sensus est: Parvi tibi est momenti ut te summo mane salutem, mea vero maxime interest ut domi maneam: 'Sic licet excuses: quia qualiacumque leguntur Ista, salutator scribere non potuit.' Epig. 71. supra.

9 Hora decima] Scilicet ab ortu solis. De horis dicemus lib. iv. Epig. 8.

#### CX.

##### DE CATELLA PUBLII.

ISSA est passere nequior Catulli.

Issa est purior osculo columbæ.

*Issa est lascivior passere Catulli. Issa est purior suavio columbæ. Issa est*

Lemma est in quibusdam: *De Catella Publii et Pictura ejusdem*.—8 Fran-

#### NOTÆ

1 Issa] Est nomen catellæ Publii.

Passere Catulli] Tacite præfert Martialis hoc Epigramma Poëmatico

Issa est blandior omnibus puellis.  
 Issa est carior Indicis lapillis.  
 Issa est deliciæ catella Publī. 5  
 Hanc tu, si queritur, loqui putabis.  
 Sentit tristitiamque gaudiumque.  
 Collo nixa cubat, capitque somnos,  
 Ut suspiria nulla sentiantur.  
 Et desiderio coacta ventris, 10  
 Gutta pallia non fefollit ulla :  
 Sed blando pede suscitāt, toroque  
 Deponi rogat, et monet levāri.  
 Castæ tantus inest pudor catellæ.  
 Ignorat Venerem : nec invenimus 15  
 Dignum tam tenera virum puella.  
 Hanc ne lux rapiat suprema totam,  
 Picta Publius exprimit tabella,  
 In qua tam similem videbis Issam,  
 Ut sit tam similis sibi nec ipsa. 20

*suavior omnibus puellis. Issa pretiosior est gemmis Indiæ. Catella Issa est voluptas Publii. Credes hanc loqui, si queritur : habet sensum doloris et tristitiæ. Collo domini ianua recumbit et dormit, sic, ut nulla suspiria audiantur. Et impulsa desiderio atvi, non sedavit pallia ulla gutta ; sed excitat dominum tenere pede, atque orat deponi e lecto, et monet exonerari. Pudica catella tantam habet verecundiam. Non novit Venerem, nec reperimus maritum dignum puella tam delicata. Ne supremus dies auferat totam, Publius hanc effingit picta tabella, in qua spectabis Issam tam similem ut nec ipsa melius exprimat se. Tandem confer*

*ciscus Modius lib. i. Epist. 33. legit ex veteri codice Weidneri : Collo nexa, &c. et sic est in Ald. Junt. Colin. aliis vett.—13 Deponi monet, et rogat lavari in illis edd. Deponi rogat et monet lavari Pulmannus, Langius, alii.—18 Pictam Publius, &c. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—20 F. Modius eodem loco*

#### NOTÆ

Catulli, de passere Lesbæ, et Pöematio Stellæ de columba amicæ ejus. Vide Epig. 8. supra.

7 *Sentit tristitiam*] Sentit tristitiam nempe et gaudium quibus afficitur Publius.

11 *Pallia*] Propria erant Græcorum, quibus etiam Romani uti sunt in cæna. Lib. xi. Epig. 24. 'Ad

cœnam venies : sed sic divisa recumbes, Ut non tangantur pallia nostra tuis.' Et in lecto etiam palliis utabantur. Ovid. Amor. Eleg. 2. 'Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur Strata? nec in lecto pallia nostra sedent?'

13 *Levari*] Onere scilicet ventris. Alii lavari.

Issam denique pone cum tabella:  
Aut utramque putabis esse veram,  
Aut utramque putabis esse pictam.

*Issam cum tabella, vel credes utramque esse veram, vel credes utramque esse effictam.*

ex vet. membran. Weidneri emendat hunc locum, cum reponat pro *ipaa*, *Issa*. Sic etiam Jann. Rutgersius Var. Lect. lib. vi. cap. 11. et Juntina nostra in margine. 'Dno posteriores versus ejusmodi sunt, ut ausim affirmare in simili argumento, nullos inveniri similes.' *Ramires*.

## CXI.

AD VELOCEM.

SCRIBERE me quereris, Velox, Epigrammata longa.  
Ipse nihil scribis: tu breviora facis.

*O Velox, expostulas a me componi Epigrammata longa. Ipse nihil componis: tu scribis magis concisa.*

2 Juntina nostra in margine exhibet: *Tuque nihil scribis: tum breviora facis.* Forte scripserat Martialis: *Tute nihil scribis: tum, &c. vel; Ipse nihil scribis: tum, &c.* Verba tu et tū, (sive tum,) saepe permutantur in vet. membran.

## NOTÆ

1 *Scribere me quereris*] Præcedenti tichum, quo irridet Velocem quem- elegantissimo Epigrammati, quod lon- dam qui nihil prorsus scriberet. Vide gius videbatur, recte subjicit hoc dis- Lib. II. Epig. 77.

## CXII.

AD REGULUM.

CUM tibi sit sophiæ par fama, et cura Deorum,  
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo;  
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,  
Et qui miratur, Regule, thura dari.

*Cum astimeris æque sapiens ac cultor Deorum, nec habes pietatem inferiorem tuo ingenio; qui miratur donari tibi librum et thura, nescit officere meritis donis.*

1 Seriverius legit: *par cura et fama laborum*, probante Gronovio; quem vide inter Var. Notas. *laborum* quoque Pulmannus.—2 Gruterus e duobus scriptis: *nec minor ipsa suo*, probante eodem Gronovio. Hæc lectio notatur etiam ex codicibus Palat. et Bodl. Sic quoque Pulmannus.

## NOTÆ

1 *Cum tibi sit*] Liber virum doctum, religiosum vero decet thus, quo Dii coluntur; unde stolidus erat qui miraretur hujusmodi munera a Martiale mitti ad Regulum, doctum juxta ac pium.

## CXIII.

## IN PRISCUM.

CUM te non nossem, dominum regemque vocabam :  
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

*Cum te non haberem cognitum, appellabam herum et regem : cum bene te cognovi, jam appellabo te Priscum.*

~~~~~

1 *Dum te non noram* margo Junt. ap. Editorem, et recte forsân.

NOTÆ

2 *Jam mihi*] Cum noverim te hominem sordidum atque avarum, jam honoris causa non dominum et regem, sed proprio nomine Priscum appel-

labo. Lib. II. Epig. 68. 'Quod te nomine jam tuo saluto, Quem regem et dominum prius vocabam,' &c.

CXIV.

AD LECTOREM.

QUÆCUMQUE lusi juvenis et puer quondam,
Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi,
Male collocare si bonas voles horas,
Et invidetis otio tuo, lector,
A Valeriano Pollio petes Quinto,
Per quem perire non licet meis nugis.

5

Quæcumque olim puer et adolescens jocus sum, et apinas nostras, o lector, quas nec ipse jam notus habeo, posces a Quinto Pollio Valeriano, cujus opera meæ ineptiæ vindicantur ab interitu, si cupies male insumere bonas horas, et te capiet invidia otii tui.

~~~~~

Hic nulla lectionis varietas extat in libris manu scriptis et impressis.

## NOTÆ

2 *Apinas*] Id est, nugas meas. Plinius lib. III. cap. 11. 'Diomedes deleuit urbes duas, quæ in proverbii

ludicrum vertere, Apinam et Tricam.' Lib. XIV. Epig. 1. 'Sunt apinæ tricæque, et si quid villius istis.'

## CXV.

## AD FAUSTINUM.

Hos tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos

Fœnius, et breve rus, udaeque prata tenet.

Condidit hic natæ cineres, nomenque sacravit,

Quod legis, Antullæ, dignior ipse legi.

Et Stygias æquum fuerat patrem isse sub umbras : 5

Sed quia non licuit, vivit, ut ossa colat.

*O Faustine, Telesphorus Fœnius possidet hos hortos tibi propinquos, et villam exiguam et prata humida. Hic reposuit filia cineres, et, ipse dignior qui legeretur, consecravit nomen Antullæ quod legis. Par fuerat patrem petere umbras infernas : sed quoniam fas non fuit, vivit, ut veneretur ossa.*

3 In quibusdam esse tenent, inde conjicio, quod scribat Cagnerius : ' Legendum ex vet. cod. tenet.' Ald. Junt. Collin. aliæ tamen servant *tenet*.—4 Gronov. conj. *voverat ipse legi*. Vide Var. Notas.—5 In Anglicano esse testatur Junius : *pater iret ut umbras* : hinc Gruter. *iret ad umbras* : Janus Rutgersius : *Ad Stygias æquum fuerat pater isset ut umbras* : et sic erat in cod. Herald. P. Scriverius, Scaligerum secutus : *Et Stygias æquus fuerat pater ire sub umbras* ; ut ait Hellenismus, *πατήρ δίκαιος ἦν λίβας* : *pater isse sub umbras* in cod. Palat. hoc est, Ferens nomen patris filia adhuc superstitite. Heraldus conj. *æquus fuerat pater isse*, i. e. *ἄξιός τις ἀδού κατασφῆναι*, ut sit purus putus Hellenismus : vel, *Et Stygias æquum fuerat prior isset ad umbras*.—6 *Quod quia non licuit* Pulmannus. Pro *vivit* Palat. habet *vivat* ; imprecatur enim vitam longam, ut, agrum colens, subinde impingat in ossa filia.

## NOTE

3 *Nomenque sacravit*] Sepulchro nempe inscribebant D. M. S. i. e. Diis Manibus Sacrum, addito mortui nomine. Vide Epig. 89. supra.

4 *Dignior ipse legi*] Ante filios mori

debet pater, cujus nomen, non vere Antullæ filia, sepulchro fuerat inscribendum ; nempe non turbato ordine mortalitatis.

## CXVI.

## IN PROCILLUM.

QUÆDAM me cupit, invide Procille,

Toto candidior puella cycno,

*O Procille invide, me amat quædam puella candidior toto cycno, argente, nive,*

*In Procillum* inscribitur in cod. Thuan. et in Epig. vs. 1. *Procelle*.—2 *Ceto* in Thuan. *Roto* Junt. an. 1512. Musambertius qui conj. *Loto*, totum Epi-

Argento, nive, lilio, ligustro :  
 Jam suspendia sæva cogitabis :  
 Sed quandam volo nocte nigriorem,  
 Formica, pice, graculo, cicada :  
 Si novi bene te, Procille, vives.

5

*lilio, ligustro : sed quandam amo nigriorem nocte, formica, pice, graculo, cicada. Jam meditaberis suspendia fera : si intus te cognovi, o Procille, respice.*

~~~~~

gramma ordine quo nunc legitur disposuit. In edd. vett. ordinatur hoc modo :

*Quadam me cupit, invidie Procille,
 Toto candidior puella cycno,
 Argento, nive, lilio, ligustro.
 Sed quandam volo nocte nigriorem
 Formica, pice, graculo, cicada.
 Jam suspendia sæva cogitabas, &c.*

—4 Ald. Junt. Colin. Gryph. alim, exhibent *cogitabas* : et sic vet. cod. Cagnerii.—7 In nonnullis, *vivis* ; sed nostram lectionem servant codd. et edd. vett.

NOTÆ

3 *Ligustro*] Gallice *fleur de troëne*. Virgilius Ecl. II. ‘Alba ligustra cadunt.’

7 *Vives* [*Vivis*] Alii legunt *vives*, id est, non suspendes te, cum me nigrae puellæ amore perditum videas :

etenim præ invidia moriturus erat ille Procillus, si didicisset Martialem amari a formosissima puella quam vicissim redamasset : hæc quippe est natura invidorum ut alterius felicitatem doleant, malo autem lætentur.

CXVII.

DE ANTULLA.

Hoc nemus æterno cinerum sacravit honore
 Foenius, et culti jugera pauca soli.
 Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepulcro :
 Hoc erit Antullæ mixtus uterque parens.

Foenius perpetuo decore cinerum dedicavit hunc lucum, et pauca jugera agri ex-culti. Antulla suis velociter ablata conditur hoc tumulo, eodem uterque parens con-

~~~~~

Codex Bodleianus pro lemmate habet: *Epitaphium Antullæ*.—1 Codex Palatinus exhibet, *sacravit honori*.—2 Pulmannus, *jugera pulchra*, et sic codd.

## NOTÆ

1 *Æterno honore*] Quod sepulcra in æternum sacra essent.

4 *Hoc erit*] Pro more veterum qui

solebant eodem tumulo eos condere quos mutuus amor viventes conjunxisset. Vide lib. x. Epig. 71.

Si cupit hunc aliquis, moneo ne speret, agellum : 5  
Perpetuo dominis serviet iste suis.

*unctus erit Antulla. Si aliquis expetit hunc agellum, moneo ne speret illum ; iste serviet suis dominis æternum.*

Voss.—3 Junt. an. 1512. habet *mutus* pro *mixtus*.—6 Junt. Colin. aliæ quædam, *serviat*.

## NOTE

6 *Perpetuo dominis*] Ager enim sepulcrum commune sepulcrum, Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti : Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum hic dabit ; hæredes monumentum ne sequeretur.  
Horat. l. Sat. 8. 'Hoc miseræ plebi

## CXVIII.

## IN LUPERCUM.

OCCURRIS quoties, Luperce, nobis,  
Vis mittam puerum, subinde dicis,  
Cui tradas Epigrammaton libellum,  
Lectum quem tibi protinus remittam ?  
Non est, quod puerum, Luperce, vexes. 5  
Longum est, si velit ad Pyrum venire,  
Et scalis habito tribus, sed altis.  
Quod quæris, propius petas licebit :  
Argi nempe soles subire letum.  
Contra Cæsaris est forum taberna, 10

O *Luperce*, quoties nobis venis obviam, statim interpellas, *Placet mittam servum tibi, cui des librum Epigrammatum, quem cum legero statim remittam ? O Luperce, non est quod defatiges servum. Longinquum est, si cogitet venire ad Pyrum, et domicilium habeo tribus scalis, sed excelsis. Poteris pœcere propius quod rogas : nimirum consuevisi adire Argiletum. Est officina e regione fori Cæsaris,*

6 *Alli legunt ad pilam, ut lib. v. Epig. 23. Junt. an. 1512. et Colin. 1528.*

## NOTE

6 *Ad Pyrum*] Nomen regionis in supra.

qua habitabat Martialis ; alli insigne ædium putant : alli legunt *ad pilam*, ut lib. v. Epig. 23. 'Sed Tiberiæ sum proximus accola pilæ.'

7 *Et scalis habito*] Hoc est, in ædnaculo alto, de quo Epig. 19.

9 *Argi letum*] *Tmesis* est seu divisio : *Argiletum* est regio quædam urbis ubi habitabat bibliopola Atræctus. Epig. 4. supra : 'Argiletanæ mavis habitare tabernas.'

Scriptis postibus hinc et inde totis,  
 Omnes ut cito perlegas Poëtas.  
 Illinc me pete; ne roges Atrectum:  
 Hoc nomen dominus gerit tabernæ.  
 De primo dabit, alterove nido,  
 Rasum pumice, purpuraque cultum,  
 Denariis tibi quinque Martialem.  
 Tanti non es, ais? sapis, Luperce.

15

*hinc et inde januis totis inscriptis, ut celeriter perlegas omnes Poëtas. Illinc posce me, ne quæras Atrectum: sic vocatur dominus tabernæ: denariis quinque de primo aut secundo nido tradet tibi Martialem abrasum pumice, et purpura ornatum. Non tanti vales, inquis: O Luperce, sapiens es.*

habent ad pirum.—13 Lipsius et Ramires de Prado contendunt omnino esse legendum, *me roges Atrectum*. Gruteri codd. *nec roges*. Ant. de Rooy conj. *me rogas Atrectum*, intellecta conditionali *si*, ut infra lib. III. Epig. 4. 'Cur absim, quæret.' Vide Sanct. Minerv. IV. 7. et Broukh. ad Tibull. I. 7. 48. Vel: *me rogas Atrectum?* ut quasi jactabundus, et cum emphasi, alteram *me* efferat. *Illuc me pete, ne roges* in Junt. et Collin.

## NOTE

1 *Scriptis postibus*] In quibus nempe inscripta erant librorum venalium nomina, ut hodie apud nos.

13 *Ne roges Atrectum*] Ne sit opus rogare alios nomen bibliopolarum, Atrectus vocatur. Alii legunt *me roges Atrectum*; hoc est, me petas a biblio-

pola Atrecto. Alii, *nec roges Atrectum*.

15 *De primo dabit*] Hoc est, de primo vel secundo armario.

18 *Tanti non es*] Hoc est, tui libri non valent quinque denariis.

*Sapis*] Non tam laudat Luperceum, quam sordes ejus et avaritiam irridet.

## CXIX.

## AD CÆCILIANUM.

CUI legisse satius non est Epigrammata centum,  
 Nil illi satius est, Cæciliæ, mali.

*O Cæciliæ, cui non sufficit evoluisse centum Epigrammata, nullum illi malum sufficit.*

*Ad Seditianum* inscribitur in ed. Palmanni, et in Epig. vs. 2. *Seditianæ*. Cetera, nulla varietas est in exemplaribus.

## NOTE

1 *Cui legisse*] Longiorum hunc librum modeste excusant, et Cæciliæ potenti plura Epigrammata respondet

ex monte Callimachi apud Athenæum lib. III. cap. 1. 'Magnum librum magno malo parem esse.'

# M. VAL. MARTIALIS

## EPIGRAMMATUM

### LIBER II.

---

MARTIALIS DECIANO SUO S.<sup>1</sup>

**Q**UID nobis,<sup>a</sup> inquis, cum Epistola? parumne tibi præstamus, si legimus Epigrammata? quid hic porro dicturus<sup>2</sup> es, quod non possis versibus dicere? Video quare Tragœdi Epistolam accipiant, quibus pro se loqui<sup>b</sup> non licet. Epigrammata Curione non egent,<sup>c</sup> et contenta sunt sua, id est,

*Quid nobis rei est, ais, cum Epistola? an parum mereamur de te, si evolvimus Epigrammata? sed quid hic dicturus es, quod nequeas exponere carminibus? oïo cur Tragœdi utantur Epistola, quibus non est permittum capere suas cogitationes: Curione non est opus Epigrammatibus, et sufficit ipsis sua, hoc est, improba lingua.*

~~~~~

1 MARTIALIS DECIANO SUO S. deest in edd. vett. *Valerius Martialis Deciano suo salutem* in Ms. Beverlandi.—2 In cod. Palat. *daturus*.—3 Legitur

NOTE

^a *Quid nobis]* Flagit Poëta Decianum, de quo lib. I. Epig. 40. mirari, quod utatur Epistola in principio hujus libri, cum mentem suam versibus explicare possit.

^b *Quibus pro se loqui]* Ideo nempe Epistola utantur Tragœdi, ut aliqua de re auditores vel lectores moneant, quod in Tragœdia, præter argumentum fabulae, nihil ipsis proloqui liceat.

^c *Curione non egent]* Hoc est, præcone, qui palam legeret Epistolam, qua se vel populo vel principi commendarent Tragœdi. De Curione Plinius Secundus lib. IV. Ep. 7. 'Scripsit publice ut e Curionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis qui legeret eum populo:' librum intellige, quem scripserat Regulus de vita filii sui mortui.

mala lingua.^d In quacumque pagina visum est, Epistolam faciunt. Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, et in toga saltanti^e inducere personam.³ Denique videris, an te⁴ delectet contra retiarium ferula.⁵ Ego inter illos sedeo, qui protinus reclamant. Puto me hercule,⁶ Deciane, verum dicis. Quid, si scias, cum qua, et quam longa Epistola negotium fueras⁷ habiturus? Itaque, quod exis, fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quod ad primam paginam non lassī pervenient.

In quacumque pagina lubet, scribunt Epistolam. Ne igitur, si ita censes, facias rem absurdam, nec accommodes togam personam saltanti. Tandem animadvertas, an ferula tibi placeat contra retiarium. Ego sedeo inter illos, qui statim contradicunt. O Deciane, mehercule, opinor, loqueris verum: quid, si teneas, cum qua et quam longa Epistola ratio tibi intercessitura fuerit? Quamobrem fiat, quod postulas. Si qui incurrerint in hunc librum, de te promerebuntur, quod non defatigati accedent ad primam paginam.

et: in toga saltantem inducere personam: Ald. Junt. Colln. Gryph. Junian. Lang. Pulman. Delph. &c. habent, et togam saltanti inducere personam; et sic codd. Cagnerii: hoc quare Grutero displicuerit quærit Scriverius. Codd. Gruteri saltanti testantur: cod. Scriv. saltantem. Vide Gronovium in Var. Notis.—⁴ Denique videas, ante Junt. 1612. et Colln. 1628. Denique videas, an te Pulmann. Junian. Lang. Delph. Maittar. &c. Alii viderit. Vide Gronov. ad Senec. de Prov. cap. 1.—⁵ Ald. Junt. Colln. Pulm. Lang. Junian. Delph. Barbou Par. 1754. &c. fueris: Scriv. Farnab. et Schrevel. fueras.

NOTE

^d *Mala lingua*] Hoc est, mordaci et libera, quæ mentem suam ubique aperire potest Epigrammatum scriptor.

^e *Et in toga saltanti*] Gravitatis et dignitatis causa clives Romani utebantur toga, qua ridiculum pantomimum indui non convenisset. Idcirco Poëta lib. vi. Epig. 24. Irridet quendam Carisianum, qui Saturnalium tempore togatus ambula- bat, dum alii positis togis syntheses induerent. Sensus est, Noli versibus tuis orationem solutam accommodare, hoc enim indecorum videtur.

³ *Contra retiarium ferula*] Id est, inquit Lipsius Saturnalium Sermonum lib. i. cap. 15. 'rudis contra tridentem': rudis autem gladius erat e ligno; retiarins vero tridente ferreo ute-

batur. Juv. Sat. viii. 'Movet ecce tridentem.' Idem Lipsius Saturnalium Sermonum lib. ii. cap. 8. tridens enim sive fascina illi, pro gladio. Domitius existimat proverbium hoc dici in eos qui infirmo præsidio contra maxime instructum pugnant: sic contra obrectatores Epistola defendere se non debuit Martialis, sed Epigrammate, quo vehementior erat. Sensus est, inquit Raderus: Operam ludes, Poëta, si te Epistola contra Zollos defendes: ego primus reclamo et dissuadeo.

⁶ *Puto mehercule*] Deciano respondet Martialis, et assentitur; atque ita Epistolam, quam longam erat factururus, breviter concludit.

I.

AD LIBRUM SUUM.

TER centena quidem poterás Epigrammata ferre :

Sed quis te ferret, perlegeretque, liber ?

At nunc succincti quæ sint bona disce libelli.

Hoc primum est, brevior quod mihi charta perit.

Deinde, quod hæc una peragit librarius hora,

5

Nec tantum nugis serviet iste meis.

Tertia res hæc est, quod si cui forte legeris,

Sis licet usque malus, non odiosus eris.

Te conviva leget mixto quincunce : sed ante,

Incipiat positus quam tepuisse calix.

10

Esse tibi tanta cautus brevitate videris ?

Hei mihi, quam multis sic quoque longus eris !

O Libelle, valdeas quidem capere trecenta Epigrammata ; at quis te toleraret, et evolveret totum ? sed nunc accipe quæ sunt comoda brevis libri. Hæc primum est, quod minor est jactura mea charta ; præterea quod scriba transcribit hæc una hora, nec tamdiu iste occupabitur meo ineptis. Tertium commodum hoc est, quod si quis forsan te evolvat, quamvis semper sis futilis, non eris molestus. Conviva te evolvat mixto quincunce : sed priusquam tepescat positum poculum. Tanta brevitate existimas te tutum ? Aei mihi, hoc etiam modo quam multis videberis protinus !

~~~~~

2 In cod. Palat. *perlegeretque liber*.—3 Junt. an. 1512. et Colln. 1528. *quæ sunt bona disce*. Codex Bodleianus : *quæ sint bona nosce*.—5 Libri manu exarati ap. Musambert. habent, *peraget librarius* : sic enim et versus sequente est, *serviet*.—12 *Hei quam multis* in codice Palatino : unde Gruterus censet rescribendum : *Eheu quam multis*, &c.

## NOTÆ

1 *Ferre*] Priori versu continere, posteriore pati et tolerare significat.

7 *Si cui*] Si ab aliquo legeris.

9 *Mixto*] Etenim aqua calida vi-

nam diluebant antiqui. Quincunx autem quinque cyathos continet. Liber itaque mens legetur antequam vinum aqua calida fervens reducatur ad teporem.

## II.

## AD CÆSAREM DOMITIANUM.

CRETA dedit magnum, majus dedit Africa nomen,

Scipio quod victor, quodque Metellus habet ;

*Creta imposuit magnum nomen, Africa majus, quo appellatus est Metellus, et quo*

Nobilius domito tribuit Germania Rheno,  
 Et puer hoc dignus nomine, Cæsar, eras.  
 Frater Idumæos meruit cum patre triumphos: 5  
 Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

appellatus est victor Scipio. Devicto Rheno Germania dedit clarius nomen, et hoc merebatur puer, o Cæsar. Frater meritus est triumphos Idumæos cum patre: tibi soli debetur laurea qua conceditur ex Dacis.

Lemma in codice Thuanico est, Ad Cæsarem.—8 Quæ datur ex Castis in Ms. Beverlandi: ex Chartis citat Langius e Pulmanno: ex Callis legendum esse contendit Lipsius lib. 1. Epist. 5.

## NOTE

1 Creta] Nomen Cretensis a devicta Creta traxit Lucius Metellus: ab Africa vero domita Africanus dictus est Scipio.

3 Nobilis] Domitianus admodum juvenis, devictis Germanis qui Rhenum accolunt; nobilius 'Germanici' cognomen assecutus est: Germani quippe Afris et Cretensibus bellicosiores sunt. Vide Suetoniam in Domitiano cap. 2. et Tacitum Hist.

lib. rv.

5 Frater] Titus scilicet qui cum patre Veapasiano Judæos domuit. Suetonius in Tito cap. 6. Solus vero Domitianus Dacos subegit. Dacia hodie complectitur Transylvaniam, Walachiam, et Moldaviam

Idumæos] Idumæa regio Palæstina: inter Arabiam Petream et Ægyptum, a qua Judæi dicti sunt Idumæi.

## III.

## AD SEXTUM.

SEXTÆ, nihil debes; nil debes, Sexte, fatemur.  
 Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.

O Sexte, non es in are alieno; non es, concedimus; nam, Sexte, si quis solvendo est, in are alieno est.

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant aut codices manuscripti aut libri impressi.

## NOTE

2 Debet enim] Qui solvendo non est, nihil debet, quod scilicet nihil auferri possit ab eo qui nihil habeat.

Lib. ix. Epig. 105. 'Quod tibi non possum solvere, Phæbe, meum est.'

IV.

IN AMMIANUM.

O QUAM blandus es, Ammiane, matri!  
 Quam blanda est tibi mater, Ammiane!  
 Fratrem te vocat, et soror vocatur.  
 Cur vos nomina nequiora tangunt?  
 Quare non juvat hoc, quod estis, esse?  
 Lusum creditis hoc, jocumque? non est.  
 Matrem, quæ cupit esse se sororem,  
 Nec matrem juvat esse, nec sororem.

5

*O Ammiane, quam suavis es matri! O Ammiane, quam suavis est tibi genitrix! te appellat fratrem, et soror appellatur. Quare nomina lasciviora vos movent? Cur non placet esse quod estis? Hoc putatis esse festivitatem et facetiam: non est genitrix quam expetit se esse sororem, nec placet ut sit mater nec soror.*

*In Ammianum inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. et aliis vett.—6 Lusum creditis hoc jocumque: non est Mater quæ, &c. in hisdem. Lusum creditis hoc, jocumque non est Mater, quæ, &c. Fulmannus aliique.*

NOTÆ

3 *Fratrem te vocat*] Fratris et sororis nomine turpitudine tegebatur. Vide Hb. XII. Epig. 20. et Hb. X. Epig. 65.

7 *Sororem*] In penultimo versu amicam interpretare: in ultimo intellige proprie, hoc sensu: Nallet esse mater nec soror, sed uxor.

V.

AD DECIANUM.

NE valeam, si non totis, Deciane, diebus,  
 Et tecum totis noctibus esse velim.  
 Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passum:  
 Quatuor hæc fiunt, cum rediturus eam.

*Dispercam, o Deciane, ut cupiam tecum versari totis diebus et totis noctibus. Sed sunt duo mille passus qui nos distinguunt. Hi quatuor fiunt, cum reversurus iter*

1 Juntina nostra in margine habet: 'Dispercam codex noster;' i. e. Dispercam, si non, &c.—3 Beverlandi Ms. quæ nos distinguunt, et recte forsan.

Sæpe domi non es : cum sis quoque, sæpe negaris : 5

Vel tantum causis, vel tibi sæpe vacas.

Te tamen ut videam, duo millia non piget ire :

Ut te non videam, quatuor ire piget.

*faciam. Crebro non es domi ; etiam cum sis, crebro dicoris abesse : aut das operam causis dumtaxat, aut frequenter tibi. Nihilominus non tædet emetiri duo millia ut fruor tuo conspectu ; sed tædet emetiri quatuor, ut non fruor.*

#### NOTE

5 Cum sis quoque] Sic acute carpit bus orationibus vacaret, salutantes Decianum, qui dum sibi vel forensi- excludebat.

#### VI.

#### AD SEVERUM.

I NUNC, edere me jube libellos.

Lectis vix tibi paginis duabus,

Spectas *ἐσχατοκάλιον*, Severe,

Et longas trahis oscitationes.

Hæc sunt, quæ relegente me solebas

5

Rapta exscribere, sed Vitellianis.

Hæc sunt singula, quæ sinu ferebas

*I nunc, roga me publicem libros : duabus paginis vix a te lectis, o Severe, inspicis finem libri, et ducas oscitationes longas. Hæc sunt quæ, relegente me, consueveras crepta describere, sed Vitellianis. Hæc sunt singula quæ sinu gestabas per omnia*

8 Palmanus, Langius, Junius, Delph. &c. legant, *ἐσχατοκαλίον*, i. e. ultimam paginam libelli. Pro hoc verbo vacuum relinquitur spatium in Collin. an. 1528. sed ut habetur in Junt. an. 1512. verbum nihili est. Salmasius legendum putat *ἐσχατοκάλιον*. Scriverius in codd. invenit, *es cito collion*; unde ille *ἐσχατοκαλίον*, vel *ἐσχατοκαλλιον*. Vide Var. Notas. Lectio nostra debetur Scaligero; quem vide in Var. Notis in Tibull. III. 1. 11.—6

#### NOTE

1 I nunc] Formula indignantis et insultantis, lib. 1. Epig. 48.

8 *Ἐσχατοκάλιον* [*ἐσχατοκαλίον*] Τὸ ἐν ἐσχάτῃ καὶ γεγραμμένον, id est, quod in ultima parte scriptum est; hoc est: Vix una aut altera pagina lecta, fastidii signa jam ostendis. Correxit Scaliger, *ἐσχατοκάλιον*, et interpretatur: partem postremam adglutinatam: sed hæc ipsa interpretatio ostendit verius esse Salmasii, *ἐσχατοκάλιον* nam καὶ gluten, non καὶ λον. Sic alii.

6 *Ραπτα*] Alii *Rapta* scribere; alii *Raptum* metri causa, ut aiunt;

sed vocalis brevis ante duas consonantes potest produci. Sic miratur Poëta, quod tam cito Severus defatigetur lectione Epigrammatum, quæ alias recitata tanta festinatione scribebat in suis pugillaribus.

*Sed Vitellianis*] Vitelliani erant pugillares, quibus res amatorum et lascivæ scribebantur. Vide lib. XIV. Epig. 8.

7 *Hæc sunt*] Singula Epigrammata magni faciebat Severus: in unum vero librum redacta fastidiebat: quod absurdum videtur.

Per convivia cuncta, per theatra.  
 Hæc sunt, aut melliora si qua nescis.  
 Quid prodest mihi tam macer libellus, 10  
 Nullo crassior ut sit umbilico,  
 Si totus tibi triduo legatur?  
 Nunquam deliciæ supiniore.  
 Lassus tam cito deficiis viator,  
 Et cum currere debeas Bovillas, 15  
 Interjungere quæris ad Camœnas.  
 I nunc, edere me jube libellos.

*convivia, per theatra. Hæc sunt aut elegantiora, si tamen quædam ignoras. Quid me juvat liber adeo tenuis, ut nullo umbilico densior sit, si triduum insumas ad illum legendum totum? Nunquam voluptas ignavior. Tum celeriter defatigatus viator langues, et cum tibi currendum sit Bovillas, vis innumerari ad Camœnas. I nunc, roga me ut publicem libros.*

*Rapta scribere Junt. an. 1512. et Colln. 1528. Raptum scribere ex alia quadam Colln. editione citat probatque Cagnerius.—12 Si toto omnino legendum esse contendit Ramires de Prado. Scriberius mavult: Si totus triduo tibi legatur. 'Sed prior in triduo et biduo est porrecta,' inquit Beverlandus. Recte: sic enim Terentius Andr. II. 6. 9. 'Nihil hercle: aut si adeo; bidui est, aut tridui.' Et Paul. Episc. 'Imago mortis tridui funeria.'—13 Nunquam in quibusdam vet. teste Heraldus.—14 Lassus tam cito Junt. nostra in marg. Haud rarenter vocabula lassus et lappus libraril confuderant, ut ap. Propert. I. 13. 8. et Sil. Ital. x. 606. ubi vide Drakenb.—16 Iter jungere ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. alim. Scaliger. ad Propert. p. 196. emendavit Interjungere. Verba iter et iter (inter) sæpe confunduntur a librariis.*

## NOTÆ

8 *Per convivia*] Ubi nempe recitantur: 'sinu ferre' significat carum habere. Lib. III. Epig. 5.

9 *Si qua nescis*] Si tamen quædam sunt Epigrammata, quæ nondum legeris.

11 *Nullo umbilico*] De quo dictum supra lib. I. Epig. 67. hoc est: Frustra curavi et liber umbilici crassitudinem non excederet, si tamen tu delicatus et supinus lector triduum illi legendo insumas. *Fernelius.*

12 *Si totus*] Videtur legendum *toto*.

13 *Supiniore*] Hoc est, æquus, et occitanter perceptus.

15 *Bovillas*] Urbs est in Latio. Pli-

nus lib. III. cap. 5. Hodie, *Babuce*.

16 *Interjungere*] Significat jumenta solvere a jugo. Lib. III. Epig. 67. 'Exarctque dies, et hora lassos Interjungit equos meridiana.' Seneca de Tranquillitate Vitæ: 'Quidam interjunxerunt, et in pomeridianas operas aliquid levioris operæ distulerunt.' Alii minus bene *iter jungere*. Sensus est: Non uno decursu perlevis tenuem librum, sed occitanter hæres, et differs in triduum.

*Camœnas*] Templum Camœnarum erat Bovillas inter et Urbem. Sensus est: Meos versus legere vix incipis, et jam defatigatus es.

## VII.

## IN ATTALUM.

DECLAMAS belle; causas agis, Attale, belle.

Historias bellas, Carmina bella facias.

Componis belle Mimos, Epigrammata belle;

Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.

Et belle cantas, et saltas, Attale, belle.

5

Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.

Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.

Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

O Attale, bene recitas: bene dicis causas. Componis historias egregias, et versus elegantes. Bene facis Mimos, bene Epigrammata: bonus es Grammaticus, bonus Astrologus. Bene cantas, et bene, o Attale, agis choreas. Peritus es arte lyræ, et arte pilæ. Cum nihil agas bene, nihilominus bene agis cuncta. Placet proferam quid sis? Magnus es ardelio.

~~~~~

§ Componis numeros citat Langius ex ed. Pulmanni. Hæc quinque vocabula, nimis, minus, mimus, numus, (vel nummus,) et numus, (sive numerus,) facillime a scriba properante confundantur.—§ Beverlandi Ms. ardelio; et sic in codice Vaticano.

NOTÆ

1 Declamas] Declamatio est domestica exercitatio et umbratilis, quo in genere pueri apud magistros exercentur. De Attalo jam dictum lib. i. Epig. 80.

§ Mimos] Poëmata ridicula, in quibus solus risus quærebatur.

§ Magnus es ardelio] Proverbialiter

ardeliones vocantur illi qui in nihil agendo toti occupati sunt. Hoc nomen alii deducunt ab ardore et impetu tentantis multa, nihil vero perficientis: alii ab ardeola ave, quam sæpiissime diu alas quatens, in aëre veluti pendet, nec loco movetur.

VIII.

AD LECTOREM.

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in istis,

Sive obscura nimis, sive Latina parum;

Non meus est error: nocuit librarius illis,

Dum properat versus annumerare tibi.

O Lector, si judicaveris quædam in istis chartis aut nimium obscura, aut parum Latina; mea non sunt menda: scriba obfuit carminibus, dum festinat representare

NOTÆ

§ Librarius] Poëtæ versus, quos in taberna venderet bibliopola, transcri-

bebant librarii, et præ nimia festinatione menda plura faciebant, versus

Quod si non illum, sed me peccasse putabis;

5

Tunc ego te credam cordis habere nihil.

Ista tamen mala sunt. Quasi nos manifesta negemus:

Hæc mala sunt; sed tu non meliora facis.

illa tibi. Quod si credis illum non errasse, sed me; tunc ego existimabo te hebetem ingenio. Nihilominus ista mala sunt: quasi non fateamur rem evidentem; hæc quidem mala sunt, sed tu non componis elegantiora.

6 Ramiresius sic legit hunc versum: Numne ego te credam cordis habere nihil? Jantina nostra habet in margine, *mentis*; parum recte.—7 'Malum ex vet. codice, quasi nos; vel, quid enim manifesta negemus? idque libens prætulim.' Cagnarius. Beverlandi Ma. habet, *quæ si manifesta*; quod ex Cagnarii Nota antiquam esse lectionem conjicere licet: *quæ si manifesta negemus* legit Janus Rutgersius.

NOTE

quippe aliquando integros præteribant, aut loco mutabant.

6 *Tunc ego te*] Ramiresius legit, forte minus bene: *Numne ego te credam cordis habere nihil?* id est, inquit: Si dixeris me peccasse, te cordatum et sapientem judicabo. Ex conclusione autem evidenter colligitur, quod Poëta non se hic pro more solito vituperet, sed facite irrideat hebetem lectorem.

7 *Ista tamen*] Instat lector, Sed tui versus mali sunt, nec librarii vitio, sed tuo.

Quasi nos manifesta] Respondet Poëta, males quidem esse suos versus, sed ab ipsis censoribus elegantiores non componi. Legant alii: *quæ si manifesta negemus*. Quam lectionem non intelligo. Alii: *qui sic manifesta negamus?* Videtur bona hæc lectio.

IX.

DE NÆVIA.

SCRIPSI, rescripsit nil Nævia, non dabit ergo.

Sed puto, quod scripsi, legerat: ergo dabit.

Scripti, Nævia nihil rescripsit. Ergo non concedet? Sed, opinor, legerat quod scripsi, ergo concedet.

1 Pulmannus: *nil dabit ergo*. Ald. Junt. et Colin. *non dabit ergo?* cum interrogationis nota.—2 *Sed puto, quod scripsi, legerit* in liisem, probante Herald. Vide Ovid. Art. Am. lib. 1.

NOTE

2 *Legerat*] Epistolas enim ab amatore missas cum legit puella, se non inexorabilem fore indicat. Ovid. Art. Am. lib. 1. 'Legerit, et nolit rescribere: cogere noli: Tu modo blandi-

tias fac legat usque tuas. Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis. Per numeros venient ista gradusque suos.'

X.

IN POSTHUMUM.

BASIA dimidio quod das mihi, Posthume, labro,

Laudo : licet demas hinc quoque dimidium.

Vis dare majus adhuc, et inenarrabile munus ?

Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

O Posthume, placent ocula quæ mihi libas dimidio labro : permitto hinc etiam tellas dimidium. Placetne largiri majus donum, atque inexplicabile ? O Posthume, serua tibi totum hoc dimidium.

1 Junian. Palman. Lang. Delph. &c. *quæ das.* Ald. Junt. Colin. aliæ, cum Beverlandi Ms. *quod das.*

NOTE

1 *Quod [quæ] das* Alli, *quod das.* bat iste Posthumus, de quo iterum Videat lector. Epig. 12. et 21. infra.

4 *Hoc tibi habe*] Male quippe ole-

XI.

AD RUFUM DE SELIO.*

QUOD fronte Selium nubila vides, Rufe,

Quod ambulator porticum terit serus ;

Lugubre quiddam quod tacet piger vultus ;

Quod pæne terram tangit indecens nasus ;

O Rufe, quod spectas Selium vultu obscure, quod tardus ambulator emittitur porticum, quod frens iners silet quiddam funestum, quod nasus turpis fere demissus est

Lemna in edd. vet. est : In Selium. Thuan. exhibet : Ad Rufum de Silio conipeta.—1 Quod fronte Silium codex idem. Ruffe Junt. et Colin.—2 Beverlandi Ms. sera. Cod. Palat. seram ; et sic in cod. Heraldii.—3 Lugubre quiddam codex Bodleianus. Langore Beverlandi Ms.—4 Codex Vaticanus : Quod pæne terram tergit. Vide Heins. ad Cland. Præf. lib. 1. in Rufin.—

NOTE

* *Lego, In Selium. Alli, Ad Rufum de Selio conipeta.*

2 *Porticum*] Europes sane, ubi ple-rique divites ambulabant, a quibus ad cœnam invitari se sperabat Selius. Vide Epig. 14. infra.

3 *Lugubre quiddam*] Vultus nempe præ se fert signa tristitiæ.

4 *Quod pæne*] Per Hyperbolen ostendit Poëta, quam demitteret caput Sellus præ pudore et mœstitia, quod a nemine inviltaretur ad cœnam

Quod dextra pectus pulsat, et comam vellit : 5
 Non ille amici fata luget, aut fratris :
 Uterque natus vivit, et precor vivat :
 Salva est et uxor, sarcinæque, servique :
 Nihil colonus, villicusque decoxit.
 Maroris igitur causa quæ ? domi cœnat. 10

ad terram usque, quod manus percussit pectus, atque evellit capillos : ille non desit mortem amici, aut fratris : uterque filius fruitur vita, et opto ut fruatur : incolomis est uxor, et suppellex, et mancipia salva sunt : colonus, et custos villa nihil dilapidavit. Ergo doloris ratio est, quod cœnat domi.

10 Maroris igitur causa, quod domi cœnat minus sincere antea legebatur in Juniana, et qui eum secuti sunt. Maroris igitur causa quæ est ? codd. Heraldii et Palat. cum Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. quæ lætie reponenda est, inquit idem Heraldus. domi cœna est Beverlandi Ms.

NOTE

10 Causa quæ ? [quod] domi cœnat] cœnat. Judicet lector.
 Alii, Maroris igitur causa quæ ? domi

XII.

IN POSTHUMUM.

Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myrrham,
 Quodque tibi est nunquam non alienus odor ?
 Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Posthume, semper :
 Posthume, non bene olet, qui bene semper olet.

Quid colligam ex eo, quod odor myrrhæ inest tuis oculis, et ex eo, quod semper habes odorem externum ? In eo mihi subest suspicio, o Posthume, quod bene oles semper : o Posthume, qui semper bene olet, non bene olet.

2 Quodque tibi est semper Ald. Junt. et Colin.

NOTE

4 Non bene olet] Sic carpit Posthumum, qui animæ suæ foetorem atque odore dissimulare conabatur. Vide lib. vi. Epig. 55.
 oris spurcitiam unguentorum accito

XIII.

AD SEXTUM.

Et judex petit, et petit patronus.
 Solvas, censeo, Sexte, creditori.

Et judex exigit, et patronus exigit. O Sexte, quædes ut satisfacias creditori.

Hic nulla lectionis varietas est in libris manu exaratis et typis impressis.

NOTE

1 *Et iudex potis*] Nobilem solvere debita Sextum carpit, simul et Romanos Iudices, qui pecuniam a litigantibus extorquerent. Præstat ergo, inquit Poëta, abaque hac lite uni creditori satisfacere, quam tribus, iudici, patrono, et creditori, si litigaverit.

XIV.

AD PAULINUM DE SELIO.

NIL intentatum Selius, nil linquit inausum,
Coenandum quoties jam videt esse domi.
Currit ad Europen, et te, Pauline, tuosque
Laudat Achilleos, sed sine fine, pedes.
Si nihil Europe fecit, tum Septa petuntur,
Si quid Phyllirides præstet, et Æsonides.

5

Selius nihil non molitur, nihil non audet, quoties sentit jam sumendam esse cenam domi. Properat ad Europen, et te, o Pauline, laudibus assidue extollit, et tuos pedes Achilleos. Si nihil profuit Europe, tum transfert se ad Septa, et quid proferat Phyllirides et Æsonides. Hinc etiam frustratus adit ardes Memphiticus, et

~~~~~

In *Selium* lemma est in edd. vett.—6 *Si quid Phyllirides* Ald. Junt. et Colin.

## NOTE

3 *Currit ad Europen*] Prope campum Martium porticus fuit, in qua picta erat Europes a Jove in taurum converso raptæ fabula. Strabo lib. v. Πάριος δ' ἐστὶ τοῦ πεδίου τοῦτου καὶ ἄλλο πῖνον, καὶ σπονδὴν κέλευσιν παυλαρῶν, καὶ ἄλλων, καὶ θέατρα τρία, κ. τ. λ. Prope hunc campum, [*Martium nempe*,] alius est campus, porticusque circumcirca permixta, tum luci, theatra tria, &c. De hoc Sello vide Epig. 11. supra. Sensus est: Quocumque ibat Selius ut inveniret aliquem, a quo ad cenam invitaretur.

4 *Achilleos pedes*] Hoc est, celeritatem tuorum pedum, quam passim Achilli tribuit Homerus: πόδας Ἀχιλλεύου, ἄλλους, τοὺς ποδῶν Ἀχιλλεύου. In

campo Martio cursu se exercebant Romani. Lege Strabonem loco citato.

5 *Si nihil Europe*] Si nullum illic reperiat a quo invitetur, se confert ad Septa, quæ et Ovilia dicta, loca nimirum tabulis vallata, in quibus populus Romanus suffragia laturus claudabatur.

6 *Si quid Phyllirides*] In Septis sane fuit porticus in qua Argonautarum fabula miro artificio erat depicta: inter Argonautas vero fuit Chiron Neptuni et Phylliræ filius, et Jason ab Æsone procreatus, unde Æsonides dicitur. De his picturis fuse agit Plinius lib. xxxv. cap. 10.

Hinc quoque deceptus Memphitica templa frequentat,  
 Assidet et cathedris, mœsta juvenca, tuis.  
 Inde petit centum pendentia tecta columnis;  
 Illinc Pompeii dona, nemusque duplẽx. 10  
 Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti,  
 Nec Grylli tenebras, Æoliamque Lapi.  
 Nam thermis iterum cunctis iterumque lavatur.  
 Omnia cum fecit, sed renuente Deo;  
 Lotus ad Europes tepidæ buxeta recurrit, 15  
 Si quis ibi serum carpat amicus iter.  
 Per te, perque tuam, vector lascive, puellam,  
 Ad coenam Selium tu, rogo, Taure, voca.

*sedet prope tuas cathedras, o juvenca tristis. Inde adit porticum inimicum centum columnis; illinc mœstra Pompeii, et lucum duplicem. Nec contemnit balnea Fortunati, nec Fausti, nec tenebras Grylli, et Æoliam Lapi. Rursum enim et rursum abluatur in balneis omnibus. Cum peregit omnia, sed adversante numine; ablatus reddit ad buxeta Europes tepentis, et quis amicus sero ambulet illic. O Taure, vector libidinee, ore per te et per tuam puellam, tu invita Selium ad coenam.*

## NOTE

7 *Memphitica*] Hoc est, Ægyptia: Memphis urbs Ægypti clarissima, de qua lib. Spect. Epig. 1. Juven. Sat. vi. 530. 'ut spargat in sede Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovilli.' Hoc est, prope Septa in campo Martio erat templum Isidis.

8 *Mœsta juvenca*] Io, ut legitur apud Ovid. Met. i. Inachi fluvii filia, a Jove fuit compressa, et in vaccam deinde mutata transiit in Ægyptum, ubi regi Osiridi nupsit, cujus mortem ita delevit, ut suis lacrymis Nilum auxerit, teste Pausania in Phocicis. Vide Strabonem lib. xvii. Reinectus de Argivorum origine et nomine sic ait: Ex Jaso rege nascitur Io, quæ destinata Junonis sacerdotio, a Phœnicum raptæ, seu spontanea migratione, ad Ægyptum appellit, ubi Telogone matrimonio juncta Epaphum parit, et novo Isidis nomine honoratur. Cognomen Isis in Io repetitum propter ejus merita et virtutem: nam quæ prima id habuit, cum Osiride, quod nomen aliqui a Mizraim gentis conditore propagant,

fuisse scribitur. Unda postea Antonius cum se Osiridem nominaret, Cleopatram Isidem dixit.

9 *Centum columnis*] Alii porticum Vipsanæ de qua lib. i. Epig. 109. et lib. iii. Epig. 20. Anni Cornithiam Cæ. Octavii fuisse existimant.

10 *Illinc Pompeii*] Porticum Pompeiam intellige. Vide Plinium Hb. xxxv. cap. 10. Ovid. Art. Am. lib. i. 'Tu modo Pompela lentus spatiare sub umbra.'

*Nemusque duplex*] Vide locum Strabonis supra citatum, ubi agit de lucis. Alii intelligunt duos Pompeii hortos de quibus Cicero pro Milone.

11 *Fortunati*] Qui fuit balnearior quidam ignobilis, sicut Faustus.

12 *Nec Grylli*] Cujus tenebrosa erant balnea. Vide lib. i. Epig. 60.

*Æoliamque*] Balnea sane habuit Lapis eo in loco ubi ventus flaret vehementissimus, unde vocat Æoliam a regia Æoli regis ventorum.

13 *Europes tepida*] Quia post meridiem illic plerique apricabantur. Vide lib. ii. Epig. 20.

## NOTÆ

18 *Ad canam voca*] Adime vitam. vita discedet: quod urbane dixit, Seliō: nam si cœnabit cum Jove, e cum aliud sentire videretur.

## XV.

## IN HERMUM.

Quod nulli calicem tuum propinas,  
Humane facis, Herme, non superbe.

*O Herme, benigne egē, non arroganter, quod nemini propinas tuum poculum.*

1 *Quod nulli cyathum* margo Justinæ nostræ, cum hac notatione: 'codex meus.' Vide Var. Lect. ad lib. i. Epig. 72.

## NOTÆ

1 *Quod nulli*] Potes intelligere fuisse. Propinare est proprie, præ-Hermi calicem fuisse venenatum; vel, gustato leviter vino poculum {alteri quod magis placet, os illius fœtidum offerre.

## XVI.

## IN ZOILUM.

ZOILUS ægrotat: faciunt hanc stragula febrem.

Si fuerit sanus, coccina quid facient?

Quid torus a Nilo, quid Sidone tinctus olenti?

Ostendit stultas quid nisi morbus opes?

*Zoilus morbo laborat; peristromata pariunt febrem. Si sanus fuerit, quid facient coccina? quid thalamus a Nilo, quid sindon olenti tincta? quid inconvalescens*

*In Zoilum ægrotantem* inscribitur in codice Thuaneo.—3 Ald. Junt. Colin. &c. *quid sindone tinctus olenti.* Rutgersius Var. Lect. lib. vi. cap. 11. legendum autumat: *quid sidone cinctus olenti.* Alii legunt, *sindone cinctus.*

## NOTÆ

1 *Zoilus*] Ut opes lecti ostentaret, ægrotum se simulabat. Invidi, obtreptatores, ostentatores Zoili dicti sunt, a Zoilo quodam, qui injuriosos in Homerum commentarios scripsit. Ælian. Var. Hist. lib. xi. cap. 10.

2 *Si fuerit sanus*] Si valeret, stragula cocco tincta ostendere non posset.

*Coccina*] Stragula nimirum cocco tincta.

3 *Quid torus*] Lecti acil. ornamentum maximi pretii habebatur, si ex lino Ægyptio; unde dicitur 'torus a Nilo,' id est, ab Ægypto.

*Quid Sidone [sindone] tinctus*] Hoc est, quid sindon olenti tinctura? Alii legunt *cinctus*, id est, torus cinctus sindone tincta murice olenti. Bayfius de Re Vestiaria, Sindon, inquit, est amictus ex lino Ægyptiaco, sic dicta, ut opinor, quia primum in Si-

Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes. 5  
Vis fieri sanus? stragula sume mea.

*demonstrat præter divitias insanas? quid rei est tibi cum medicis? remove omnes Machaonas. Cupiunt bene valere? accipe mea peristromata.*

NOTE

done urbe hujusmodi amietas fieri ad corpus refer. Vide lib. vi. Epig. 84.  
cepit. Ob id Tyria dicta lib. iv.

Epig. 19.

5 *Machaonas*] Medici sic dicti sunt a Machaone filio Æsculapii.

6 *Vis fieri sanus*] Ad mentem et

*Same mea*] Quoniam ea ostentare non cupies, sunt enim villissima; atque ita fies sanus: hoc est, non simulabis te ægrotum.

XVII.

AD AMMIANUM.

TONSTRIX Suburræ faucibus sedet primis,  
Cruenta pendent qua flagella tortorum,  
Argique letum multus obsidet sator.  
Sed ista tonstrix, Ammiane, non tondet.  
Non tondet, inquis? ergo quid facit? radit. 5

*Tonstrix habitat in aditu Suburræ, ubi sanguinolenta carnificum virgæ sunt suspensæ, et ubi plures auctores occupant Argiletum. Sed ista tonstrix, Ammiane, non tondet. Non tondet, ais? Quid igitur agit? Radit.*

*Ad Amianum inscribitur in Ald. Junt. et Colln.—1 Tensor Suburræ Palmanus.—4 Sed ista tensor, Amiane idem Pulmannus. Sed ista tonstrix, Amiane Ald. Junt. et Colln.—5 Non tondet inquam: quid igitur facit? radit Pulmannus. Non tondet inquam: quid ergo facit? radit in odd. vett. Non tondet? inquis: ergo quid facit? radit legit Cagnerius e veteri quodam codice. Heraldus legendum putat: Non tondet, inquis. Ergo quid facit? Radit.*

NOTE

1 *Suburræ*] Quædam urbis regio erat Suburra.

2 *Cruenta*] Hoc est, locus ubi rei puniebantur.

3 *Argique letum*] Divisio est pro Argiletum, ubi multe erant sutrinæ. Lib. i. Epig. 118.

4 *Non tondet*] Mæcha nempe, quæ nec capillos, nec barbam, sed adolescentum pecunias radebat, id est, eorum marsupium emungebat.

5 *Inquis*] Ammiani responsio. Alii, *Non tondet, inquam: quid ergo fuit? Radit.*

XVIII.

IN MAXIMUM.

CAPTO tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, coenam:  
Tu captas aliam: jam sumus ergo pares.

O Maxime, aucupor tuam coenam, heu erubescō, sed aucupor: tu aucuparis Delph. et Var. Clas. Martial. L

Mane salutatum venio; tu diceris isse

Ante salutatum: jam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis; 5

Tu comes alterius: jam sumus ergo pares.

Esse sat est servum: jam nolo vicarius esse.

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

*aliam. Igitur jam aequales sumus. Mane accedo salutem dicturus: comperio te jam visse salutatum. Igitur jam sumus aequales. Ipse sum tuus assecla, atque anteambulo regis superbi: tu assecla alterius. Igitur jam sumus aequales. Sufficit esse mancipium: jam nolo esse vicarius. Qui rex est, o Maxime, non habeat regem.*

2 Tu captes alias Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. &c. Cetera, nil variant exemplaria.

#### NOTÆ

5 Sum comes] Clientes enim regem suum seu patronum honoris gratia comitabantur.

7 Vicarius] Alii erant servi ordinarii, qui conservos in suo peculio habebant, quos vicarios vocabant.

8 Qui rex est] Hoc est, qui dominus est, non serviat alteri domino, sen regem non habeat. Epig. 32. infra, 'Non bene, crede mihi, servo servitur amico: Sit liber, dominus qui volet esse meus.'

### XIX.

#### AD ZOILUM.

FELICEM fieri credis me, Zoile, cœna:

Felicem cœna, Zoile? deinde tua?

Debet Aricino conviva recumbere clivo,

Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

O Zoile, putas me beatum fieri cœna: an beatum cœna, o Zoile, et quidem tua? O Zoile, oportet cum convivam recumbere colli Aricino, quem beat tua cœna.

3 Felicem cœna, Zoile, deinde tua? in omnibus edd. vett. Distinctio lectionis nostræ debetur Grotio et Scriverio. Codex Bodleianus et Gallicanus Pulmanni exhibent: Felicem? cœnam, Zoile, dando tuam. De o corrigendo in Gerundis vide Statium in Var. Notis ad Tibull. III. 6. 3. Broekh. ad eundem locum, Perizon. ad Sanct. Minerv. Heina. ad Ovid. Epist. IX. 126. et Burm. Sec. ad Anthol. Tom. I. p. 298. Tom. II. p. 722.

#### NOTÆ

3 Debet Aricino] Aricia in Via erat Appia centum et sexaginta stadiis ab urbe Roma in clivo sita, Strabo lib. V. ubi erant multi mendici. Juv. Sat. IV. 'Cœcus, adulator, dirusque

a ponte satellites, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.' Ludit in verbo, recumbere, quod humijacere, et mensæ accumbere significat.

## XX.

DE PAULLO.

CARMINA Paullus emit: recitat sua carmina Paullus.

Nam quod emas, possis dicere jure tuum.

*Paulus mercatus est versus; Paullus recitat suos versus. Jure enim possis appellare tuum, quod emas.*~~~~~  
In hujus Epigrammatis lectione haud variant exemplaria manu exarata aut impressa.

## NOTÆ

2 Nam quod emas] Vide lib. I. qui emit, rei emtæ acquirit dominium. Epig. 30. et lib. VI. Epig. 12. Nam alium. Festive plagiarium carpit.

## XXI.

IN POSTHUMUM.

BASIA das aliis; aliis das, Posthume, dextram.

Dicis, Utrum mavis? elige: malo manum.

*O Posthume, libas oscula aliis, porrigis manum aliis. Opta, inquis, utrum placeat? placet dextera.*~~~~~  
Nec in hoc membranæ, aut libri typis impressi, minimam varietatem prodant.

## NOTÆ

1 Das dextram] Quam tangant alii, facere solebant. Suetonius in Domitiano cap. 12.  
nempè velut fidei et amicitiae pignus,  
vel quam osculentur; quod tamen 2 Mâlo manum] Quam basia tua soli imperatores et quidem superbi male olentia. Epig. 10. et 12. supra.

## XXII.

DE RODEM.

QUID mihi vobiscum est, o Phœbe, novemque sorores?

Ecce nocet vati Musa jocosa suo.

Dimidio nobis dare Posthumus ante solebat

Basia; nunc labro coepit utroque dare.

*O Apollo, et novem Musæ, quid mihi rei est vobiscum? ecce Musa festiva efficit suo Poëtæ. Posthumus prius consueverat præbere oscula dimidio labro; coepit nunc præbere utroque.*~~~~~  
*Ad Apollinem de Postumo inscribitur in Beverlandi Ms. Cetera, nulla est lectionis varietas.*

## NOTE

2 *Ecce nocet*] Antea enim dimidio ter versus me amat, atque impurum tantum labro me osculabatur Posthumus, Epig. 10. supra; nunc vero prop-

os suum totum mihi admovet.

## XXIII.

## DE EODEM.

Non dicam, licet usque me rogetis,  
 Quis sit Posthumus in meo libello,  
 Non dicam: quid enim mihi necesse est  
 Has offendere basiationes,  
 Quæ se tam bene vindicare possunt? 5

*Non proferam in meo libro, quis sit Posthumus; quamvis me assidue obsecretis, non proferam. Quid enim mihi opus est injuriam facere illis oculis quas possunt sumere tantam vindictam?*

4 *Has ostendere basiationes* Beverlandi Ms. quam lectionem habet etiam Juntina nostra margini ascriptam, cum notatione: 'codex meus.'

## NOTE

1 *Non dicam*] Causam reddit cur sub amicitia specie libans mihi oscula verum nomen ficti hujus Posthumi male olentia de me poenas et quidem non proferat; quod nempe, inquit, acerbissimas auferet.

## XXIV.

## IN CANDIDUM.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,  
 Squalidus hærebo, pallidiorque reo.  
 Si jubeat patria damnatum excedere terra,  
 Per freta, per scopulos exulis ibo comes.

*Si sors injusta tibi imponat criminationem maestam, horridus atque accusato pallidior adstabo. Si imperet condemnatum te discedere a terra patria, profugi socius sequar per maria et scopulos. Tibi largitur spes. Num communis iata*

4 *Per freta per populos* Juntina nostra in margine; sed lectio recepta non solicitanda. Lib. vii. Epig. 43. 'Æquora per Scyllæ magnus comes exulis

## NOTE

2 *Squalidus hærebo*] Hoc est: Si rei autem sordidam vestem induerens factus fueris, ego mutata veste sordidatus quocumque te comitabor: bant, ut judices suos ad misericordiam commoverent.

Dat tibi divitias : ecquid sunt istæ duorum ? 5

Das partem ? multum est ; Candide, das aliquid ?

Mecum eris ergo miser : quod si Deus ore sereno

Annuerit : felix, Candide, solus eris.

*mecum ? Largirisne partem ? Nimum est. O Candide, donasne aliquid ? Igitur munus est inter nos calamitas. Quod si numen vultu placido assenserit : O Candide, solus eris beatus.*

isti ;' l. e. per Scyllæ scopulos.—6 *Das partem : multum est : Candide, &c.* in edd. vett.—7 *Mecum ergo miser es* in iisdem : et sic codex Vaticanus. Lectionem nostram testatur optimus Thuanus. Eadem Junt. in marg. habet *aure*, pro *ore*, sine dubio ex corrupto Propertii loco, l. 1. 31. ' Vos remanete quibus facili Deus annuit aure :' ubi *aure* fere omnes codd. Hæ voces *aure*, *aure*, et *ore* frequenter confunduntur in scriptis exemplaribus. Cf. Heins. ad Ovid. Met. xii. 46. et 430. Burm. ad Propert. l. 1. 31. l. 12. 6. Drakenb. ad Sil. x. 366. et Oudend. ad Lucan. ii. 33.

## NOTE

6 *Das partem*] Dimidiam subintel- ligere mihi videtur.

*Das aliquid*] Immo nihil das omnino.

7 *Mecum eris, &c.* [*Mecum ergo miser*

*es*] Alii *Mecum eris ergo miser*. At vero, inquit Poëta, ego tecum non sum felix, sed prospera fortuna solus fruor.

## XXV.

## AD GALLAM.

DAS nunquam, semper promittis, Galla, roganti.

Si semper fallis, jam rogo, Galla, nega.

*O Galla, semper polliceris petenti, nunquam concedis. O Galla, si semper decipis, nunc oro, recusa.*

2 *Si semper fallis, cum rogo* Jantina nostra in margine, quod forte verissima est lectio.

## NOTE

2 *Si semper fallis*] Facete jocatur Poëta, et Gallam irridet, quæ si pol- lit, dabit.

## XXVI.

## AD BITHYNICUM.

QUOD querulum spirat, quod acerbum Nævia tussit,

Inque suos mittit sputa subinde sinus :

*Quod Navia febilem ducit spiritum, quod laborat acerba tussi, et identidem*

## NOTE

1 *Quod acerbum*] Tussis enim sig- num erat vicinæ mortis. Vide lib. i. Epig. 11.

2 *Inque suos*] Nam præ imbecilli- tate longius spere nequibat.

Jam te rem factam, Bithynice, credis habere?

Erras: blanditur Nævia, non moritur.

*salivam effundit in sinus suos: O Bithynice, putasne jam tibi provenisse lucrum? Hallucinaris: Nævia adulatur, non interit.*

2 *Inque tuos e cod. suo profert, probatque Heraldus.*—3 *Jam terra factam codex Vaticanus.*

#### NOTÆ

4 *Blanditur Nævia]* Te vana spe victura te hæredem appellat. lactat nec moritura, immo diutius

### XXVII

#### DE SELIO.

LAUDANTEM Selium, cœnæ cum retia tendit,

Accipe, sive legas, sive patronus agas.

Effecte! graviter! cito! nequiter! euge! beate!

Hoc volui! facta est jam tibi cœna: tace.

*Audi Selium laudantem, sive recites, sive dicas causas, cum ille parat retia cœna. Effecte, graviter, expedit, malitiose, præclare, beate! hoc placet, jam obtinisti cœnam: sile.*

3 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. aliæ exhibent *Effecte*, quod retinendum censet Ramires de Prado. *Effecte* e codice suo attulit Gruterus; unde Pulmannus conj. *Affecte*, quod placet Radero. Pro *nequiter*, alii legunt *naviter*.—4 Domitius e codice antiquo legit *tacet*. 'Legerem libentius *tacet*, quod verbum Poëtæ est notantis Selii aviditatem cœnæ, qui statim ac factam sibi cœnam audivit tacuit.' Ramires.

#### NOTÆ

3 *Effects* [*Effate*] *Effata* dicuntur, quæ omnino factum emisierunt: per metaphoram *Effate* dicitur in laudem illius qui nihil amplius dicendum reliquerit in ea re quam agit. Sic Ramiresius. Mature et sapienter interpretatur Raderus. Alii legunt,

*Effecte*, hoc est, plene, ut nihil supra. *Nequiter*] Versute. Alii, *naviter*.

4 *Hoc volui*] Verba sunt recitatoris vel patroni respondentis acclamationibus Selii.

*Tace*] Satis enim adulatus es, hodie cœnabis mecum.

## XXVIII.

## IN SEXTILLUM.

RIPRITO multum, qui te, Sextille, cinædum

Dixerit, et digitum porrigito medium.

Sed nec pædico es, nec tu, Sextille, fututor :

Calda Vetustillæ nec tibi bucca placet.

Ex istis nihil es fateor, Sextille : quid ergo es ?

5

Nescio : sed tu scis res superesse duas.

In hujus Epigrammatis lectione nulla varietas reperta est in exemplaribus, aut scriptis aut excusis.

## NOTÆ

2 *Et digitum*] Erat contumeliæ indicium digitus medius porrectus, quod Priapum repræsentaret, atque in molles extenderetur.

4 *Calda Vetustillæ*] Id est, vulva, quia non es cannilingus. Sic Domi-

tus. Alii de fellatione hunc versum intelligunt.

6 *Res duas*] Fellandi et lingendi turpitudinem interpretatur Ramiresios. Alii masturbatorem vel irrumatorem argui Sextillum sentiunt.

## XXIX.

## AD RUFUM.

RUFUS, vides illum subsellia prima terentem,

Cujus et hinc lucet sardonychata manus :

Quæque Tyron toties epotavere lacernæ,

Et toga non tactas vincere jussa nives :

*O Rufe, cernis illum occupantem primas sedes, cujus dextera ornata sardonycha splendet etiam abhinc: et lacernæ quæ toties hausserunt Tyron, et toga imperata*

*Ad Rufum* inscribitur in Junt. et Colin.—1 *Rufe* in liadem. Multi codices, cum ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. habent : *subsellia prima tenentem* ; et hoc retinendum censet Ramirez, quod imperiosam quandam possessionem indicat ; ut tenere Galliam, Hispaniam, &c. Multi codices habent etiam, *terentem*.—2 In edd. vett. *sardonychata*.—5 *Marcellano*

## NOTÆ

1 *Illum terentem*] Alii *tenentem*, hoc est, in amphitheatro inter primos equites sedentem in quatuordecim subselliis. Vide lib. 1. Epig. 27. et lib. v. Epig. 8. Domitius subsellia judicum intelligit, in quibus sedebant equites. Superbum hunc servum, aut forte alterum ad equestrem dignita-

tem evectum insectatur Poëta, lib. v. Epig. 14. 'Sedere primo solitus in gradu semper.'

2 *Sardonychata*] Habebat quippe annulum sardonycha ornatum quem gestabant equites Romani.

3 *Quæque Tyron*] Cujus lacernæ toties epotaverunt purpuram, id est,

Cujus olet toto pinguis coma Marceliano,

5

Et splendent vulso brachia trita pilo.

Non hesterna sedet lunata lingula planta,

Coccinea non læsum cingit aluta pedem;

Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.

Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.

10

*superare nives puras: cujus uncti crines redolent totum Marcelianum, et brachia leviter fulgent oculo pilo. Lingula non vulgaris apposita est calceis lunatis, pellis coccinea circumdat pedem inoffensum; et frequentia emplastra ungunt frontem stellantem. Ne quis sit? amove emplastra, leges.*

~~~~~

cod. Vat. Ald. Junt. Colin. &c.—6 Beverlandi Ms. *brachia tota*.—7 *Non extrema sedet* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Non hesterna* Pulmanni codd. *Cuique hesternus* legit Heraldus. *Non externa* legunt alii. Hæc voces 'hesternus,' 'externus,' et 'extremus' passim in codd. confunduntur, ut ap. Virg. *Æn.* viii. 543. Ovid. *Trist.* i. 3. 44. *Propert.* i. 1. 29. i. 3. 44. ii. 6. 19. ii. 16. 40. Vide Broukh. ad *Propert.* ii. 13. 40. Drakenb. ad *Sil. Ital.* ix. 209. Burm. ad *Lucan.* i. 314. et Markland. ad *Stat. Sylv.* i. 2. 100. *lunata lingula* Ald. Junt. Colin. Pulm. &c.—8 Beverlandi Ms. *pingit aluta*, id est, ornat: sunt et qui *stringit* legant.—9 Lipsius legit: *stantem splenia frontem*; cui astipulatur Ramires de Prado. Alii, *stellatam*.

NOTÆ

toties Tyrio murice tinctæ sunt. Lacerum vero togæ superinduebantur. lib. xiv. Epig. 137. 'Cum tegat argentes nostra lacerna togas.'

5 *Marceliano*] Unguento delibutus Marcelli unguentarii, cujus myropoliū exhausserat novus late eques.

6 *Et splendent*] Pumice levigata.

7 *Non hesterna* [*extrema*] Hoc est, testibus Ramiresio et Farnabio, non vulgaris, sed pretiosa. Legunt alii, et forte melius: *Cuique hesterna sedet*; id est, nova, ut notat hunc servum hominem novum, et hodie primum nobilitatum. Hoc sensu Persius Sat. iii. dixit 'hesternos Quirites' pro novis civibus. Judicet lector.

Lingula] Auream vel argenteam fibulam ad formam lingulæ intellige: lunatos autem calceos gestabant nobiles Romani. Lib. i. Epig. 50. 'Lunata nusquam pellis.'

8 *Non læsum*] Nam si læsum fascia coccinea, calceoque molliore fovisset,

reprehensione caruisset. *Raderus*.

9 *Stellantem*] Hoc est, nitentem, splendentem propter candorem fasciæ: vel a stellis fasciæ seu splenio ornatus causa attestis. Hæc Raderus. Legunt alii *stantem*, hoc est, frontem madidam fluentibus stillis unguenti Marcelliani.

Splenia] Emplastra quædam ex unguentis, vel medicamine aliquo, ad capitis dolorem, vel oculorum morbum adhibita: ut autem frontis honor et elegantia constaret, fascia candida adhibebatur, inquit Raderus. Porro quidam frontem liniebant unguento vel cerusa: deinde panniculum sive fasciam ponebant, quod splenium dicebatur: a quibusdam existimatum oculorum operimentum ad arcendam nimiam lucem. Lib. x. Epig. 23.

10 *Leges*] Ex literis fronti ejus inustis cognoscet eum fuisse servum stigmaticum.

XXX.

IN CAIUM.

MUTUA viginti sestertia forte rogabam,
 Quæ vel donanti non grave munus erat:
 Quippe rogabatur felixque vetusque sodalis,
 Et cujus laxas arca flagellat opes.
 Is mihi, Dives eris, si causas egeris, inquit.
 Quod peto da, Cai: non peto consiliū.

5

Forte petebam mutuo viginti sestertia, quæ vel danti non erat molestum donum. Etenim petebam a dicite, atque ab antiquo socio, et cujus arca premit divitias amplas. Ille mihi respondet, Opulentus fies, si dixeris causas. O Cai, dona quod rogo: non rogo consiliū.

1 Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528. habent, *sestertia*.—2 Beverlandi Ma. erant.—3 In antiq. ed. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis, cum cod. Palat. *fidusque vetusque*: Beverlandi Ms. *fidusque verusque*, obstante metro.

NOTÆ

4 *Arca flagellat*] Turnebus lib. XXI. cap. 4. Flagellare divitias, et flagellare annonam dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, et horreis fruges: quod invitas velut verberibus et carceribus coercitas erumpere foras non sinant. Vide lib. v. Epig. 18. lib. i. Epig. 18. et lib. III. Epig. 40. Papinius Sylvar. lib. II. 'Non tibi sepositas infelix strangulat arca Divitias.'

XXXI.

AD MARIANUM.

SÆPE ego Chrestillam futui. Det quam bene, quæris?
 Supra quod fieri nil, Mariane, potest.

1 *Sæpe ego Christinam f. det q̃ bene* in edd. vett. cum Junt. an. 1510. et Colln. an. 1528. Pulmannus, Jnnius, Langius, Ramirez, &c. legunt etiam *Christinam*, quod testatur Calderini codex antiquus.

NOTÆ

2 *Supra quod*] Intellige tam libidinosæ et nequiter dare Christinam, ut qui eam faciat, a coitu nequeat abstinere, quin defatigatus sit, effæto prorsus et enervato corpore. Ramiresius aliter explicat his verbis: Significavit, nempe Poëta, ex ambiguo ita male dare Christinam, ut supra, id est, iterum facere non possis. Ita ut si semel eam facias, non possis iterum. Verbum *Sæpe* repugnat huic sententiæ.

XXXII.

IN PONTICUM.

Lis mihi cum Balbo est; tu Balbum offendere non vis,
 Pontice: cum Licino est; hic quoque magnus homo est.
 Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum:
 Contra libertum Cæsaris ire times.
 Abnegat et retinet nostrum Laronia servum: 5
 Respondes, Orba est, dives, anus, vidua.
 Non bene, crede mihi, servo servitur amico.
 Sit liber, dominus qui volet esse meus.

Litigo cum Balbo, o Pontice, tu non vis in offensa esse apud Balbum: cum Licino, hic etiam est vir magnus. Patrobas vicinus crebro populatur meum agellum: metuis aggredi libertum Cæsaris. Laronia denegat et servat mancipium nostrum: respondes, Est sine liberis, opulenta, vetula, vidua. Mihi fidem adhibe, inhonestum est pati servitutem amici mancipii: qui cupiet esse herus meus, sit liber.

1 *Lis mihi cum Balbo est* cod. Junii; et sic edd. antiquiss. cum Ald. Junt. et Collin. *est* tamen deest in edd. Calderini et Gryph.—2 *Pontice, cum Licino; hic quoque* Junt. 1512. Collin. 1528. Gryph. et Pulman.—3 *Vexat* Junt. nostra in margine. 'Verso' et 'vexo' sæpius permutata. Vide Propert. III. 11. 1. III. 17. 12. Ovid. Epist. XII. 211. Val. Max. v. 1. 10. Hor. II. Epist. 2. 90. Barm. ad Ovid. Am. II. 2. 29. Græv. ad Cic. de Amic. 26. et Cort. ad Sall. Jug. cap. 14. *Protas confinis* Beverlandi Ms.—5 *Laronia* Pulmanus: *Latronia* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Lis mihi]* Acute carpit cauidi-cum hunc Ponticum, qui divitum gratia ductus opem suam negabat ipal. Usus est Poëta nominibus fictis, ut professus est Epistola lib. I. De Licino Persius Sat. II. Patrobii cuiusdam liberti Neronis mentionem facit Suetonius in Galba cap. 20.

Laroniæ vero meminit Juvencalis Sat. II. cujus orbæ hæreditatem cum capta-ret Ponticus, in eam dicere volebat.

7 *Non bene]* Epig. 18. supra, 'Esse sat est servum: jam nolo vicarius esse.' Ergo deinceps Ponticum colere non vult Poëta.

XXXIII.

IN PHILÆNIM.

CUR non basio te, Philæni? calva es.
 Cur non basio te, Philæni? rufa es.

Quare non osculor te, o Philæni? calva es. Quare non do tibi suavium, o

NOTE

1 *Cur non basio te]* Deformem hanc non basiabatur, quod ejus caput Priapi mulierem irridet Poëta, quam ideo speciem præ se fert.

Cur non basio te, Philæni? lusca es.
Te qui basiat, hic, Philæni, fellat.

Philæni? rufa es. Quare non libo tibi oscula, o Philæni? lusca es. O Philæni, qui te osculatur

4 *Te qui basiat, o Philæni* Ald. Junt. et Colin. *Hæc qui basiat, o Philæni* legit Gruterus.

XXXIV.

IN GALLAM.

CUM placeat Phileros, tota tibi dote redemptus,
Tres pateris natos, Galla, perire fame.
Præstatur cano tanta indulgentia cunno,
Quem nec casta potest jam decuisse Venus.
Perpetuam Di te faciant Philerotis amicam, 5
O mater, qua nec Pontia deterior.

O Galla, cum ardeas Philerotem a te conductum omni dote, sustines fame interire tres filios. faciant Dii semper ames Philerotem, o genitrix, qua nec peior Pontia.

6 Ed. Schrevel. exhibet, quia nec, forte ex incuria typothetarum. *Pontica* margini ascriptum habet Juntina nostra, i. e. *Pontica* mater, sive Medea: hanc lectionem firmant membranæ Arondel. et codd. bibliothecæ Leidensis.

NOTE

1 *Redemptus*] Forte illum ex servitute redemerat; vel conduxerat ejus operas, ut interpretatus sum.

2 *Galla*] Tam vetula erat, ut nec jam de nuptiis legitimis cogitare debuerit: attamen tanta libidine ardebat, ut in suum mæchum omne patrimonium effunderet: sic ergo sibi decrepitæ nimium indulgebatur.

5 *Di te faciant*] Phileros veneficus uxores suas veneno necabat. Martialis igitur quasi prædicens futurum

Gallæ interitum optat ex commiseratione, ut perpetua sit Philerotis amica, id est uxor. Lib. x. Epig. 48. 'Septima jam, Phileros, tibi conditur uxor in agro: Plus nulli, Phileros, quam tibi reddit ager.'

6 *Pontia deterior*] Juven. Sat. vi. 638. 'sed clamat Pontia, Feci, Confiteor, puerisque meis aconita paravi.' Legunt alii *Pontica*, et Medeam interpretantur, quæ suos liberos crudeliter necavit.

XXXV.

AD PHŒBUM.

CUM sint crura tibi, simulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteris, Phœbe, lavare pedes.

O Phœbe, cum habeas crura quæ representent cornua Lunæ, poteris ablucere pedes in rhytio.

1 Cum sint pura Junt. 1512. et Colin. 1528. quod correctum est in Junt. nostra.—2 In rhytio oteris in iisdem edd. et corr. in nostra poteris ab antiqua manu. Imbrutio poteris legendum putat Perotus: In rhidio poteris Domitius Calderinus. In Brythio codex Thuan. 'Pordv' in Epig. ap. Salm. in Solin. p. 638. item Heronem in Spiritalib. Ulplanum in Demosth. p. 679. Brythii figuram habes in Part. 2. Antiquitat. Alex. Petavii. Attamen cum Thuan. ceterique codd. habeant Brythio, forte hic locum habet *Spordv*, de quo Are-tæus p. 14. 112. *Spordv* Æoles.

NOTE

2 Phœbe] Cornibus Lunæ similia crura habebat Phœbus, seu varus erat, diductis nempe poplitibus, plantis vero coëuntibus: Itaque dicit Poëta posse Phœbum in rhytio lavari: *pordv*, rhytum, poculi genus est cornibus

simile, sed perforatum, ex quo tenuissime profuente vino inferne bibitar. Rhytium vero est diminutivum. De Rhyto agit Athenæus lib. x. et lib. xi.

XXXVI.

AD PANNICUM.

PECTERE te nolim, sed nec turbare capillos.
Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum.
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.

Nolim a te componi crines, sed nec confundi. Non libet ut cutis nitent, nec libet aequalat. Nec habeas barbam mitrarum nec sentium. O Pannice, non mihi

1 *Flectere* te nolim legendum censent Gruterus et Gnillelmus; quod malit etiam Ramires, et in textum recepit Barbou Par. 1754. At vide Var. No-

NOTE

3 Nec tibi mitrarum] Mitræ sunt ornamenta mulierum. Sensus est: Ne barbam omnino reseces fœminarum more: vel ne elegantius barbam componas, ut solent homines effœminati. *Pectere*: alii, *Flectere*.

3 Barba reorum] Qui barbam pro-

missam et squalidam alebant, ut commiserationem excitarent.

4 Virum nimium] Horridum et pilosum, sed volo teneas medium. Ovidius Art. Am. lib. i. 'Forma viros neglecta decet.'

Sunt tibi crura pilis, et sunt tibi pectora setis 5
 Horrida: sed mens est, Pannice, vulsa tibi.

placet vir nimium, aut parum. Nunc crura horrescunt pilis, et stomachus pilis; sed, o Pannice, habes animum depilatum.

tas.—5 *Nunc tibi crura* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulm. Lang. Ramires, Julian. Delph. Farnab. &c. *Sunt tibi* in textu habet Schrevel. et in Notis *Nunc tibi*. Barbou habet etiam, *Sunt tibi*.—6 *Pro vulsa* sunt qui legant *volva*.

NOTE

6 *Mens vulsa*] Alii *volva*. Meta- neque vulsa est: at menti tribuit phora est: mens enim neque hirsuta, quod effeminato corpori convenit.

XXXVII.

IN CÆCILIANUM.

QUICQUID ponitur hinc et inde, verris :
 Mammas suminis, imbricemque porci,
 Communemque duobus attagenam,
 Mullum dimidium, lupumque totum,
 Murenæque latus, femurque pulli, 5
 Stillantemque alica sua palumbum.
 Hæc cum condita sunt madente mappa,
 Traduntur puero domum ferenda.

Quicquid apponitur hinc et inde, rapis; papillas suminis, et imbricem porci, atque attagenam communem duobus, dimidium mullum, atque integrum lupum, et latus murenæ, et femur pulli, et palumbum stillantem sua alica. Cum hæc involuta sunt mappa madida, servo dantur portanda domum. Nos otiosa turba

Hoc Epigramma inscribitur in Thuan. *In Cæcilianum competam*.—6 *Stel-*

NOTE

3 *Suminis*] Quod farcimen erat e papillis porcæ statim ab edito fœtu interfectæ. Lib. XIII. Epig. 44.

Imbricemque porci] Alii interpretantur vertebram dentis costis, alii vero auriculam.

3 *Communem attagenam*] Duobus convivis appositam: avis est saporis exquisiti. Lib. XIII. Epig. 61.

4 *Mullum lupumque*] Pisces delicatos.

6 *Alica*] Genus præstantissimi tritici, quo saginatus erat palumbus: hic sumitur alica pro pinguedine ipsa, vel pro condimento ex alica confecto quo perfusus erat palumbus.

7 *Hæc cum*] Solebant Romani ad convivias mappas ferre, et præcipue il qui rogato convivii rege quosdam cibos ferre domum volebant. Lib. XII. Epig. 29.

Nos accumbimus otiosa turba.

Ullus si pudor est, repone cœnam :

10

Cras te, Cæciliane, non vocavi.

accumbimus. Si quæ verecundia est, restitue canam: O Cæciliane, non te invitavi cras.

lantemque halyca Beverlandi Ms.—11 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. et Collin. *vocavi*: Pulmannus alique, *vocabo*. Sed Domitius Calderius et Heraldus bene monent legendum *vocavi*; i. e. cœnam paravi ut edas hic, non ut serves in crastinum.

NOTÆ

9 *Otiosa turba*] Collectivum nomen jungitur numero plurali: hoc est, accumbimus otiosi, nihil habentes in quo dentes exerceamus.

11 *Non vocavi*] Solæcismus est, sed

argutissimus, *cras non vocavi*, nimirum non in crastinum, sed hodiernum diem te invitavi, ergo repone cœnam. Domitius reposuit *vocavi*, cum legeretur *vocabo*.

XXXVIII.

IN LINUM.

QUID mihi reddat ager, quæris, Line, Nomentanus?

Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

O Line, rogas quid percipiam ex Nomentano fundo? id percipio ex fundo, o Line, non te aspicio.

In hujus Epigrammatis lectione haud variant libri manuscripti aut typis impressi.

NOTÆ

2 *Non video*] Ut fugeret Linum sibi modi præstabat, quod ipsi Lini con-
invisum, secedebat Poëta in agrum, spectum auferret.
qui, alioquin sterilis, satis tamen com-

XXXIX.

DE MUNERIBUS MŒCHÆ.

COCCINA famosæ donas et ianthina mœchæ.

Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

Das coccina et ianthina infami adultera. Placet largiri dona, quibus digna est? mitte togam.

1 Helms. ad Ovid. Epist. ix. 78. *ianthina*: Schrevel. in ed. prima, ut et Farnabius, *janthina*.

NOTÆ

1 *Coccina et ianthina*] Vestes intel-
lige purpureas et violaceas.

2 *Mitte togam*] Matronarum stola,
meretricum vero et adulterarum de-

NOTÆ

prehensarum toga erat propria. Lib. 'est mœcha Fabulla: Damnetur, si x. Epig. 52. 'Thelin viderat in toga vis, etiam Carfinia: 'talem Non spadonem, Damnatam Numæ dixit met damnata togam.' esse mœcham.' Juvenalis Sat. II.

XL.

IN TONGILIUM.

URI Tongilius male dicitur hemitritæo.

Novi hominis mōres: esurit, atque sitit.

Subdola tenduntur crassis modo retia turdis:

Hamus et in mullum mittitur atque lupum.

Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Optimi: 5

Condantur parco fusca Falerna vitro.

Omnes Tongilium medici jussere lavari.

O stulti, febrem creditis esse? gula est.

Immerito dicitur Tongilius ardere hemitritæo. Mihi compertum est hominis ingenium: premitur fame et siti. Fallaces plagæ tantummodo tenduntur pinguibus turdis, et hamus dirigitur in mullum et lupum. Cæcuba liquentur, et quæ maturavit annus Optimii: subnigra Falerna apponantur vitro medico. Omnes medici præceperunt abluere Tongilium. O dementes, an putatis esse febrem? helluatio est.

In Tongilium gulosum lemma est in Beverlandi Ms.—2 Novi hominis fraudes in quibusdam.—3 Beverlandi Ms. nunc retia turdis; quod citat etiam Pulmannus. Edd. vett. habent: modo retia turdis.—5 Hadrianus Turnebus lib. XVII. c. 18. et lib. XXIII. c. 24. e veteri codice legit, saccentur: vide lib. XIII. Epig. 61. Beverlandi Ms. habet, sincentur: edd. vett. omnes, siccentur. Beverlandi Ms. Optimus: Colin. an. 1528. Optimii.—6 Beverlandi Ms. fusca Falerna; et sic Juntina nostra in marg.

NOTÆ

1 *Tongilius*] Gulosus, qui, ut bene cœnaret, febri laborare se simulabat. Hemitritæus est semitertiana febris.

3 *Modo*] Alii nunc, hoc est, morbum simulat ut ab amicis turdos et pisces delicatos statim accipiat. Tongilii quosdam meminit Juvenalis Sat. VII.

5 *Cæcuba saccentur*] Id est, colo transmittantur, de vino Cæcubo dicemus lib. XIII. Epig. 115. Alii *siccentur*, quæ lectio viris doctis non pro-

batur.

Annus Optimi] Id est, vinum Optimianum; eo enim anno quo L. Optimus consulatum gessit, fuit temperies cæli ad vini maturitatem aptissima. Lib. I. Epig. 27. et lib. XIII. Epig. 113. de Falerno lib. XIII. Epig. 111.

6 *Parco vitro*] Exiguo calice propinquetur illi, quod cum esset generosissimum, modice sumtum vel bibaci sufficiebat.

XLI.

IN MAXIMINAM.

RIDE, si sapis, o puella, ride,
 Pelignus, puto, dixerat Poëta:
 Sed non dixerat omnibus puellis.
 Verum ut dixerit omnibus puellis,
 Non dixit tibi; tu puella non es: 5
 Et tres sunt tibi, Maximina, dentes;
 Sed plane piceique, buxeique.
 Quare si speculo mihi que credis,
 Debes non aliter timere risum,
 Quam ventum Spanius, manumque Priscus: 10
 Quam cretata timet Fabulla nimbum,
 Cerussata timet Sabella solem.

Pelignus vates, opinor, dixerat, Ride, o puella, si sapis: sed non dixerat omnibus puellis. Licet dixerit omnibus puellis, non dixit tibi. Tu non es puella. Et habes tres dentes, o Maximina, sed prorsus piceos et buxeos. Quapropter si adhibes fidem speculo et mihi, non debes metuiere risum minus, quam Spanius ventum, et Priscus manum; quam Fabulla cretata metuit pluviam, et Sabella cerussata

4 Verum ut dixerit in edd. vett. Quamvis dixerit Ald. Junt. Colln. Gryph. Junian. Pulman. &c.—10 Quam ventum Panius Beverlandi Ms. Cum e codice Viennensi afferat Gruterus, Quam ventum vacuus pro edentulo, et lippus pro Priscus, P. Scriverius legendum suspicatur: Quam ventum catus, (sive, catius) manumve lippus; qui ægre incedit propter crurum distortorum vitium.—11 Pro Fabulla in Beverlandi Ms. tabula.—13 Vultus fangs tuos ex Pulmanni

NOTÆ

3 Pelignus Poëta] Ovidius. Peligni populi Italiae, hodie Valva, Ovidii patria. Domitius putat Martialem alludere ad quosdam versos de Arte Amandi, quales est iste lib. iii. 'Speculantem spectas: ridenti mollia ride.' Alii putant Ovidii versum esse integram petitem ex Medea. Angelus vero Politianus esse ex Epigrammatibus Ovidii, non ex Medea. Nam quorum Phaleucium in tragedia aut Medea? Ab Angelo Politiano stare placet. Hæc ex Radero.

3 Sed non dixerat] Quæ enim nigros dentes habent, aut edentulæ

sunt, ridere non debent.

10 Spanius, Priscus] Hos obiter perstringit, quorum alter studiosius capillos componebat; alter vero cum elegantiores haberet vestes manu nolebat tangi, lib. iii. Epig. 63. 'Pallia vicini qui refugit cubiti.' Et lib. x. Epig. 88.

11 Cretata Fabulla] Plinius lib. xxiv. cap. 17. cretæ plura genera enumerat. Alia, inquit, creta argentaria appellatur, nitorem argento reddens; quæ sane utebatur Fabulla, quæ timebat pluviam, ne fucus ille madidus diffunderet.

Vultus indue tu magis severos,
Quam conjux Priami, nurusque major.

Mimos ridiculi Philistionis,

15

Et convivia nequiora vita,
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.

Te moestæ decet assidere matri,

Lugentique virum, piūque fratrem,

20

Et tantum tragicis vacare Musis.

At tu, judicium secuta nostrum,

Plora, si sapis, o puella, plora.

metuit Solem. Tu compone vultum ad severitatem magis quam uxor Priami, et nurus major. Fuge mimos ridiculi Philistionis, et epulas lasciviores, et quicquid jocularibus dictis pandit labra risu aperto. Tibi convenit assidere genitrici dolenti et morienti maritum, et piū fratrem, et solummodo operum dare Musis tragicis. Sed tu obsecula monitis nostris, o puella, lacrymare, si sapis, lacrymare.

~~~~~

editione affert Langius.—12 *Cerussata* timet tabella Beverlandi Ms.—18 *Laxat* perapicuo in eodem.

## NOTE

12 *Cerussata*] Cerussa genus est pigmenti quo illinitur vultus ad candorem conciliandum, et calore Solis liquefit. De hoc pigmento Plin. libro citato.

14 *Conjux Priami*] Quam moesto et severo vultu introducunt Poëtæ.

*Nurus major*] Andromache Hectoris uxor, quæ major nurus erat, cum nupsisset Hectori primogenito Priami ex Hecuba; minor vero nurus Helena Paradis adultera.

15 *Mimos*] Poëmata sunt ad excitandum risum. Phillistio comicus Sardinianus mortuus est Socratis tempore, et quidem risu immoderato, teste Suida.

19 *Mæstæ matri*] Sensus est: As-

sidere debes Hecubæ moestæ, Andromachæ Hectorem maritum lugentem, et Electræ Orestem fratrem desentem, cum de illis fabula agitur. Assidere autem dixit, quod sederent antiqui dum mortuos ingerent. Tibullus lib. II. Elegia 7. 'Illius ad tumulum fugiam, supplexque sedebo, Et mea cum muto fata querar cinere.'

20 *Piūque fratrem*] In patrem nempe Agamemnonem, cujus mortem ultus est occisus sua matre Clytemnestra; vel in Pyladem, pro quo mori cupiebat.

21 *Tragicis vacare Musis*] Quæ luctuosa tantum et tristia exhibent spectacula.

## XLII.

## IN ZOILUM.

ZOILE, quid solium sublato podice perdis?

Spurcius ut fiat, Zoile, merge caput.

O Zoile, quid contemnas solium ablato podice? ut imparius fiat, immerge caput.

1 Barthius in codice quodam legit, *perdis*; unde conjicit haud inepte: *quid solio sublato podice parcis?* Cf. lib. x. Epig. 96.—2 *Spurcius ut fiat* Beverlandi Ms.

## NOTÆ

1 *Solium*] Vas quo in balneis mulieres utebantur, et in quo sedentes lavabantur. Suetonius in Augusto cap. 82. 'Contentus hoc erat, ut in-  
sidens ligneo solio, quod ipse Hiapa-

nico verbo daretam vocabat, manus ad pedes alternis jactaret.' Lib. vi. Epig. 81. et lib. xi. Epig. 96.

2 *Merge caput*] Quod cum obscenam sit, magis fedabit solium.

## XLIII.

## IN CANDIDUM.

CANDIDE, κοινὰ φίλων, hæc sunt tua, Candide, πάντα,

Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.

Te Lacedæmonio velat toga lota Galeso,

Vel quam seposito de grege Parma dedit.

O Candide, hæc sunt tua verba, Omnia amicorum communia, quæ tu ostentator jactas die et nocte. Tu togam induis lotam Galeso Lacedæmonio, vel quam

1 *Candide κοινὰ φίλων* Junt. an. 1512. sed in Colin. an. 1598. vacuum reliquit spatium. Pulmannus e suo codice affert: *Κοινὰ φίλων hæc sunt tua* semper, *Candide, κοινὰ* alia lectio est: *Κοινὰ φίλων hæc sunt, hæc sunt tua, Candide, κοινὰ* et hanc reposuit Ed. Par. an. 1754. *hæc sunt tua, Candide, cæna* Beverlandi Ms. *hæc sunt tua, Candide, verba* malit Schrevelius.—4 In marg. ed. Lut. Par. 1617. fol. 'In manuscripto lectio est ambigua mihi, propter implicitum literarum tractum, Creta, an *Acerra* legendum sit. Creta

## NOTÆ

3 *Toga lota Galeso*] Oves in Galeso fluvio Tarentino lavabantur, ex quarum nobili vellere togæ conficerentur. Lacedæmonium dixit, quia Ta-

rentum condiderunt Lacedæmones.

4 *Parma*] Italiæ urbs nota. Lib. xiv. Epig. 155. 'Velleribus primis Apulia, Parma secundis.'

At me quæ passa est furias et cornu tauri, 5  
 Noluerit dici quam pila prima suam.  
 Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas:  
 Non vendes nummis coccina nostra tribus.  
 Tu Libycois Indis suspendis dentibus orbes:  
 Fulcitur testa fagina mensa mihi. 10  
 Immodici tibi flava tegunt chrysendeta nulli:  
 Concolor in nostra, cammare, lance rubes.  
 Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:  
 At mihi succurrit pro Ganymede manus.

*donavit Parma de grege electo. Verum illam indno, qua sustinuit furores et cornu tauri, quam suam prædicari recusaverit pila prima. Tellus Cadmi ex Agenore nati misit ad te lacernas: tribus vero nummis non vendes coccina nostra. Tu pedibus eburneis fulcis mensas Libycois: ego testa fulcio mensam faginam. Ingentes nulli implent flava tua chrysendeta: o cammare, rubes eodem colore quo lance mea. Grex tuus poterat contendere Trojano cinædo: sed ego pro Ganymede*

ovium ferax fuit, et *Acerra* oppidum Campaniæ Glani æmne notum.'—5 Cod. Rodleianus exhibet: *Arctosi cornu tauri*; quam lectionem testantur etiam edd. vet. Ald. Junt. Colln. et Gryph.—10 *Fulcitur terra* in Jantiam nostræ marg. mendose: male enim interpretantur *et testa*, nonnulli ex Ovidio Met. VIII. 'mensæ sed erat pes tertius impar: Testa parem fecit.' Calderinus alique aiunt, fictiles fulcis pedes. Martialis mens intelligatur a Juvenal. Sat. III. 204. 'urceoli sex, Ornamentum abaci: necnon et parvulus infra Cantharus, et recubans sub eodem marmore Chiron;' ubi per 'sub eodem marmore' innuit Poëta, Chironis effigiem trapezophorum testaceum fuisse, et ex eadem materia, quæ cantharus.—12 *Cammare* in Junt.

## NOTE

6 *Pila prima*] De pilis, quæ trita et lacera veste induebantur, ut tauris obficerentur, dictum est lib. Spect. Epig. 19. et 22. Dicitur prima, quia ordine disponebantur illæ pilæ, humanæ scilicet effigies villissimis pannis indutæ: prima autem erat, quæ primum taurorum impetum patiebatur.

7 *Cadmi terra*] Tyrus nempe tibi mittit vestes purpureas.

8 *Coccina nostra*] Ironici pannos suos vocat coccineas lacernas, quas negat valere tribus sestertiis nummis.

9 *Libycois orbes*] Periphrasis mensarum, quæ fiebant e citro, quo abundat Atlas mons Libyæ. Lib. XIV. Epig. 89.

*Indis dentibus*] Hoc est, pedibus eburneis. Juvenal. Sat. XL 121. 'lotos nisi sustinet orbes Grande ebur.' Nempe ex dentibus elephantorum, quibus abundat India. Virgilius Georg. I. 'India mittit ebur, molles sua thura Sabæ.'

11 *Chrysendeta*] Turnebus lib. XIV. cap. 3. Chrysendeta vasa doctissimi viri explicant crustis aureis illigata et exornata: ut in Martiale lib. II. Epig. 43. Ego vasa gemmata esse puto, quorum gemmæ consorti et contextu tenerentur.

12 *Cammare*] Villissimus ex cancrorum specie piscis cammarus fictilis suis lancis rubrum colorem referebat.

13 *Grex tuus*] Pueri tui de elegan-

Ex opibus tantis veteri fidoque sodali

15

Das nihil, et dicis, Candide, κοινὰ φίλων?

utor manu mea. Ex tantis divitiis nihil largiris antiquæ et fideli amico, et prædicas, o Candide, communia amicorum.

## NOTÆ

tia et venustate cum Ganymede disputare possunt. In Ida monte fuit Ganymedes ad cælum raptus ab aquila Jovis, cui servus a mensa dic-

tus est.

14 At mihi] Ego vero mihi ipsi servio: alii aliter explicant ex lib. ix. Epig. 43. et lib. xi. Epig. 74.

## XLIV.

## IN SEXTUM.

EMI seu puerum, togamve pexam,  
Seu tres, ut puto, quatuorve libras;  
Sextus protinus illę fœnerator,  
Quem nostis veterem meum sodalem,  
Ne quid forte petam, timet, cavetque;  
Et secum, sed ut audiam, susurrat:

5

Sive mercatus sum servum, aut togam politam, sive tres, ut opinor, aut quatuor libras; subito Sextus ille fœnerator, quem scitis antiquum meum esse amicum, metuit ne quid forte rogem, et cavet, et secum mutit, sed ut auscultem, Debeo Secundo

2 *Seu tres, vel puto* Junt. an. 1512. et Colln. 1528. ut *pote* in quibusdam aliis. Gruterus conj. ut *puta*; suspicabatur tamen majus subesse vitium, cui sanando se non esse proficetur. Heraldus, quem sequitur Raderus, *computo* legit, et existimat summam esse aliquam pecunie, quam Martialis secum audiente Sexto forte computabat. Ad *tres, ut puto*, conj. Ant. de Rooy: de qua constr. adeas Cannegiet. ad Avian. Præfat. et Oudendorp. ad Sæton. Cæs. c. 29. ut *puto*, inquit, valet h. l. non, ut alias, 'ut opinor'; sed 'ut calculum pono': neque obstat, quod versu priore *quæ* pro *vel* subjungat *quæ* *sive*: ita et Flor. lib. iv. cap. 2. ubi vide Duker. et lib. iii. Epig. 5. Consule etiam Miscell. Obs. Vol. ix. 216. Schrevel. proposit: *Seu tres supputo*; quem vide in Var. Notis.—6 *Et secum sic, ut audiam* in edd. vett. Ald. Junt. Colln. Gryph.

## NOTÆ

1 *Togamve*] Pexa toga est nova et polita. Epig. 58. infra, 'Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita.'

2 *Ut puto*] Heraldus legit, *computo*, existimatque, summam esse aliquam pecunie quam Martialis secum audiente Sexto forte computabat: at tamen cum loquatur Poëta de emtionibus suis, alii melius meo judicio retinent, ut *puto*, quod interponitur

dubitationis causa, deficiente scilicet memoria, atque argenti facti libras intelligit poëta: forte legendum *libros*, non *libras*. Statim vero, inquit Poëta, rationes suas secum tacite computat Sextus, ita tamen ut audiam, ne forte ab ipso pecuniam mutuer. Vide lib. vii. Epig. 85. ubi de libra argenti.

Septem millia debeo Secundo;  
Phoebo quatuor; undecim Phileto;  
Et quadrans mihi nullus est in arca.  
O grande ingenium mei sodalis!  
Durum est, Sexte, negare, cum rogaris:  
Quanto durius, antequam rogeris!

10

*septem millia, Phaebo quatuor, Phileto undecim, et nullum habeo quadrantem in arca. O mentem sublimem mei amici! O Sexte, grave est, recusare, cum a te petitur; quanto gravius priusquam petatur.*

NOTE

- 10 *O grande*] Per ironiam ingenium reprehendit, quod preces atque ejus petitionem occupasset.  
11 *Durum est*] Acute Sextum ava-

XLV.

AD GLYPTUM.

QUÆ tibi non stabat, præcisa est mentula, Glypte.  
Demens, cum ferro quid tibi? Gallus eras.

*O Glypte, reseruisti penem, qui non arripebat. O stulte, quid tibi opus ferro? Gallus eras.*

2 *Demens cum testa quid tibi?* margini ascriptum habet Juntina nostra. Hoc redolet Glossam; Samia namque testa Gallos sibi virilitatem seculasæ tradit Cælius ap. Plin. xxxv. 12. Cf. etiam Juvenal. Sat. vi. 514. Catull. lxxiii. 5. et Ovid. Fast. iv. 237. Eos tamen ferro sibi virilia amputasse, contendit Lactant. v. 9.

NOTE

- 2 *Gallus*] Galli sacerdotes Cybeles cidere mentulam, cum esset eviratus: Samia testa sibi resocabant genitalia: at non debuit Glyptus sibi præ-

XLVI.

IN NÆVOLUM.

FLORIDA per varios ut pingitur Hybla colores,  
Cum breve Sicanis ver populantur apes;

*Quemadmodum flores Hybla depingitur diversis coloribus, cum apes vere depas-*

- 1 *Florida per varios ubi* Beverlandi Ms.—2 Cagnerius legit ex veteri co-

Sic tua suppositis perlucet praela lacernis :

Sic micat innumeris arcula synthesibus.

Atque unam vestire tribum tua candida possunt,

5

Apula non uno quæ grege terra tulit.

Tu spectas hyemem succincti lentus amici,

(Pro scelus!) et lateris frigora trita mei.

Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,

(Quid renuis?) non te, Nævole, sed tineas?

10

cuntur caducos Sicilia flores; ita tua praela niteant subjectis lacernis: ita arca collucet innumeris synthesibus. Atque tua lana possunt vestire unam tribum, quas de multis gregibus produxit Apulia. Tu immisericors aspicias frigus sodalis succincti (o nefas!) et metuis frigus, cui subijciunt latus menum vestes tritæ. Quanti erat momenti privare duobus pannis! Ne timeas, non te, o Nævole, sed tineas.

dice: Sic tua compositis perlucet praela lacernis. Ramires: Sic tua appositis perlucet praela lacernis. Langius: Sic tua appositis perlucet praela lacernis. Pulmannus: Sic tua compositis perlucet. Beverlandi Ms. collucet praela lacernis; quam lectionem citat etiam Pulmannus. Nostram testantur ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Collin. Gryph. &c.—5 Ald. Junt. Collin. &c. tua vellera: sed optimi codd. habent tua candida, i. e. tuæ togæ candidæ, ut Epig. 58. 'mea trita:' quod qui non caperent, alterum subjecerunt.—8 Codex Thuan. et later frigora: Vat. et lateri. Alii legunt: et lateris frigora trita tui. Lipsius: et lateris frigora tute times; edd. namque vett. habent: et lateris frigora tuta times. Vide Delph. et Var. Notas.—10 Nostram lectionem testantur nonnulli codd. cum edd. antiquiss. Ferrar. an. 1471. &c. Non metuas mortem Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. &c. Ne metuas, non te Ramires. Quid metuis monte Thnan. Quem renuis non te codex Vaticanus. timpas pro tineas habet Beverlandi Ms. timeas Junt. an. 1512.

#### NOTÆ

1 *Hybla*] Mons Siciliæ floribus omnis generis abundans, quos breves seu caducos veris tempore depascuntur apes.

3 *Sic tua*] Nam vestes, quo nitidiores essent, prelia premi solebant. Vulgata lectio habet: *Sic tua appositis perlucet praela lacernis*. Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ cap. 1.

4 *Synthesibus*] Hoc loco accipitur synthesis pro quavis veste, ut plurimum vero significat vestem cœnatoriæ. De illius usu varia est mens interpretum. Vide lib. xiv. Epig. 1.

7 *Lentus*] Id est, sine misericordia. Lenti enim spectare dicuntur, qui nec ad commiserationem nec ad iracundiam commoventur: *succincti* vero, hoc est, pene nudi, et quasi ad

iter capessendum accincti.

8 *Et lateris*] Hoc est, sodalis; latus enim, ut alunt interpretes, sumit Poëta pro laterone, qui latus cingit. *Frigora trita*] Id est, frigora, quæ admittunt tritæ lacernæ. Lipsius legit *frigora tute*, hoc est, Ego, o Nævole, adeo frigeo, ut in ipse, quantumvis vestibus tuis securus, verearis ne menum frigus ad te perveniat. Forte melius legeretur *frigora tanta mei*. Hic locus perobscurus est. Vulgata lectio habet, *frigora tuta*, id est, Ego tantopere algeo, ut tu, licet tutus et munitus multis vestibus, nihilominus timeas frigus, quo corripior.

10 *Quid renuis?* [*Ne metuas*] Hoc est, Quanti erat momenti, o miser, privare duobus pannis? ne metuas, non

## NOTÆ

dico te privare, o Nævole, sed duobus pannis defraudare tineas, a quibus vestes tuæ in arca inclinæ corroduntur. Legit Heraldus: Quid remis? non te, Nævole, sed tineas. Vulgata lectio habet: Non metuas mor-

tem, Nævole, sed tineas. Quæ ultima lectione recepta subaudiendum esset, 'non te,' post hemistichion non metuas mortem; hoc pœnem; Ne timeas mortem; non te fraudare quære, sed tineas.

## XLVII.

## IN GALLUM.

SUBDOLA famosæ, moneo, fuge retia mœchæ,

Leviore conchis, Galle, Cytheriacis.

Confidis natibus? non est pædico maritus.

Quæ faciat duo sunt: irrumat, aut futuit.

Hujus Epigrammatis lectio non variat in membranis aut exemplaribus impressis.

## NOTÆ

1 Moneo] Nam si te deprehenderit maritus, non pædicabit; nec enim gaudet natibus, quibus confidis ei te soluturam, te enim irrumabit.

2 Conchis Cytheriacis] Id est, marinis, vel veneris, quod concha vecta est ad littus Venus orta mari.

## XLVIII.

## AD RUFUM.

CAUPONEM, laniamque, balneumque,

Tonsorem, tabulamque, calculosque,

Et paucos, sed ut eligam, libellos:

Unum non nimium rudem sodalem,

Et caram puero meo puellam,

Et grandem puerum, diuque levem:

O Rufe, suppedita mihi vel Bitonti cauponem, et laniam, et balneum, tonsorem, tabulamque lusoriam, et calculos, et paucos libellos, sed a me electos, unum amicum mediocriter eruditum, et puellam gratam meo seruo, et grandem puerum diu imberbem; et tu fruere thermis Neronis.

5. 6 Hi duo versiculi in ed. Barbou Par. 1754. transpositi: sic etiam legantur in Ald. Junt. Colin. et quibusdam aliis. Nostrum ordinem servant Fulman. Langius, Junius, Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. Delph. et Maijtajr.

## NOTÆ

5 Et caram puero] Qui amore irretitus domi assiduus esset.

Hæc præsta mihi, Rufe, vel Bitonti ;  
Et thermas tibi habe Neronianas.

—7 *Bitontis* Junt. an. 1512. et Collin. an. 1528. *Bitontis* legit Scriverius : Jac. Bononiensis Annot. cap. 8. emendat *Bisuntos*, quod oppidum est Hispaniæ ap. Ptolemæum.

## NOTE

7 *Vel Bitonti*] Legunt alii *Bitontis*, amœniores: ego autem vel in obcuris-  
quod obscurum erat Apulim oppi- simo oppido rebus supra enumeratis  
dum. contentus ero.

8 *Thermas Neronianas*] Ceteris nempe

## XLIX.

## DE THELESINA.

UXOREM nolo Thelesinam ducere: quare?

Mœcha est: sed pueris dat Thelesina: volo.

Et hic nulla lectionis varietas reperienda est in exemplaribus scriptis aut excusis.

## NOTE

2 *Dat Thelesina*] Sui copiam. pœnas talionis dent. Epig. 47. supra,  
*Vole*] Ut mihi pueri deprehensi et lib. x. Epig. 40.

## L.

## IN LESBIAM.

QUOD fellas, et aquam potas, nil, Lesbia, peccas.

Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.

2 *Qua tibi parte decet sumere oportet aquam* Juntina nostra in margine; sed hoc jugulat sensum, quem intelligi vult Martialis.

## NOTE

1 *Nū peccas*] Hoc est, Non erras: ex more aliarum fœminarum, quæ a  
cum enim fellatione ora pollueris, coitu lavant rã albã.  
ideo recte facis, si aquam potas, et

## LI.

## IN HYLLUM.

UNUS sæpe tibi tota denarius arca

Cum sit, et hic culo tritior, Hylle, tuo;

## NOTE

1 *Unus sæpe*] Hyllum pathicam in- tur, et ipse fame peribat. *Ramiresius*.  
sectatur, quod pauperrimus cum es- 2 *Tritior*] Trita moneta villior erat,  
set, bene vasatos quærebat, et iis si ideo laudata aspera, quod nova, nec  
quam pecuniolam habebat, largieba- manuum tritura levior. *Idem*.

Non tamen hunc pistor, non auferet hunc tibi caupo ;

Sed si quis nimio pene superbus erit.

Infelix venter spectat convivia culi,

5

Et semper miser hic esurit, ille vorat.

4 Ald. Junt. Colin. *pene superbus erit*. Cetera, nulla varietas est in exemplaribus aut manu exaratis aut prelo excusis.

## LII.

DE DASIO.

NOVIT loturas Dasius numerare : poposcit

Mammosam Spatalen pro tribus, illa dedit.

*Dasius cognovit loturas : petiit a mammosa Spatale, illa dedit pro tribus.*

*De Spatale* inscribitur in Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528.—1 *Novit loturas* in iisdem. *Novit licturas* in aliis. Sealiger ad Propert. iv. 3. 36. legit: *Novit loturas*, cum hac Nota: 'Hic simpliciter loturas sunt obsequii sed translatus pro eo, quod jam dixi, et quod non nominabo. Locus ille Martialis aliter, et vitiose, editus est.'

### NOTÆ

1 *Novit loturas*] Hoc est, eas quæ lavare cupiunt. Alii *licturas*, minus bene.

3 *Mammosam*] Spatales mammarum tantæ erant magnitudinis, ut trium mulierum locum occuparet, atque ita

triplicem mercedem ab ipsâ exegit balnearior. Hic sensus præ aliâ obsequii explicatione quidem placet: nempe Spatale et dum illius mammarum trium locum occupabant.

## LIII.

IN MAXIMUM.

VIS fieri liber? mentiris, Maxime, non vis:

Sed fieri si vis, hac ratione potes.

Liber eris, cenare foris si, Maxime, nolis:

Veientana tuam si domat uva sitim:

*Cupisne consequi libertatem? mentiris, o Maxime, non cupis: sed si cupis, licet hoc modo. O Maxime, liber fies, si recuses captare alienam carnem: si vinum Vel-*

### NOTÆ

3 *Cenare foris*] Durum enim est aliena vivere quadra, ut docet Juvenalis Sat. v. Lib. ix. Epig. 11. 'Liber

non potes, et gulosus esse.'

4 *Veientana*] Vinum ex agro Vel-  
entano villosissimum.

Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnæ:

5

Contentus nostra si potes esse toga:

Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse:

Si tua non rectus tecta subire potes.

Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,

Liberior Partho vivere rege potes.

10

*entium restinguit sitim: si potes contemnere chrysendeta infelicia Cinnæ: si potes contentus esse nostra toga: si domas venerem plebeiam duobus assibus: si potes incurvus ingredi tuam domum. Si habes hanc vin, et tantum imperium in te, potes ducere vitam liberiores rege Parthorum.*

7 Pro vincitur Heinsius legendum putavit, *jungitur*; quod probant viri docti. Ovid. 'Quique sui Venerem iunxit eum fratre mariti.' Hæc duo verba sæpe permutantur. Vide nos ad Catull. lxi. 68. ad Tibull. i. 1. 64. et Broukh. ibid. Burm. ad Propert. iv. 2. 44. Heins. ad Ovid. Met. i. 121. viii. 248. Drakenb. ad Liv. Tom. iii. p. 98. Cf. Hor. i. Od. 28. 1. et Claud. in Epithal. Pall. et Celer. v. 32. *vincitur* in Beverlandi Ms. unde nullo negotio sit, *jungitur*. De permutatione *c* et *g*, vide Scal. ad Catul. loco laudato.

#### NOTE

5 *Chrysendeta*] Vasa gemmis ornata, de quibus Epig. 48. supra.

*Miseri Cinnæ*] Præ nimia talium vasorum cupiditate.

7 *Si plebeia*] Si meretricibus contentus non sectaris matronas.

8 *Si tua non-rectus*] Vel casam humilem intellige, vel, quod magis

placet, superiores domus contiguatones, quæ conacula vocabantur, ubi habitabant pauperes, in quæ nisi incurvi ascendere nequibant.

10 *Liberior*] Parthorum reges libertatem acerrime semper propugnaverunt, et regum reges vocabantur, ut docet Suetonius in Caligula cap. 5.

#### LIV.

##### IN LINUM.

QUID de te, Line, suspicetur uxor,

Et qua parte velit pudiciorem,

Certis indiciis satis probavit,

Custodem tibi quæ dedit spadonem.

Nil nasutius hac, maligniusque est.

5

In hoc Epigrammate exhibendo nullam lectionis varietatem produnt aut libri calamo scripti aut typographici.

#### NOTE

1 *Quid de te*] Lepide carpit cinnæ, dum, cui custodem spadonem dedit

uxor, ne ab eo pudicaretur. Lib. x. Epig. 69.

## LV.

## AD SEXTUM.

Vis te, Sexte, coli: volebam amare.  
 Parendum est tibi; quod jubes, coleris:  
 Sed si te colo, Sexte, non amabo.

*O Sexte, cupis observari: volebam te diligere. Obtemperandum est tibi: quod imperas, observaberis. Sed si te observo, o Sexte, non diligam.*

In hujus etiam Epigrammatis lectione consentiunt membranæ et libri typis impressi.

## NOTE

1 Vis coli] Observantiam a me ex- 3 Non amabo] Id est, te odio habe-  
 igit. bo: amor enim, et ea quam exigebat  
*Volebam amare*] Te familiariter uti Sextus observantia, non conveniunt.  
 cupiebam.

## LVI.

## AD GALLUM, DE EJUS UXORE.

GENTIBUS in Libycis uxor tua, Galle, notatur  
 Immodicæ scædo crimine avaritiæ.  
 Sed mera narrantur mendacia: non solet illa  
 Accipere omnino: quid solet ergo? dare.

*O Galle, apud Libyæ populos conjux tua notatur turpi crimine avaritiæ immoderata. Sed mendacia pura dicuntur: prorsus illa non consuevit accipere. Quid igitur consuevit? dare.*

Lemma in codice Tinaneo est: *Ad Gallum: in edd. vett. De uxore Galli.*—  
 1 In codice membran. Putean. legitur: *Galle melaudat*; unde Heraldus legendam censet, *male audit*, quæ vere est lectio edd. vett. Ald. Junt. Colin. &c.

## NOTE

1 *Gentibus in Libycis*] Hinc colligere est hunc Gallum in Libyæ magistratum gessisse; cujus uxor a provincialibus munera accipere dicebatur; at illius avaritiam salse excusat Poëta: dare quippe verbum est obsecrum hoc loco.

## LVII.

## IN FICTUM DIVITEM.

Hic, quem videtis grossibus vagis lentum,  
 Amethystinatus media qui secat septa;  
 Quem non lacernis Publius meus vincit,  
 Non ipse Codrus alpha penulatorum;  
 Quem grex togatus sequitur, et capillatus, 5  
 Recensque sella linteisque lorisque:  
 Oppigneravit Claudii modo ad mensam  
 Vix octo nummis annulum, unde cœnaret.

*Hic, quem cernitis tardum passibus incertis, qui amethystinatus dividit media septa; quem lacernis non superat meus Publius, non Codrus ipse primus penulatorum: quem comitatur grex togatus, et comatus, et sella nova velis et corrigiis: paulo ante ad Claudii mensam dedit pignori annulum vix octo nummis, quibus emeret carnem.*

Codex Scriver. pro lemmate habet: *De Micropsycho divite*; quod citat etiam Pulmannus. Codex Bodleianus: *De ornato foris*. Edd. vett. *In Fictum divitem*, quasi Fictus sit nomen proprium.—3 Beverlandi Ms. exhibet: *medium qui secat viam*.—7 *Oppigneravit admodum Claudii mensam* in edd. antiquiss. cum Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Pulman. Ramires. Junian. Delph. &c. Salmassius legendum censet: *Oppigneravit modo modo ad Cladi mensam Vix octo mensis annulum, unde cœnaret*. Lectio nostra debetur Grutero, eamque servant Scriverius, Farnab. Schrevel. Maitlair. Barbou, &c.

## NOTE

1 *Grossibus vagis lentum*] Tardus incessus gravitatis et dignitatis signum.

2 *Amethystinatus*] Hoc est, vestibus conductis ornatus amethysti colorem violaceum referentibus. Lib. i. Epig. 97. De septis dictum Epig. 14. supra.

*Media secat*] Hoc est, viam sibi aperit per mediam turbam. Ut fastum ficti hujus divitis graphice depingat Poëta, hæc subjungit.

3 *Publius*] Qui tamen pretiosis lacernis erat indutus, sicut Codrus.

4 *Non ipse Codrus*] Cujus et vestes erant elegantissimæ. Raderus explicat hunc Codrum a Martiale intelligi principem pauperum, de quo lib. v. Epig. 37. et Juv. Sat. III. hoc est,

qui habet æque tritas vestes ac Codrus. Prior interpretatio mihi videtur melior: judicet lector.

5 *Grex togatus*] Anteambulorum scilicet, quorum indumentum erat toga. Lib. i. Epig. 100.

*Capillatus*] Grex puerorum, qui longas comas alebat. Lib. x. Epig. 62.

6 *Recensque sella*] De sella, et linteis quibus velabatur, fuse agit Lipsius Elect. lib. i. cap. 19. Juvenalis Sat. i. 'Nova cum veniat lectica Mathonias.'

7 *Claudii*] Mensarii nempe. Indicium vero erat extremæ egestatis, annuli vel venditio vel oppigneratio. Juv. Sat. xi. 'Talibus a dominis post cuncta novissimus exit Annulus.'

## LVIII.

IN ZOILUM.

PEXATUS pulchre rides mea, Zoile, trita.

Sunt hæc trita quidem, Zoile; sed mea sunt.

*O Zoile, tu ornate pexatus derides mea vestimenta vilia. O Zoile, hæc sane vilia sunt; sed pertinent ad me.*

1 *Pexatus* Beverlandi Ms. Cetera, nulla varietas est in exemplaribus.

## NOTÆ

1 *Pexatus*] Turnebus lib. v. c. 14. Vestes illæ peræ sunt, in quibus nec stamen nec subtegmen apparet, emittente et operiente villo. Epig. 44.

supra.

2 *Mea sunt*] Quas vero tu habes vestes, conduxisti.

## LIX.

DE CŒNATIONE MICÆ.

MICA vocor: quid sim, cernis: cœnatio parva.

Ex me Cæsareum prospicis, ecce, tholum.

*Mica appeller, videne quid sim? diata exigua. Ex me prospectas tholum*

*Sibadium* inscribitur in Beverlandi Ms.—2 In eodem, *ecce thorum*.—

## NOTÆ

1 *Mica vocor*] Loquitur cœnatio quam Domitianus extruxerat, et micam vocaverat propter exiguitatem: cœnatio vero est locus ad cœnandum. Juvenalis Sat. vii. 81. 'Surgat, et argentem rapiat cœnatio Solem.' Illud addam anctarii loco, antiquorum luxuriam versatilia cœnationum laquearia fecisse, et ita coagmentasse, ut subinde alia facies atque alia succederet, et toties tecta, quoties ferula mutarentur. Sic Philander in Vitruv. lib. iv. cap. 3.

2 *Prospicis, ecce, tholum*] Tholus, teste Philandro ad Vitruv. lib. iv. cap. 7. est ædificii camera, quæ altius crescens rotunda forma in fastigiatum cacumen desinit, &c. Si conjecturæ locus est, inquit Ramiresius, existimaverim micam hæc ita esse

exædificatam, ut ex ipso triclinio prospiceretur aliquis tholus ædificii, quod sepulcrum alicujus Imperatoris contineret; et ausim affirmare esse Mausoleum D. Augusti. Quo viso, de sua sorte admonebantur convivæ: mortis vero memoria ad vitæ lautitias illos excitabat. Martialis se ipsum explicuisse videtur lib. v. Epig. 66. 'Jam vicina jubent nos vivere Mausolea, Cum doceant ipsos posse perire Deos.' Raderus Scaligerum secutus Ansonianarum lectionum lib. ii. cap. 26. intelligit tholum interiorem ipsius micæ, a quo pendebat cranium, quod convivas de morte admonebat, ut eo largius viverent, et potationibus vacarent. Vide lib. i. Epig. 71. ubi de tholo jam facta mentio.

Frangere toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:  
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

*Cassius. Rumpes lectos: pete vina: accipe rosas: ungere nardo: Deus ipse imperat te recordari mortis.*

3 Ant. de Rooy conj. *tingere nardo* sc. capillos. 'Tingo' et 'tango' saepe permutantur. Vide Burm. ad Ovid. Heroid. Epist. xrx. 44. ad Propert. iv. 3. 60. Oudendorp. ad Lucan. x. 491. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 740. et Scriv. ad Nostrum p. 149. At Justinæ nostræ margini ascriptum reperio: *Scande toros: pete vina: rosas cape, et ungere nardo.* Hoc verum esse puto, quod ad *rosas cape, et ungere nardo* attinet. Quod vero ad illud *Scande*, forte legendum *Sterne*; sed alterum propius accedit ad literarum tractum in voce *Frangere*. Vide infra ad lib. iv. Epig. 8.—4 Calderini vetustus codex habebat, *dememinisse Deus*, quod legendum esse ostendit Cujacius ad Africanum. Hoc habet etiam editio Aldina an. 1550.

## NOTE

3 *Frangere toros*] Assiduis accumbere, ut usu diurno nocturnoque frangatur torus seu lectus cui accumbebat conviva. Lib. iv. Epig. 8.

*Rosas cape*] Coronati floribus habere solebant veteres. Lib. xiii. Epig. 51. Plinius lib. xxi. cap. 19. 'Crapulam et gravedines capitis, impositis coronis, olfactuve discutunt.' Heraldus hoc loco fuse agit de more illo antiquorum.

*Tingere nardo*] Ungaris nardino unguento. 'Nardinum sive foliatum constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo.' Plinius lib. xiii. cap. 1.

4 *Te meminisse Deus*] Domitianus ipse Deus exstructa aurea diæta, ex qua prospicitur Mausoleum Augusti, vel ex ejus tholo suspensum est cranium, monet ut genio hilariter indulgeas. Idem fere leges apud Petronium in Trimalcionis convivio: 'Lavam argenteam attulit servus: hanc cum super mensam semel iterumque abjecisset, Trimalcio adjecit: Heu nos miseros, quam totus homuncio nil est! Sic erimus cuncti postquam nos auferet orcus. Ergo vivamus, dum licet esse, bene.'

*Te meminisse*] Alii *dememinisse*, hoc est, oblivisci mortis.

## LX.

## IN HYLLUM.

UXOREM armati futuis, puer Hyllæ, tribuni,  
Supplicium tantum dum puerile times.

*In Hyllum* edd. vett.—2 *Supplicium facti nec, puer Hyllæ, times* Palmanus,

## NOTE

1 *Uxorem armati*] Monet Hyllum ut discedat ab uxore tribuni militaris, a quo deprehensus non pndicaretur, sed castraretur. Nam quamvis castrari mares vetuisset Domitianus,

adulteria quoque prohibuerat. Suet. cap. 7. in Domit.

2 *Supplicium*] Dum confidis nati- bus. Epig. 47. supra.

Væ tibi, dum ludis; castrabere: jam mihi dices,  
Non licet hoc: quid, tu quod facis, Hylle, licet?

improbante Ramiresio.—4 Ant. de Rooy scribit: *Non licet hoc: quid? tu quod facis, Hylle, licet?* quemadmodum → *quid?* superius sententiam absolvit. Vide Cuper. Obs. lib. II. c. 20.

## LXI.

## IN MALEDICUM.

CUM tibi vernarent dubia lanugine malæ,  
Lambabat medios improba lingua viros.  
Postquam triste caput fastidia vespillonum,  
Et miseri meruit tædia carnificis;  
Uteris ore aliter, nimiaque ærugine captus,  
Allatras nomen, quod tibi cumque datur.  
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua:  
Nam cum fellaret, purior illa fuit.

5

1 Pulmanni codex habet: *tenera lanugine malæ*. Vide Var. Notas.—5 Sunt qui legant: *miseraque ærugine*. Calderinus legit *rubigine*.—7 Pulmannus, *jam noxia lingua*.

## NOTÆ

1 Cum tibi] Acerbe invehitur in maledicum quendam, qui antea felator erat.

Dubia lanugine] Id est, antequam ex ephelis emicassent.

2 Lambabat] Fellabat. Lib. III. Epig. 81.

3 Postquam] Tædio fuisti vel villis

simis hominibus, quos medios lambabas.

8 Purior illa fuit] Nam lingua ejus cum fellaret, non tam impura et mala erat, quamvis imperialis. Impura lingua dicitur maledici, et fellatoris quoque. Ex hac ambiguitate lepidus est locus. Lib. III. Epig. 80.

## LXII.

## IN LABIENUM.

Quod pectus, quod crura tibi, quod brachia vellis,  
Quod cincta est brevibus mentula tonsa pilis:

## NOTÆ

1 Quod pectus] Labienum pathicum urbane perstringit, ea occasione, quod crura, pectus, brachia, et pondus velleret. Videri hoc poterat

amicæ causâ facere: sed interrogat ejus causâ culum depilet, quod facere non poterat, nisi pædiconum causâ. Ramiresius.

Hoc præstas, Labiene, tuæ, quis nescit, amicæ.  
Cui præstas culum, quem, Labiene, pilas?

2. 4 Ant. de Rooy legit: *Hoc præstas, Labiene, tuæ, quis nescit? amicæ.*  
*Cui præstas, c. quod, Labiene, pilas?* in quibusdam enim est quod pro quem.  
Pulmanni codex habet: *Cum vellis c. cui, Labiene, facis?*

### LXIII.

#### IN MILICHUM.

SOLA tibi fuerant sestertia, Miliche, centum,  
Quæ tulit e Sacra Leda redemta Via.  
Miliche, luxuria est, si tanti dives amares.  
Non amo, jam dices: hæc mage luxuria est.

O *Miliche*, tantum habebas centum sestertia, quæ abstulit Leda emta ex Sacra Via. O *Miliche*, intemperantia est, etiamsi lecuples amares tanto pretio. Jam respondebis, Non amo: hæc intemperantia major est.

In *Melichum* lemma est in Ald. Junt. et Collin. et in Epigram. vs. 1. et 3.  
*Meliche*.—4 Beverlandi Ms. hæc quoque; quod citat etiam Pulmannus.

#### NOTÆ

2 *Leda*] Alii putant Ledam hanc meretricem fuisse, et centum sestertia a Milicho amatore ei data fuisse: alii vero melius intelligunt servam, formæ vel ministerii causa emtam, cum subijciat Milichus se non esse captum amore Ledæ; unde concludit Poëta, minus illum esse excusandum, qui nulla motus voluptate tantam pecunie summam profuderit. In Sacra Via servi et res alim vendebantur.

### LXIV.

#### IN TAURUM.

DUM modo causicidicum, dum te modo rhetora fingis,  
Et non decernis, Taure, quid esse velis:

*Dum te simulas nunc causicidicum, nunc rhetorem, nec statuis, o Taure, quid cupias*

In *Laurum causicidicum* inscribitur in Thuan. In *Laurum* Pulmann.—  
2 *Lauræ* cod. Thuan. et Pulman.—3 Optimi libri habent: *transit, et Nestoris*

#### NOTÆ

1 *Dum modo*] Causas dicere in foro, vel in schola docere cogitas.

Peleos, et Priami transit, vel Nestoris ætas,

Et fuerat serum jam tibi desinere.

Incipe: tres uno perierunt rhetores anno,

5

Si quid habes animi, si quid in arte vales.

Si schola damnatur; fora litibus omnia fervent:

Ipse potest fieri Marsya causidicus.

Eia age, rumpe moras: quo te sperabimus usque?

Dum, quid sis, dubitas, jam potes esse nihil.

10

*amplecti; ætas Peleos, et Priami, vel Nestoris præterit, et jam tardior casus ad desistendum. Incipe, tres rhetores uno anno mortui sunt, si quid ingenii habes, si quid polles in arte. Si non placeat schola, omnia fora plena sunt controversiarum: Marsya ipse potest evadere causidicus. Macte animo, discute cunctationes. Quamdiu te expectabimus? Dum ambigis quid sis, jam potes esse nihil.*

*ætas, nimirum produxit syllabam ex contractione pro transiit. Scriverius legit: transi vel Nestoris annos; pro 'transisti:' et crebra sunt apud Martialem huiusmodi contracta verba; 'surrexti,' 'adduxti,' &c. transis Pulmannus, qui legit etiam, annos.—8 Alii, potes.—9 Codd. Thuan. et Vat. speravimus: Beverlandi Ms. sperabimus: alii, spectabimus.*

#### NOTÆ

3 *Peleos*] Græcus genitivus. Peleus pater Achillis longævus fuit, Priamus quoque, et Nestor, de quibus allas.

4 *Et fuerat serum*] Si artem aliquam professus fuisses, jam serum esset ab ea desistere, atque ita tardissimum est incipere.

5 *Tres perierunt*] Quorum nomina ignorantur.

8 *Ipse potest*] Tam facile est causas dicere, ut vel statua Marsyæ saxea in foro posita dicendi artem addiscere possit. Lipsius *Antiquarum Lectio-*

num, lib. III. Ad Marsyæ statuam Romani vadimonia obibant. Legunt alii: *Ipse potes fieri Marsya causidicus.* Hoc est, tu ipse stupidus ut Marsya potes causas dicere. De Marsya lib. x. Epig. 62.

9 *Sperabimus* [*spectabimus*] Alii *sperabimus*, quod expectare significat: nam qui sperat, expectat. Forte legendum *expectabimus: spectare* enim vix significet *expectare*. Lib. Spect. Epig. 24.

10 *Esse nihil*] Vita te deficiet, priusquam vitæ genus amplexus fueris.

#### LXV.

##### IN SALEIANUM.

CUR tristiolem cernimus Saleianum?

An causa levis est? Extuli, inquis, uxorem.

*Quare videmus Saleianum mastiorem? An levis ratio est? Extuli uxorem, eis-*

*In Saleianum lemma est in edd. vett. In Saleianum in aliis.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

N

O grande fati crimen! o gravem casum!  
 Illa, illa dives mortua est Secundilla,  
 Centena decies quæ tibi dedit dotis?  
 Nollem accidisset hoc tibi, Saleiane.

5

*O ingens scelus fati! O acerbum infortunium! An illa, illa locuples Secundilla perit, quæ tibi attulit decies centena millia in dotem? O Saleiane, nollem hoc tibi evenisset.*

## NOTE

2 *Extulit*] Verbum est funeris proprium.

3 *Grande crimen*] Fictum Saleiani dolorem irridens fatum. accusat Poëta.

5 *Centena decies*] Millia sc. sosteritium. Juvenalis Sat. x. 334. 'et ritu decies centena dabuntur Antiquo.' Vide lib. v. Epig. 38. lib. xi. Epig. 24.

6 *Nollem accidisset*] Hæc nempe uxoris hæreditas, cum videatur di-

cere: Nollem amississes tuam uxorem. 'Mortua in matrimonio muliere, dos a patre profecta ad patrem revertitur,' quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod ei pater non sit, apud maritum remanet. Adventitia autem dos penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit, 'ut sibi redderetur, stipulatus sit,' &c. Ulpianus in suis Fragmentis Tit. 6. de Dotibus.

## LXVI.

## IN LALAGEN.

UNUS de toto peccaverat orbe comarum

Annulus, incerta non bene fixus acu.

Hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, ulta est,

Et cecidit sectis icta Plecusa comis.

Desine jam, Lalage, tristes ornare capillos,

Tangat et insanum nulla puella caput.

5

*Unus cincinnus non recte fixus acu incerta erraverat ex toto orbe crinium. Lalage repetit penas hujus criminis eo speculo quo aspexerat, et Plecusa percussa concidit capillis laceratis. O Lalage, jam cessa componere comas maculas, nec ulla*

2 Heraldus legit inserta; ita olim Salmas. ad Solin. p. 760.—3 *Hoc facinus Lalage, speculo quod viderat, ulta est* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. &c.—4 *Beverlandi Ms. savis jacta Phlegusa*: sed *Plecusa* rectum est; i. e. ancilla *πλέκουσα*, quæ plicat et componit crines.—5 *Desine tam* Pulmannus, Langins,

## NOTÆ

2 *Incerta acu*] Quæ crines fideliter non constrinxerat. Alii *inserta*.

3 *Hoc facinus*] Errorum nimirum Plecussæ ornatricis in componendis capillis perinde ac delictum punit furens Lalage. Juvenalis Sat. vi. 491.

'Componit crinem laceratis ipsa capillis, Nuda humeros Paecas infelix, nudisque mamillis. Altior hic quare cincinnus? taurea punit Continuo flexi crimen, facinusque capilli.'

4 *Et cecidit*] Non quidem inter-

Hoc salamandra notet, vel sæva novacula nudet,  
Ut digna speculo fiat imago tuo.

*puella tangat caput furens. Salamandra inficiat illud, aut sæva novacula depilet, ut effigies fiat digna speculo tuo.*

alii.—6 *Tangit* Ms. Beverlandi.—7 *Idem* Ms. *nuda novacula*.—8 *Dignior ut speculo codex vetus Cagnerii, qui vulgatam non ferendam esse pronuntiat.*

## NOTÆ

fecta est, sed humi procubuit graviter læsa ietu speculi.

5 *Desino jam*] Alii *tam*, hoc est tanta cura. *Tristes* vero dixit quod ancillæ ornatrici tristitiam parerent.

7 *Hoc salamandra notet*] Id est, inquit Raderus, caput dignum sanie salamandræ, qua imbutum totum depiletur, aut certe ferro ad cutem

radatur, ut caput sit tam nudum ac ipsum speculum est: nihil autem turpius est calva muliere.

8 *Ut digna*] Vel intellige ut caput calvitie deformatum merito percussatur eo speculo quo immerito percussa est infelix Plecusa. In hac voce *digna* ultimam producit propter sequentes duas consonantes.

## LXVII.

## IN POSTHUMUM.

OCCURRIS quocumque loco mihi, Posthume, clamas  
Protinus, et prima est hæc tua vox, Quid agis?  
Hoc, si me decies una conveneris hora,  
Dicis: habes puto tu, Posthume, nil quod agas.

O *Posthume, ubicumque mihi obvius es, statim vociferaris, et primum verbum tuum hoc est: Quid facis? Una hora si me adiveris decies, hoc dicis. O Posthume, ut opinor, tu nihil habes agendum.*

3 *Langius* ex ed. Pulmanni citat: *Hoc mihi, si decies una conveneris hora: citat etiam, cum veneris hora.*

## NOTÆ

2 *Quid agis*] Hac scilicet formula obvios salutabant antiqui. Plinius Secundus Lib. III. Epist. 20. 'Et

hercule, quousque illa vulgaria? Eho quid agis? Ecquid commode vales?'

## LXVIII.

## A D O L U M.

QUOD te nomine jam tuo saluto,  
Quem regem et dominum prius vocabam;

*Ne existimaveris me superbum, quod jam nomine tuo te saluto, quem antea ap-*

Ne me dixeris esse contumacem :  
 Totis pilea sarcinis redemi.  
 Reges et dominos habere debet,  
 Qui se non habet, atque concupiscit,  
 Quod reges dominique concupiscunt.  
 Servum si potes, Ole, non habere ;  
 Et regem potes, Ole, non habere.

5

*pellabam regem et dominum. Redemi pilea omnibus sarcinis. Is debet habere reges et dominos, qui tibi non imperat, et appetit quod appetunt reges et domini. Ole, si potes carere servo; potes, Ole, etiam carere domino.*

2 Quod regem Beverlandi Ma.—3 Non me in eodem.

## NOTE

2 Quem regem] Vide lib. 1. Epig. 113.

4 Totis pilea] Hoc est, omni mea supellectili vendita collegi pecuniam, unde sine tua sportula vivere potero. Antiquitus vero servi statum mutantes ac manumissi capite raso pileum accipiebant. Plantus in Amphitryone : ' Quod ille faciat Jupiter Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum.' Hæc sunt servi Sosie verba qui optat manumitti. Nostri Poëtæ sensus est : Non indigeo domino, sed tenui mea re contentus

vivo liber.

6 Qui se] Is dicitur se habere, qui suas cupiditates coërcet.

7 Quod reges concupiscunt] Divitias, servos, clientes. Hæc vero ut acquirant domini, majoribus serviunt dominis, ut hodie nobiliores aulici. Ego vero, inquit Poëta, me habeo, nihil quæro aliud.

8 Servum si] Qui parce vivit, nec servos nec divitias appetit, carere potest domino, a quo hæc consecutorum se speret.

## LXIX.

## IN CLASSICUM.

INVITUM cœnare foris te, Classice, dicis :

Si non mentiris, Classice, dispeream.

Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire :

Cum cœnaret, erat tristior ille, domi.

O Classice, dicis te non lubenter cœnare foris : O Classice, ne vivam, nisi dicis mendacium. Ipse etiam Apicius latabatur ire ad cœnam. Ille erat meritor,

4 Ant. de Rooy pro ille proposuit inde, quod interpretatur 'ex hoc' vel

## NOTE

3 Apicius] Sensus est : Si ditissimus et luxuriosissimus Apicius, de quo

lib. III. Epig. 22. libenter cœnavit foris, cur tu pauper invitus cœnabis ?

Si tamen invitus vadis, cur, Classice, vadis? 5  
 Cogor, ais: verum est; cogitur et Selius.  
 En rogat ad cœnam Melior te, Classice, rectam.  
 Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce, nega.

*cum canaret domi. Nihilominus si non is libenter, quare is, o Classice? Cogor, inquis: verum est, cogitur et Selius. O Classice, en Melior te invitat ad cœnam rectam. Ubi sunt voces magnifica? Si vir es, ecce recusa.*

~~~~~  
 'propterea.' Vide Burm. ad Ovid. Fast. iv. 237.—8 Idem Ant. legeret: *Grandia verba ubi nunc?* Solent enim frequentius in ejusmodi increpatione adverbia *nunc* vel *tunc* adhiberi. Virg. Æn. v. 391. x. 897. et Ovid. Heroid. Epist. iv. 160. Porro, pro *ecce nega*, malit *ire nega?* præsertim cum jam *rd* *en* versu proximo præcesserit.

NOTÆ

6 *Cogor*] Ab amicis, inquit Classicus.

Cogitur, &c.] Gula nempe cogit vos. De Sello dictum Epig. 11. et 14. supra.

7 *Melior*] Cujus tanta fuit mensæ elegantia, ut nitidus fuerit appellatus. Statius Sylv. lib. II. de arbore Atedii, 'Stat quæ perspicuas nitidi Melioris opacet Arbor aquas.' Suetonius in

Domitiano cap. 7. 'Sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectorum consuetudine.' Fuit vero cœna recta ea qua simul cum patrono excipiebantur clientes. Lib. VIII. Epig. 60.

8 *Grandia*] Te scilicet invitum cœnare foris.

Si vir es] Si gulam cohibere potes, dic te nolle ad cœnam Melioris ire.

LXX.

IN COTILUM.

Non vis in solio prius lavari
 Quenquam, Cotile: causa quæ, nisi hæc, est?
 Undis ne fovearis irrumatis.
 Te primus licet abluas, necesse est,
 Ante hic mentula, quam caput, lavetur. 5

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri typographici.

NOTÆ

1 *Non vis*] Cotilum fellatorem alios fastidientem, et qui nolebat quenquam prius in solio lavari, notat; et docet spurciorem eum esse, quam quemvis alium. *Ramiresius*. Vide Epig. 42. supra.

4 *Te primus*] Cotilis formidabat

aquas irrumatas; in quibus scilicet alii lavissent mentulas: ne igitur irrumatus sint, lavet ipse primus: sed hac lege, ut potius obscœnas partes, quam caput in solio abluat: quod fellantes os habent spurcum. Lib. XI. Epig. 96.

LXXI.

AD CÆCILIANUM.

CANDIDIUS nihil est te, Cæciliane, notavi.

Si quando ex nostris disticha pauca legis,
Protinus aut Marsi recitas, aut scripta Catulli.

Hæc mihi das, tanquam deteriora legas.
Ut collata magis placeant mea? credimus illud. 5
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

O Cæciliane, nihil est simplicius te: animadverti, si quando legis pauca disticha ex nostris, statim recitas carmina Marsi aut Catulli. Hæc mihi tradis, tanquam legas pejora: an ut mea comparata magis placeant? opinamur illud. Attamen, o Cæciliane, malo recites tua.

1 *Callidus nihil est* in cod. Thuan. librarii errore pro *Callidius*, ut alli legunt. —2 Codex Arondell. *disticha pauca lego*.—4 *Hoc mihi codd. Put. et Arondell. probante Herald.*—5 *Et collata* cod. Arondell. *Ut collata magis placeant mea* sine interrogatione Heraldus. Verba, et, ut, sæpe permutantur. Vide Drakenb. ad Liv. Tom. III. p. 409. et quos laudat idem Drakenb. ad Sil. Ital. v. 317.

NOTE

1 *Candidius*] Candidus ille dicitur, qui ingenue et absque invidia iudicat.

3 *Marsi*] Qui Epigrammatum scriptor fuit non ignobilis. Vide Epistolam lib. I. et lib. V. Epig. 5.

4 *Hæc mihi das*] Carmina Catulli aut Marsi a te recitata, ut ipse iudicem meis versibus esse deteriora.

5 *Credimus*] Per ironiam subjicit Poëta, credo te eo fine et animo veterum Poëmata recitare, ut, meis collata, deteriora videantur.

6 *Malo*] Tuis enim scriptis collati mei versus facile meliores judicabuntur. Vel, malo ut tua recites, eaque cum egregiis Catulli et Marsi versibus conferas.

LXXII.

IN POSTHUMUM.

HESTERNA factum narratur, Posthume, cœna,
Quod nollem: quis enim talia facta probet?

NOTE

1 *Hesterna, &c.*] Præ se fert dolorem, audito quam indigne exceptus sit Posthumus a Cæciliano, qui colaphum illi in os impegit, cum interim verbis alienis exprobraret illi turpe crimen fellationis, et deflectat ad im-

probum sensum hæc verba percipiam. Vide lib. IV. Epig. 48. et lib. XII. Epig. 85. *Rumor* pro *irrum*. Ut lib. III. Epig. 72. 79. et 86. *Factum*, supra Epig. 31. et *testes* sensu etiam obsceniori.

Os tibi præcisum, quanto non ipse Latinus

Vilia Panniculi percutit ora sono :

Quodque magis mirum est, auctorem criminis hujus 5

Cæcilium tota rumor in urbe sonat.

Esse negas factum : vis hoc me credere ? credo.

Quid quod habet testes, Posthume, Cæcilius ?

3 *Os tibi præcisum* Junt. an. 1512. Colin. an. 1528. Plant. 1579. Lang. &c. *Os tibi percisum* Ald. Turnebus lib. vii. c. 12. Scal. in Catalecta Virgilii, Gruter. Ramires. Scriv. Farnab. et Schrevel. De permutatione præ et per, quæ plerumque litera p in codd. notare solebant libraril, quamvis signum adderetur quo distingui facillius possent, vide nos ad Tibull. i. 10. 68. iii. 1. 11. et iii. 3. 9. Interpp. ad Virg. Æn. i. 721. ii. 566. ad Justin. xxviii. 2. 5. Arntzen. ad Catonis Disticha p. 146. Burm. ad Anthol. Lat. Tom. ii. p. 627. et Drakenb. ad Sil. vi. 48. Ant. de Rooy malit : *Os tibi percussum* ; non ingrata ejusdem vocis repetitione. Vide lib. vii. Epigr. 94. et Ovid. Met. iii. 330. ed. Basil.

NOTE

3 *Os tibi præcisum* [*percisum*] Percidere enim est bataere, tundere. Turnebus lib. vii. cap. 12. Sunt tamen qui legant *præcisum*. Quanto, &c.] Majore sono quam ubi Latinus ille mimus alapis cædit ministrum suum. Juvenal. Sat. vi. 'qua sorbeat aëra sanna.'

Latinus Vilia Panniculi] De Latino diximus lib. i. Epig. 5. cui Panniculus minister erat ad risum conciliandum, sinebatque se alapis percuti a Latino. Lib. v. Epig. 61. 'O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini! Te successeurum credo ego Panniculo.'

LXXIII.

IN LYRIM.

QUID faciat vult scire Lyris : quid ? sobria fellat.

Alii legunt : *Quid faciat, vis scire Lyris ? Musambertius : Quid faciat vis scire Lyris quoque sobria ? fellat.* Junt. et Collin. *quod sobria.* Huic versui Pentametrum subjicit codex Bodleianus : *Gaudeo : quid facies ebria facta Lyris ?*

NOTE

1 *Quid faciat, &c.*] Alii, *Quid faciat, vis scire Lyris ? quid ?* &c. Sic hunc versum legit Musambertius : *Quid faciat vis scire Lyris quoque sobria ? fellat.* Ut si diceret, illa se videri vult ebriam tantum hoc facinus facere, ut Aristoph. Vespis : sed idem

opus etiam sobriæ. Vis scire quid faciat Lyris nunc ebria ? Non aliud certe quam solet sobria, scilicet. Ma. Bodleianus subjicit : *Gaudeo : quid facies ebria facta Lyris ? dignum sane patella operculum.*

LXXIV.

IN SAUFEIUM.

CINCTUM togatis post et ante Saufeium,
 Quanta reduci Regulus solet turba,
 Ad alta tonsum templa cum reum misit,
 Materne, cernis? invidere nolito.
 Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.
 Hos illi amicos, et greges togatorum,
 Fusciculus præstat, et Faventinus.

5

O Materne, an vides Saufellum stipatum anteambulonibus a fronte atque a tergo, quanta multitudine solet Regulus reduci domum, cum misit reum tonsum ad templa excelsa? ne invideas. Opto nunquam habeas talem comitatum. Fusciculus et Faventinus comparant illi hos amicos et greges clientum.

In Saufellum inscribitur in edd. vett. Ad Maternum Ramires.—2 Legitur in editione Junii sola turba, pro solet turba; operarum manifestus error.—7 Ruriculum Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 *Quanta reduci*] Insignis fuit causarum patronus hic Regulus, de quo lib. 1. Epig. 18. Domum vero patroni, cum causas obtinuerant, ab amicis reorum absolutorum deducebantur.

3 *Ad alta tonsum*] Rei nec barbam nec capillos resecebant. Epig. 24. supra: Absoluti vero tondebantur, et Jovi Capitolino gratias acturi ascende-
 bant Capitolium: idcirco tonsum

reum dixit pro absoluto.

7 *Fusciculus et Faventinus*] Duo sceneratores, a quibus mutua pecuniam acceperat Saufeius, qua hunc togatorum comitatum conduceret. Epig. 57. supra. Fusciculus et Faventinus prædia vel vendita vel pignori data, ut esset unde adulatoribus his satisfaceret: nam prædiorum potius quam sceneratorum nomina sunt. *Heraldus.*

LXXV.

DE LEONE.

VERBERA securi solitus leo ferre magistri,
 Insertamque pati blandus in ora manum,

Leo assuetus pati flagella rectoris sui, et benignus ferre manum immissam in

De Leone et Pueris est lemma in codice Thuaneo.—2 Et didicit Bever-

NOTÆ

1 *Securi magistri*] Nihil metuentis. Vide Lib. Spec. Epig. 10.

Dedidicit pacem, subito feritate reversa,
 Quanta nec in Libycis debuit esse jugis.
 Nam duo de tenera puerilia corpora turba, 5
 Sanguineam rastris quæ renovabat humum,
 Sævus et infelix furiali dente peremit.
 Martia non vidit majus arena nefas.
 Exclamare libet: crudelis, perfide, prædo,
 A nostra pueris parcere disce lupa! 10

ora, oblitus est patientia, immanitate protinus reversa, quanta nec esse debuit in montibus Africa. Nam ferus et miser dente furioso interfecit duos pueros ex turba tenera, quæ rastris versabat terram cruentam. Majus acelus non visum est in arena Romana. Placet exclamare, O sæve, o perfide, o prædo, a nostra lupa disce ignoscere pueris.

landi Ms.—7 In eodem, furioso dente.

NOTE

4 *In Libycis*] Libya abundat leonibus.

6 *Sanguineam*] Arenam scilicet sanguine et humano et ferino cruentam, quam theatrales ministri solebant cum rastris versare, ut lubrica multo sanguine terra stabilis fieret et firma ad standum et pugnandum. Hoc munus implebant simul cum aliis hi duo pueri a furioso leone dilaniati.

7 *Sævus*] Præter morem suum; et infelix, quia ipse postea interfectus est.

8 *Martia arena*] In qua tamen cædes quamplurimæ perpetrabantur.

10 *Nostra lupa*] Quæ non modo Romulo et Remo infantibus pepereit, sed ipsos uberibus admotis nutrit. Hæc Historia satis nota est ex Plutarcho in Romulo, et aliis.

LXXVI.

DE MARIO.

ARGENTI libras Marius tibi quinque reliquit.

Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

Marius tibi reliquit quinque libras argenti. Is tibi dedit verba, cui ipse nihil donabas.

2 Nonnulli codices habebant: Cui nihil, *Isse*, dabas, ut *Isse* sit proprium nomen, quod non displicat Calderino. Pro *is tibi*, codd. Vat. et Thuan. exhibent, *hic tibi*.

NOTE

1 *Argenti libras*] Ab instituto hærede Marius heredipetæ, cujus nomen ignoratur, reliquit tantum quinque libras argenti, unde deceptus est, relicto nempe exiguo quinque librarum argenti legato, cum

totam hæreditatem expectaret captator ille. In eo jocus est, quod cum verba tantum, non munera, Mario dedisset captator, vicissim Marius verba dedit, seu illum spe sua frustravit.

LXXVII.

IN COSCONIUM.

Cosconi, qui longa putas Epigrammata nostra,
 Utilis ungendis axibus esse potes.
 Hac tu credideris longum ratione colossum,
 Et puerum Bruti dixeris esse brevem.
 Disce, quod ignoras: Marsi doctique Pedonis 5
 Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
 Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis;
 Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

O Cosconi, qui existimas Epigrammata nostra longa, potes esse aptus ungendis axibus. Hoc modo tu existimaveris colossum esse longum, et dixeris puerum Bruti esse brevem. Accipe, quod nescis: sæpe unum opus Marsi atque eruditi Pedonis occupat duas paginas. Non sunt longa, quæ nihil habent quod possis tollere: verum tu, o Cosconi, componis disticha longa.

Hic nulla lectionis varietas invenienda est in exemplaribus scriptis aut impressis.

NOTÆ

2 *Utilis ungendis*] Hoc est, esses aptior aurigæ servus, qui in circo axes ad celeritatem ungeres, cum sis celeritatis seu brevitatis studiosus, quam lector Epigrammatum. Ramiresius Cosconium hebetem et stolidum per circumlocutionem a Poëta dici putat: axes enim unguine unguntur: unguen autem extrahitur ab animalibus obesis: obesi vero homines dicuntur ut plurimum stolidi. Si ergo ungendis axibus utilis est Cosconius, pinguis, obesus, atque ita stolidus est.

3 *Hac ratione*] Qua tu censes longa esse mea Epigrammata, ita dices longum esse colossum, qui longus esse nequit, cum habeat suam proportionem.

4 *Et puerum Bruti*] Statuam pueri

a Bruto amat, qui formosissimus fuit, sed exiguum stature, nec tamen parvus dici debet, utpote qui membra habeat proportionatâ. Lib. ix. Epig. 51. lib. xiv. Epig. 171.

5 *Marsi doctique Pedonis*] Poëtæ nempe egregii fuerunt, qui vel unum Epigramma duabus paginis absolvebant. De Marso supra dictum Epig. 71. Pedonis vero Albinovani restat consolatio ad Liviam.

8 *Sed tu*] Qui nec vennate quicquam, nec argute dicere potes. Brevis vero est ille Poëta, qui facit quod instituit, cum nempe dicit apte pro subjecta materia: longum vero vel unum distichum videri poteat, in quo aliquid superfluum est. Cosconii disticha mala nempe hoc sensu longissima esse intelligit.

LXXVIII.

AD CÆCILIANUM.

ÆSTIVO serves ubi piscem tempore, quæris?

In thermis serva, Cæciliane, tuis.

Rogas-ne ubi serves piscem æstatis tempore? O Cæciliane, serva in tuis thermis.

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant membræne aut libri typis excunt.

NOTÆ

2 *In thermis*] Quæ tamen a calore, pisces a corruptione vindicare possunt. qui Græce *θερμῶν*, sic denominantur; sicut. sed adeo sunt frigida, ut vel æstata

LXXIX.

IN NASICAM.

INVITAS tunc me, cum scis, Nasica, vocasse.

Excusatum habeas me, rogo: cœno domi.

O Nasica, tunc me vocas ad cœnam, cum scis me invitatum. Oro, me excuses: cœno domi.

1 Ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Venet. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plaut. aliæ vet. *vocatam*, pro quo Scriv. reposuit *vocasse*. Ant. de Rooy distinguere malit: *Invitas tunc, me cum scis, Nasica, vocasse*. Sic infra lib. iv. Epig. 68. eodem modo 'invitare' absolute: 'Invitas centum quadrantibus.' Lib. viii. Epig. 22. 'Invitas ad aprum.' Lib. ix. Epig. 103. 'Denariis tribus invitas.'

NOTÆ

1 *Vocasse* [*vocatam*] Alii *vocasse*; hoc est: Cum scis, o Nasica, domi me amicis instruxisse cœnam, tunc me invitasti ut tu inviteris. Sed Poëta, quasi non intellecta mente Nasica, se excusat.

2 *Cœno domi*] Cum domi cœnatus esset Poëta, facete excusat se, quasi fuisset a Nasica invitatus, cujus cœnam parvi faceret, aut potius tunc invitari se debere ostendit.

LXXX.

DE FANNIO.

HOSTEM cum fugeret, se Fannius ipse peremit.

Hic, rogo, non furor est, ne moriari, mori?

*Fannius ipse se interfecit, cum vitaret inimicum. Quæro, nonne hic furor est, interire, ne intercas?*2 *Hoc Pulmannus. num furor est* Ms. Beverlandi. moris Junt. an. 1512.

NOTÆ

1 *Fannius*] Quem irridet, quod mortis ipse sibi mortem conseci-
verit. De hac voluntaria morte, aut
potius de hoc furore, diximus lib. i.
Epig. 9.
2 *Hic rogo*] Alii, *Hoc rogo*.

LXXXI.

IN ZOILUM.

LAXIOR hexaphoris tua sit lectica licebit :

Dum tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila.

Fas erit ut tua lectica sit amplior hexaphoris; cum tamen, o Zoile, sit tuum feretrum.

~~~~~

2 'Inveni in Ms. *Cum tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila est.* Et ita scripsit Martialis.' Gronov. Sic erat etiam in vet. cod. Pulmanni.

## NOTÆ

1 *Laxior*] Divites et nobiles Romani circumferebantur vivi, mortui vero efferebantur, in lecticis: pauperes et plebei in sandapilis. Suetonius in Domitiano cap. 17. 'Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum.' Precatur autem Poëta ut superbi Zoili lectica fiat sandapila, quæ dignum illum existimabat: hexaphorum dicitur lectica quæ a sex servis portatur. In vetusto codice sic legitur ultimus versus: *Cum tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila est.* Argute quidem, cum vivum cadaver videretur Zoilus.

## LXXXII.

## AD PONTICUM.

ABSCISSA servum quid fingis, Pontice, lingua?

Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

*O Pontice, quid simulas linguam fuisse abscissam servo? an tu ignoras populum dicere, quod illa silet?*

~~~~~

1 *Abcissa servum fugias quid* Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528. *Abcissa servo* Beverlandi Ms. Ant. de Rooy putat scribendum omnino, *Abcissa*. Vide Arntzen. ad Victor. Epit. cap. 23. Reddendum et hoc verbum infra lib. iii. Epig. 85. 'Quis tibi persuasit nares abscidere mœcho?' ubi itidem 'abscindere' circumfertur. Et Senecæ de Ira i. 15. 'Numquis membra sua odit tunc, cum abscidit?' ubi vulgo 'abscindit.' Hinc Anon. in Epist. Crit. ad eundem Ant. ita scribit: 'Primæ voci maculam tu abstersisti; li-

NOTÆ

1 *Quid fingis*] Cum ipse Ponticus ab alio linguam fuisse servo abscissam: sed frustra, teste etiam Juvenale Sat. ix. 'secretum divitis ullum

ceat mihi quartam sanare: faciam id ope Ms. Thuan. qui pro *figis, figis* præfert: vere si quid video, modo mentem capias auctoris, et sensum vocabuli: illum puta, quem ubique Poëta impudicus sectatur: neque enim *figis* est cruci *figis*, quod non nemini in mentem venit.' *Abecissa servum quod lingis* legit Janus Rutgersius Var. Lect. lib. vi. cap. 11. Raderus, quod *foedas*. Alii, quod *fugis*.—2 *Nesci tu* Thuan. unde Beverlandus legi jussit, *Nescia tu*.

NOTÆ

Esse putas? servi ut taceant, ju- et marmora,' &c. Alii *foedas*. Sen-
menta loquentur, Et canis, et postes, sus manifestus est.

LXXXIII.

IN SÆVUM MARITUM.

FÆDASTI miserum, marite, moechum:

Et se, qui fuerant prius, requirunt

Trunci naribus auribusque vultus.

Credis te satis esse vindicatum?

Erras: iste potest et irrumare.

5

O marite, deformasti infelicem adulterum. Et truncata naribus atque auribus forma, quaeritur quæ fuerat ante. An existimas te satis vindictæ sumsisse? Falleris . . .

.....

De marito et macho pro lemmate profert Palmannus.—2 *Etsi qui fuerant* in quibusdam. *Et se qui fuerant* edd. vett. *E se qui fuerant* codex Farnabii.

NOTÆ

2 *Et se requirunt*] Sensus est: Ab qua peccare possit, et forte fœdus uxore tua requiritur prior mœchi quam antea.
forma, cum sana illi supersit pars

LXXXIV.

IN SERTORIUM.

MOLLIS erat, facilisque viris Pæantius heros:

Vulnera sic Paridis dicitur ulta Venus.

NOTÆ

1 *Mollis*] Pathicus. Pingunt Poëta Venerem solere turpibus amoribus vindicare injurias sibi ac suis illatas. Quare, si, ut refert interpres Thucydidis ad librum 1. Philoctetem, quod interfecerit Paridem, ulta fuit Venus hac pœna, ut pathicus esset; credo ego (jocatur Poëta) Sertorium Siculum interfecisse conterraneum suum Erycem, Veneris filium: namque illum non leviori turpitudinis pœna male multavit Venus, &c. *Pæantius heros*] Philoctetes, filius Pæantis.

Cnr lingat cunnum Siculus Sertorius, hoc est:
Ex hoc occisus, Rufe, videtur Eryx.

4 'Nón bene hanc lectionem concoquo: præterquam enim, quod insuave sonat *hoc, ec*; non memini, hanc præpositionem a quoquam bonæ notæ Auctore, pro 'ab' (eo quidem sensu, quo h. l. capi deberet) usurpari. *Ab hoc* vult Guietus ad Lucan. iv. 719. quod non est nauci. Quid, si legas? *Esse huic occisus, Rufe, videtur Eryx.* Sic Spectac. Epig. 27. 'Huic percussa foret,' &c. licet ibi in aliis libris legatur *Mine*. Sed tamen nescio quid duri sic quoque hic versus habet. Tu vide an lenius excogitare queas.' *Ant. de Rooy.*

NOTE

4 *Ex hoc*] Ab hoc. *Eryx*] Filius Veneris et Butæ.

LXXXV.

AD AMICUM.

VIMINE clausa levi niveæ custodia coctæ,
Hoc tibi Saturni tempore munus erit:
Dona quod æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quereris; rasam tu mihi mitte togam.

Custodia niveæ coctæ septa tenui vimine tibi donabitur his Saturnalibus. Si expositulas quod mense Decembri tibi misi munera æstatis, tu mitte ad me togam rasam.

De Præposteris donis lemma est in Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528.—1 Junius et critici quidam reposuerunt: *niveæ custodia coctæ*. Beverlandi ms. exhibet: *nivida custodia coctæ*.—4 *Si queris* Junt. an. 1512. Colin. an. 1528. Gryph. an. 1535. et Ald. an. 1550.

NOTE

1 *Custodia coctæ*] Hoc est, ampulla vitrea vimine supertexta qua conservetur aqua decocta, et sacchara, et nivibus refrigerata, de qua Juven. Sat. v. 'Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, Frigidior Geticis, petitur decocta pruinis.' Alii legunt *coptæ* minus bene: est genus placen-

tæ de qua lib. xiv. Epig. 68.

3 *Dona quod æstatis*] Cum aquam frigidam conservet hæc ampulla.

4 *Si quereris*] Si ægre fers hyeme tibi mitti munera æstiva, tu ad me remitte togam æstivam. De Saturnalibus dicemus lib. v. Epig. 85.

LXXXVI.

AD CLASSICUM.

QUOD nec carmine glorior supino,
Nec retro lego Sotaden cinædum,

O *Classice*, non sum tam malus Poëta, quod nec me prædico versu retrogrado,

Nusquam Græcula quod recantat Echo,
 Nec dictat mihi iuculentus Attis
 Mollem debilitate Galliambon ; 5
 Non sum, Classice, tam malus Poëta.
 Quid si per graciles vias Petauri
 Invitum jubeas subire Ladam ?
 Turpe est difficiles habere nugas,
 Et stultus labor est ineptiarum. 10

nec lego carmina recurrentia Sotada cinadi, quod Græcula Echo nullo in loco reddidit vocem, nec elegans Attis mihi dictat Galliambon mollitie effeminatum. Quid si jubeas nolentem Ladam incedere per iter tenuis Petauri? Indecorum est

5 Choliambum Ald. Junt. Colin. Gryph. alie vett.—11 Scriba carmina Junt. an. 1512.

NOTE

1 *Glorior supino*] Supinus cursus est ille qui retro fit. Ovidius de Ponto Eleg. v. 'Fluminaque in fontes cursa reditura supino.' Itaque eam-
 men supinam intellige illud quod me-
 tro stante sic recurrit, ut neque lite-
 ris motis, nec transpositis, ut ab
 initio ad finem, sit a fine relegitur ad
 initium: quale est istud: 'Roma
 tibi subito motibus ibit amor.'

2 *Sotaden cinadam*] Dixit metonymi-
 cas pro eo carmine cuius Sotades
 Cretensis inventor fuit: scripsit enim
 obscæna carmina reciproca seu re-
 currentia. Sotadæ meminit Strabo
 lib. xiv. Lege Scaligerum Poët.
 lib. II. cap. 30.

3 *Græcula Echo*] Echica carmina
 interpretare, maxime in usu apud
 Græcos, teste Scaligero Poët. lib. II.
 cap. 29. Sunt in quibus arte la-
 boratum est, ut esset extrema vocis
 responsio ac repetitio. Exempli gra-
 tia: 'Fœmina dira viri nex est, et
 terribilis lis.' Lege Anthol. lib. IV.
 cap. 10.

5 *Galliambon*] Scaliger Poëtices
 lib. II. cap. 21. Galliambicum, inquit,
 appellantur: propterea quod Gallis
 Cybeles sacerdotibus multa scripse-

rint eo versu posteri: inter quos Ca-
 tullus pulcherrimum edidit, ita ut et
 castigandi et imitandi sustulerit oc-
 casionem, cuius initium est: 'Super
 alta vectus Attis celeri rate maria.'
 Fuit autem Attis Phrygius elegans
 forma, quem arsit Cybele. Hoc est:
 Non scribo, inquit Marialis, carminis
 genus molle et elumbe. Vide Ma-
 crobium Saturn. lib. I. cap. 21.

7 *Per graciles*] Scaliger ad hunc
 versum Manilii lib. v. 'Corpora quæ
 valido saliant excussa Petauro,' sic
 de Petauro disserit: Rota in sublimi
 posita a duobus versabatur. Alter
 superne, alter inferne nitebatur. Ita
 fiebat ut alternis dejecti nunc pen-
 derent, nunc erecti sederent. Per
 eandem rotam etiam corpora con-
 tento saltu subjecta trajiciebant.
 Lib. XI. Epig. 22. 'Quam rota trans-
 misso toties intacta Petauro.' Ladas
 cursor erat velocissimus, de quo lib. X.
 Epig. 100. qui tamen velocitate sua
 uti nequiret ad subeundam Petauri
 machinam, quod scilicet hos ludos ex-
 exercere more funambulorum non sit
 solitus: ita non debent nobiles Poëtæ
 minutis illis et subtilibus ineptiis
 operam dare.

Scribat carmina circulis Palæmon :
Me raris juvat auribus placere.

habere ineptias difficiles, et labor nugærum insanus est. Palæmon plebi componat versus: gaudeo gratus esse auribus raris.

NOTE

11 *Circulis*] Hoc est, plebeiorum hominum otiosæ coronæ, ut dixit lib. i. Epig. 42.

Palæmon] Grammaticorum superbissimus, cujus 'arrogantia fuit tanta, ut Marcum Varronem porcum appelleret, secum et natas et morituras

litteras jactaret.' Suetonius de illustribus Grammaticis cap. 23. vel forte alius fuit hic Palæmon.

12 *Raris*] Hoc est, paucis sed doctis. Horatius i. Serm. Sat. ultima: 'Neque, te ut miretur turba, labores, Contentus paucis lectoribus.'

LXXXVII.

IN SEXTUM.

DICIS amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem sub aqua, Sexte, natantis habes.

O Phæbe, dicis formosas puellas deperire amore tui, qui habes vultum natantis sub aqua.

~~~~~

In *Phæbum* lemma est in nonnullis codd. et edd. vett. et sic legi jussit Schrevel.—2 Beverlandus legit: *sub aqua, Phæbe, nitentis*, cum hac Nota: 'Niti quid sit, notum ex Suetonio, qui Vespasianum dixit habuisse vultum nitentis.' Infeliciter hic conjicit Beverlandus; nam *nitentis* metrum non patitur, atque ea mutatione perit antithesis, *ardere puellas*, et ipsum, *sub aqua natantis*.

## NOTE

2 *Qui faciem*] Pallidam nempe, et turgidam, ex eo quod, ut aiunt, sub aqua augescant omnia. Ludit Poëta, inquit Ramiresius, in illa antithesi,

*ardere puellas*, et faciem natantis habere, vix enim ejusmodi vultus flammæ accendat.

## LXXXVIII.

## IN MAMERCUM.

NIL recitas, et vis, Mamerce, Poëta videri.  
Quicquid vis esto, dummodo nil recites.

*O Mamerce, nihil recitas, et cupis Poëta existimari. Esto quicquid placet, dummodo nihil recites.*

~~~~~

Nihil recitas in Junt. an. 1512. Cetera non variant exemplaria scripta aut impressa.

NOTE

1 *Nil recitas*] Olim Poëtæ recens elenbrata poemata publice recitabant. Juvenalis Sat. vii. 39. 'At si dulcedine famæ Succensus recites, Maculonus commodat sedes, Ac longe ferrata domus servire jubetur.'

2 *Dummodo*] Nos enim importunis tuis recitationibus enecares. Horatius in fine Artis Poëticæ: 'Indoctum doctumque fugat recitator acerbus: Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo.'

LXXXIX.

IN GAURUM.

Quod nimio gaudes noctem producere vino;

Ignosco: vitium, Gaure, Catonis habes.

Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo,

Laudari debes: hoc Ciceronis habes.

Quod vomis; Antoni: quod luxuriaris; Apici:

5

Quod fellas; vitium dic mihi cujus habes?

O Gaure, parco quod delectaris protrahere noctem nimio mero; laboras vitio Catonis. Celebrandus es, quod condis versus, invitis Musis, et Apolline invito: id accipis a Cicero. Quod vomis, ab Antonio; quod luxuriosus es, ab Apicio....

Hujus Epigrammatis lectio non variat in libris manuscriptis aut prelo typographico excusis.

NOTE

3 *Catonis habes*] Horatius III. Od. 21. 'Narratur et prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus.'

4 *Hoc Ciceronis*] Qui male scribebat carmina. Juvenalis Sat. x. 'O fortunatam natam me consule Romanam! Antoni gladios potuit contem-

nere, si sic Omnia dixisset.'

5 *Quod vomis*] Antonii vomitus describit Cicero in Philipp. II.

Apici] Qui suum patrimonium luxu consumsit, de quo agemus lib. III. Epig. 22.

XC.

AD QUINTILIANUM.

QUINTILIANE, vagæ moderator summe juventæ,

Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ,

O Quintiliane, summe rector juventutis errantis, o Quintiliane, decus togæ Ro-

1 Junt. in marg. *guava* pro *vaga*.—6 Codex Bodleianus: *aptat imaginibus*. Delph. et Var. Clas. Martial. O

Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis,

Da veniam: properat vivere nemo satis.

Differat hoc, patrios optat qui vincere census,

5

Atriaque immodicis arctat imaginibus.

Me focus, et nigros non indignantia fumos

Tecta juvant, et fons vivus, et herba rudis.

Sit mihi verna satur: sit non doctissima conjux:

Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

10

mana, ignosce quod inops, necdum senex, festino vivere: nullas festinat satis vivere. Præroget hoc, qui cupit superare bona paterna, et qui implet atria multis imaginibus. Focus, et domus non aspernans fumos nigros, fons vivus, et gramen naturale me delectant. Habeam servum saturatum: habeam uxorem non doctissimam: dormiam per noctem; et dies prætereat sine lite.

NOTÆ

1 *Quintiliane*] Calaguritanus fuit: Calaguris vero urbs est Hispaniæ ad ripas Iberi, hodie *Calahorra* in Castilia veteri. Summo cum splendore Rhetoricam docuit Romæ, atque ad Senatoriam dignitatem est evectus, ut colligere est ex Juvenalis verbis Sat. vii. sic enim de Quintiliano loquitur: 'Appositam nigræ lanæ subtextit alutæ.' Aluta autem Senatorum et nobilium Romanorum erat ornamentum. Epig. 29. supra.

3 *Quod propero*] Properat ille vivere, qui sine ulla mora genio indulget.

5 *Differat hoc*] Non indulgeat genio suo is, qui suo patre ditior vult evadere.

6 *Imaginibus*] Majorum imagines, qui præclari aliquid gesserant, collocabantur in atris, sen in primo intra ædes aditu. Juvenalis Sat. viii. 'Quis fructus generis tabula jactare capaci Corvinum, et posthac multa deducere virga Fumosos equitum cum

dictatore magistros.'

7 *Et nigros non*] Hoc est, ædes auro nitidas non ambio, sed vel fuliginosæ non displicerent.

8 *Fons vivus*] Aqua naturalis, non factus liquor.

Herba rudis] Gramina sua sponte nascentia, nec otiosis ordinata myrtetis, ut dixit lib. iii. Epig. 58.

9 *Verna satur*] Servi saturi alacriter serviunt, nec conqueruntur, nec convivis invident. Lib. iii. Epig. 58. 'Vescuntur omnes, ebriorque non novit Sator minister invidere convivæ.'

Non doctissima conjux] Quæ enim docta, plerumque molesta est. Juvenalis Sat. vi. 'Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit, Dicendi genus, aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.'

10 *Sine lite dies*] Lib. v. Epig. 15. 'Nec lites tetricas, forumque triste Nossemus.'

XCI.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

RERUM certa salus, terrarum gloria, Cæsar,
 Sospite quo magnos credimus esse Deos;
 Si festinatis toties tibi lecta libellis

Detinuere oculos carmina nostra tuos;
 Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,
 Natorum genitor credar ut esse trium.

5

Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
 Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

O Cæsar, certa salus rerum, decus orbis, quo salvo putamus existere magnos Deos; si libris properatis versus nostri toties a te lecti demerati sunt tuos oculos; concede comparere, quod fieri prohibet fortuna, ut existimer pater trium liberorum. Hæc fuerit nobis consolatio, si displicui; hæc vero nobis fuerit merces, si placui.

2 Ramiresio pro magnos videtur legendum *manos*.—7 *Hoc, si displicui, fuerit Juntina nostra in margine. Mox, Hoc fuerit nobis: lectio utraque mendosa.*

NOTE

2 *Sospite quo*] Ex tua incolumitate credimus et Deos esse, et rerum humanarum curam suscipere: lib. vii. Epig. 59. lib. v. Epig. 1. ‘Sospite quo gratum credimus esse Jovem.’

3 *Si festinatis*] Si carmina mea festinata, ac prope ex tempore condita legisti.

5 *Quod fortuna*] Hæc erat formula petendi jus trium liberorum.

6 *Natorum genitor*] Qui tres habebant liberos, multis privilegiis gaudebant. In spectaculis honestior illis locus assignabatur: in honoribus pe-

tendis gratia fiebat annorum propter liberos. Codice de Decurionibus Lege ix. ‘In albo decurionum præscriptis, patrem non habenti filios anteferri constat.’ Juven. Sat. ix. ‘Jura parentis habes, propter me scriberis hæres, Legatum omne capis,’ &c. Gellius lib. ii. cap. 15. ‘Sicuti capite septimo Legia Juliæ priori ex Consulibus fasces sumendi potestas sit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit.’

XCII.

AD UXOREM.

NATORUM mihi jus trium roganti
 Musarum pretium dedit mearum,

Ille, unicus qui poterat, mihi potenti concessit jus trium liberorum, mercedem

Solus qui poterat. Valebis, uxor.
Non debet Domini perire munus.

meorum Musarum. O conjux, valebis. Donum domini non debet esse inutile.

4 'Scribere Valerius voluit, *domino*, et intelligi, Quia trium liberorum jus a domino impetravi, *valebis, uxor*, sive nihil jam mihi uxore opus.' *Musamb.* Vide Var. Notas. Juntina nostra habet etiam *domino* in margine.

NOTE

3 *Solus qui*] Navi solus Cæsar concedebat hoc jus, de quo præcedenti Epig. et lib. III. Epig. 95.

Valebis, uxor] A me discedes. Verba divortii hæc sunt; 'Tuas res tibi habeto.' Item hæc; 'Tuas res tibi agito.' Leg. II. D. de Divortiis. Alii aliter explicant *valebis*, nimirum, moriaris oportet.

4 *Non debet*] Jam enim ex matrimonio liberos suscipere nolo, ne, quod mihi beneficium a Domitiano concessum est, paterna lege consequar. Aut intellige quod *valebis* pro, morere ut tibi succedam: nam pro numero liberorum sibi invicem succedebant vir et uxor. Vide Ulpianum Lib. Regularum Tit. 15. Judicet lector.

XCIII.

AD REGULUM.

PRIMUS ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus?

Quid faciam, si plus ille pudoris habet?

Tu tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum:

Unum de titulo tollere iota potes.

Ubi est primus liber, ais, cum iste sit secundus? Quid agam, si illi plus verocundie est? Attamen, o Regule, si tu mavis hunc fieri primum, licet demere unum iota ex titulo.

Nulla varietas est in hujus Epigrammatis lectione.

NOTE

1 *Primus ubi*] In lucem prodit secundus hic liber, primo non edito, forte quia cautior fuit Poëta, donec legentium judicia audiret; vel forte quia in primo libro multa scripserat ad laudem Titi, cujus tamen nomen non addiderat, sed Cæsarem tantum

dixerat, quæ libenter laturus non erat Domitianus, qui Titi fratris et patris Vespasiani laudes arrogabat sibi.

4 *Unum de titulo*] Duo II secundum librum denotant, unum vero I primum.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER III.

I.

AD LECTOREM, DE LIBRO GALLICANO.

Hoc tibi, quicquid id est, longinquis mittit ab oris

Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.

Hunc legis, et laudas librum fortasse priorem :

Illa, vel hæc mea sunt, quæ meliora putas.

Plus sane placeat, domina qui natus in urbe est ; 5

Debet enim Gallum vincere verna liber.

Gallia sortita nomen a toga Romanorum ad te mittit hoc quaecumque est ex remotis regionibus. Evolvit hunc, et forte commendas priorem libellum. Illa quæ magis probas, vel etiam hæc mea sunt. Magis certe probetur, qui editus est in urbe domina. Nam verna liber Gallo potior esse debet.

~~~~~  
Lemma deest in codice Thuanæo.—4 Donsa per interrogationem legendum autumat : quæ meliora putas? Hinc Gruterus edidit : *Illæ, vel hæc, mea sunt : quæ meliora putas?*

### NOTÆ

1 *Longinquis*] E foro Cornelli, librum enim illinc fuisse missum docet Epig. 4. infra, hodie *Imola*, quæ urbs est Galliæ Cisalpinæ, dictæ Togatæ, quia vestitum Romanorum assumserrat.

4 *Illæ*] Epigrammata scilicet primi vel secundi libri, quæ tibi sunt gratiora, mea sunt, immo et hæc libri tertii mea sunt. Legunt alii per in-

terrogationem : *quæ meliora putas?* An illa primi, aut secundi, vel hæc tertii libri Epigrammata, quæ omnia mea sunt?

6 *Debet enim*] Vernæ servi sunt domi sui domini nati; vernam vero priorem librum Romæ scriptum appellat, ut opponatur huic tertio in Galliæ composito.

## II.

## AD LIBRUM SUUM.

CUJUS vis fieri, libelle, munus?  
 Festina tibi vindicem parare,  
 Ne nigram cito raptus in culinam  
 Cordyllas madida tegas papyro,  
 Vel thuris piperisque sis cucullus. 5  
 Faustini fugis in sinum? sapisti.  
 Cedro nunc licet ambules perunctus,  
 Et frontis gemino decens honore  
 Pictis luxurieris umbilicis;  
 Et te purpura delicata velêt, 10  
 Et cocco rubeat superbus index:  
 Illo vindice nec Probum timeto.

*O liber, cui cupis donari? Propera tibi querere patronum, ne subito raptus in fuliginosam culinam operias cordyllas voida charta, aut flas cucullus thuris et piperis. Confugies in gremium Faustini? Recte facis. Nunc fas est incedas perfusus oleo cedrino, et decorus duplici frontis ornamento luxuriose orneris depictis umbilicis; et mollis purpura tegat te, et titulus superbus cocco fulgeat, illo avertore, nec ipsum Probum metus.*

8 *Et frontes* Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528.—11 *Et croco* Beverlandi Ms.—12 *In eodem Ms. nec probum timeto; et sic etiam conj. Ramires de Prado, improbane Musambertio.*

## NOTÆ

4 *Cordyllas tegas*] Pisciculi sunt, quo libri ungebantur contra tineas et cariem.  
 partus scilicet thynnorum, qui post elapsum primum annum thynni nuncupantur. Persius Sat. 1. 'nec scombro metuentia carmina, nec thus.'

6 *Faustini*] De quo lib. 1. Epig. 26.

7 *Cedro nunc*] Synecdochicis ponitur, pro oleo expresso ex cedro,

8 *Et frontis gemino*] De librorum ornamentis diximus lib. 1. Epig. 67.

12 *Nec Probum*] Grammaticus fuit criticus, cujus meminit Suetonius de Grammaticis.

## III.

## IN MULIEREM DEFORMEM.

FORMOSAM faciem nigro velamine celas:  
 Sed non formoso corpore lædis aquas.

*Atro velo obtegis vultum pulchrum; sed deformi corpore corrumpis undas. Puta*

1 Ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. 1501. Junt. 1512. Colin. 1528. aliæ

Ipsam crede Deam verbis tibi dicere nostris,  
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.

*ipsam Deam tibi dicere nostris verbis, Vel detege vultum, vel tunicata ablu te.*

vett. habent *nigro medicamine velas*. Pulmanni vetus codex: *nigro medicamine celas*: unde Ramires de Prado conj. *nigro velamine celas*, quod optimos habere libros ait Scriverius, et requirere *rd aperi vs. 4.*—2 *At non* Beverlandi Ma.—4 Codd. Thuan. et Vat. *aut tunicata*: Juntina nostra in marg. *Detege vel faciem, vel, &c.*

## NOTÆ

1 *Velamine celas*] Alii *medicamine velas*. Eligat lector. Prior lectio esse colligebant veteres ex perennitate scaturiginis.

2 *Ipsam crede*] Aquæ Nympham pore colligemus faciem quoque esse intellige: fontibus autem numen in- deformem.

## IV.

## AD LIBRUM SUUM.

ROMAM vade, liber: si, veneris unde, requirer;

Æmiliæ dices de regione Viæ.

Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit:

Corneli referas me licet esse foro.

Cur absim, quæret: breviter tu, multa, fatere,

5

Non poterat vanæ tædia ferre togæ.

*O Æbelle, proficiscere Romam. Si rogabit Faustinus, unde veneris; responde de regione Via Æmilia. Si percontabitur, quibus in terris simus, qua in civitate; fas est respondeas, me esse in foro Cornelii. Rogabit cur absim: tu breviter fatere multa, Nequibat pati fastidia vana togæ. Si dicet, Quando redibit?*

3 Beverlandi Ma. et Juntina nostra in marg. *rogabit*.—5 *Cur absim, quæret, breviter: tu, &c.* Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. *Cur absim quæret: breviter tu, &c.* Modius et Ramires. *Cur absim quæret, breviter tu, &c.* Musambert. Ant. de Rooy pro *tu* legendum censet *tam*; *tam multa* pro 'tot,' ut infra lib. VII. Epig. 49. 'Tam multi pariter,' &c. Forte olim scriptum fuit *tā multa*. Hanc autem virgulam, loco literæ *m* pictam, properantibusque scribis neglectam, infinitos Auctorum locos conspurcasse, notum est. Vide Arntzen. Specim. Obs. cap. 13. ubi egregie complura veterum loca restituit. Adi et ejusdem Patrum ad Caton. Dist. I. 12. Et hic tanto facilius fuit lapsus; quia vox sequens a litera *m* incipiat: *a* autem et *u* sæpius fuisse permutata,

## NOTÆ

2 *Æmilia dices*] Illam intellige quam stravit Æmilius Lepidus, qua scilicet iter erat ad forum Cornelii, hodie Imola.

5 *Breviter tu, multa*] Paucis verbis complectere causas absentis mee, scilicet me non posse in urbe tot subire vana togatorum officia.

Si, quando veniet? dicet: responde, Poëta  
Exierat; veniet, cum citharædus erit.

*Responde, Poëta discesserat, revertetur cum citharædus conserit.*

dudum VV. DD. observatum.—7 *Quando venit, dicet, tu respondeto* in Ald. Junt. Collin. et aliis vett. et sic codd. Gruteri, probante Gronovio. *Et quando veniet, dicens responde membrana Bong. Vide Var. Notas.*

#### NOTÆ

7 *Responde*] Ultima videtur longa; sed priscorum more hoc verbum est tertie conjugationis. Legunt alii: *Quando venit? dicet: tu respondeto, Poëta, &c.*

8 *Cum citharædus*] Tunc enim tem-

poris Romæ pluri fiebant citharædi, quam Poëtæ: ita Romanorum mores capit, lib. v. Epig. 56. 'Artes discere vult pecuniosas? Fac discat citharædus aut choraules.'

#### V.

#### AD EUNDEM.

Vis commendari sine me cursurus in urbem,  
Parve liber, multis? an satis unus erit?  
Unus erit, mihi crede, satis, cui non eris hospes,  
Julius, assiduum nomen in ore meo.  
Protinus hunc primæ quæres in limine Tectæ,  
Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille, Lares.

5

*O exigua libelle, sine me properaturus Romam, cupisne commendari multis? an unus sufficiet? Mihi fidem adhibe, unus, cui non eris extraneus, sufficiet Julius, cujus nomen prædico assidue. Statim hunc convocas. Nunc vero in introitu primæ domus ille habet domicilium, quod occupavit Daphnis. Habet uxorem qua*

4 *Cujus et assiduum* Beverlandi Ms.—5 *Protinus hunc adeas, primique in limine tecti* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. 1501. Junt. Collin. Gryph. alim vett. *primi qui limine tecti* vetus codex Cagnerii. Dan. Heins. ad Claud. III. Cons. Honor. 10. ex vestigiis Vaticani codicis corrigebat: *primæ in limine tectæ*; quod ad Senecam Gronovius jam occupaverat. Nic. vero Heins. ad Ovid. Fast. vi. 192. emendat: *Protinus hunc primæ quæsitum i limina Tectæ*: *Quas tenuit, &c.* Ita, inquit, ex vestigiis membranarum scribendum, quicquid viri docti obloquuntur. Lectionem nostram testantur codd. Scriverii, unus-

#### NOTÆ

5 *Primæ [primique]* Julius habitat in prima statim domo ingredientibus Romam Via Æmilia: hanc appellat *limen primi tecti*: Julii vero ædes prior possederat Daphnis. Legunt

alii: *Protinus hunc primæ quæres in limine Tectæ*. Tecta vero erat quædam urbis via, in cujus ingressu erant ædes istius Julii, de quo lib. 1. Epig. 16.

Est illi conjux, quæ te manibusque sinuque  
 Excipiet, vel si pulverulentus eas.  
 Hos tu seu pariter, sive hanc, illumve priorem  
 Videris; hoc dices: Marcus avere jubet. 10  
 Hoc satis est: alios commendat epistola: peccat,  
 Qui commendandum se putat esse suis.

*manibus et gremio te accipiet, etiam si advenias pulverulentus. Sive tu conspexeris hos simul, sive hanc prius, aut illum, hoc dices: Marcus nuntiavit salutem. Hoc sufficit. Alii commendantur literis. Fallitur qui credit se esse commendandum suis amicis.*

que Farnabii, Oxoniensis scilicet.—11 *Et satis est libri veteres.* Heins. ad Ovid. Amor. III. 8. 60. legi jussit: *Id satis est.* Hunc vide ad Amor. II. 14. 44.

## NOTE

7 *Manibusque sinuque*] His verbis gratissimum fore Julio atque ejus uxori hunc librum agnoscitur.

10 *Marcus*] Martialis. Ut advenientes 'ave,' seu 'salve,' sic abeuntes et recedentes 'vale' dicebant. Suetonius in Augusto cap. 53. Brissotius de Formulæ lib. VIII.

## VI.

## AD MARCELLINUM.

Lux tibi post Idus numeratur tertia Maias,  
 Marcelline, tuis bis celebranda sacris.  
 Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:  
 Libat florentes hæc tibi prima genas.  
 Magna licet dederit jucundæ munera vitæ, 5  
 Plus nunquam patri præstitit illa dies.

*O Marcelline, tu computas diem decimum octavum Maii bis colendum tuis sacrificiis. Hæc prima edidit genitorem in lucem ætheream: hæc prima tibi decerpit barbam ex genis florentibus. Quamvis illa lux concemerit ingens donum vitæ gratæ, nunquam plus largita est patri.*

3 *Computat nonnulli.*—6 Farnabius e quibusdam edd. affert: *præstitit illa dies.*

## NOTE

1 *Idus*] Martius, Maius, Julius, hæc enim lanugo deponabatur magna conviviorum et ludorum celebritate.

5 *Magna licet*] Quod dies natalis vitam patri dederit, munus est ingens; sed majus est, quod eadem illa die filius vir evaserit: nam viri appellabantur a barba resecta.

2 *Bis celebranda*] Quod ea die pater natus sit, et ipse Marcellinus deposuerit primam barbæ lanuginem:

## VII.

## DE SPORTULA.

CENTUM miselli jam valete quadrantes,  
 Anteambulonis congiarium lassi,  
 Quos dividebat balneator elixus.  
 Quid cogitatis, o fames amicorum?  
 Regis superbi sportulæ recesserunt. 5  
 Nihil stropharum est: jam salarium dandum est.

*Jam valete, o miseri, centum quadrantes merces clientis defatigati, quos distribuebat balneator elixus. O fames amicorum, quid censetis? Sportula regis superbi sublata est. Nihil fallaciarum est: salarium nunc donandum est.*

6 *Nihil tropharum est* conj. Calderinus: i. e. alimentorum, quasi dicat amplius non dantur cibi in sportulam: attamen, *stropharum* legi jussit.

## NOTE

1 *Valete*] Quia salarium, id est, cœna recta datur. Suetonius in Nerone cap. 16. 'Publicæ cœnæ ad sportulas redactæ.' Nero cœnam rectam clientibus exhibitam a potentioribus redegerat ad sportulam; quæ calathus fuit, quo primum opsonia, postea centum quadrantes dabantur. Domitianus vero abrogato illo Neronis edicto revocavit cœnas rectas. Suetonius in Domitiano cap. 7. 'Sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine.'

2 *Congiarium*] Dicitur donum a congio mensura liquidorum.

3 *Balneator elixus*] Aquarum et vaporum calore prope coctus. Balneator hic sumitur pro eo qui sportulam distribuebat clientibus simul cum domino lavantibus.

4 *O fames*] Exiguam quippe spor-

tulam largientes patroni fame necabant suos clientes.

5 *Regis superbi*] Hoc est, patroni, quem dominum et regem appellabant clientes: vel, Neronis superbi, qui cœnas rectas sustulerat. Posterior hic sensus magis mihi placet. Lib. Spect. Epig. 2. 'Abstulerat miseris tecta superbus ager.' Neronis nempe.

6 *Nihil stropharum*] Sportulas quandoque imminuebant avari, nec opsonia data æquabant centum quadrantes, et hæ erant strophæ quibus clientes circumveniebantur, et fame peribant: strophæ fallacia est ἀρὸ τοῦ στροφῆν, *vertere*.

*Salarium*] Annuas mercedes, et stipendia significat, hic vero victum unius diei, et videtur accipiendum pro cœna recta.

## VIII.

## IN QUINTUM.

THAIDA Quintus amat: quam Thaida? Thaida luscam.  
 Unum oculum Thais non habet, ille duos.

*Quintus ardet Thaida. Quam Thaida? Thaida luscam. Thais caret uno oculo, ille duobus.*

Hujus Epigrammatis lectionem non variant exemplaria scripta aut impressa.

## NOTE

2 *Unum oculum*] Jocus est a veritate ad metaphoram. Thais enim vere carebat uno oculo; Quintus vero metaphorizans duobus carere dicitur, quod amore ita obcecabatur, ut vitia illius non deprehenderet.

## IX.

## IN CINNAM.

VERSICULOS in me narratur scribere Cinna.

Non scribit, cujus carmina nemo legit.

*Cinna dicitur scribere carmina adversus me: ille non scribit cujus versus a nemine leguntur.*

Hic nulla lectionis varietas est in libris calamo exaratis aut typis impressis.

## NOTE

2 *Nemo legit*] Ineptum Poëtam mine legebantur, ac si nunquam in irridet, cujus versus perinde a nemine lucem prodissent. Lib. vi. Epig. 64.

## X.

## IN PHILOMUSUM.

CONSTITUIT, Philomuse, pater tibi millia bina

Menstrua, perque omnes præstitit illa dies,

Luxuriam premeret cum crastina semper egestas,

Et vitii essent danda diurna tuis.

Idem te moriens hæredem ex asse reliquit :

5

Exhæredavit te, Philomuse, pater.

*O Philomuse, pater tibi assignavit duo millia in mensem, et præbuit illa per omnes dies, cum crastina inopia semper urgeret luxum, et tribendum esset diurnum tuis vitiis. Idem moriens instituit te hæredem ex asse: O Philomuse, genitor exhæredavit te.*

5 *Et vitii esset in quibusdam vett. et sic est in edd. Ramiresii, Janii, Delphi. &c. tanta diurna conj. Gronovius.*

## NOTE

2 *Perque omnes*] Duo millia sester-tium distribuit pater in triginta partes, et singulas singulis diebus dedit Philomuso, qui adeo prodigus erat, ut omnia effunderet. Alii intelligunt duo quidem millia in unum mensem assignata fuisse Philomuso, sed tamen propter immodicas impen-

sas singulis diebus duo millia Philomuso data, atque ab illo fuisse consumpta, ita ut in crastinum nihil ipsi prorsus superesset. Videat lector. Horatius i. Serm. Sat. 3. 'Decies centena dedisses Huic parco, paucis contento, quinque diebus Nil erat in oculis.'

## NOTE

5 *Ex asse*] Ex tota hæreditate in duodecim uncias ut plurimum divisa, quæ assem efficiunt.

6 *Exhæredavit tæ*] Cum enim factus sui juris Philomusus patrimonium brevi dilapidaturus esset, pater illum

hæredem instituens perinde fecerat, ac si exhæredasset. Vel *Exhæredavit*, quod vivens pater tot et tantas impensas suppeditavit Philomuso, ut hæreditatem vel nullam, vel ære alieno obrutam reliquerit.

## XI.

## AD QUINTUM.

Si tua nec Thais, nec lusca est, Quinte, puella,

Cur in te factum distichon esse putas?

Sed simile est aliquid: pro Laide Thaida dixi.

Dic mihi, quid simile est Thais et Hermione?

Tu tamen es Quintus: mutemus nomen amantis;

5

Si non vult Quintus Thaida, Sextus amet.

O Quinte, si tua puella nec est Thais, nec lusca; quare credis distichum esse compositum in te? Sed est aliqua similitudo: pro Laide, nominavi Thaida. Dic mihi quam similitudinem habent Thais et Hermione? Nihilominus tu es Quintus: mutemus nomen amantis: si Quintus non vult, Sextus ardeat Thaida.

2 Beverlandi Ms. *distichon esse doles*.—3 Langius in marg. pro v. l. habet: 'Pulmanni codex, dixi.' Nullibi alteram lectionem reperire possum: conjicio tamen ex Ramiresii Nota, illum ante oculos habuisse: *Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dici*. Quem vide in Var. Notis.

## NOTE

1 *Si tua*] Hermionen amabat Quintus, non Thaida, ut dictum est Epig. 8. supra.

2 *Pro Laide*] Si puella tua Laïs vocaretur, haberet aliquam nominis similitudinem cum Thaidæ.

5 *Tu tamen es Quintus*] Et ego

Quintum nominavi; unde Quintus videtur notatus.

*Mutemus*] Cum enim meis in jocos semper utar nominibus fictis, nihil refert utrum Quintum aut Sextum Thaidis amatorem nominem.

## XII.

## IN FABULLUM.

UNGUENTUM, fateor, bonum dedisti

Convivis here: sed nihil scidisti.

*Fateor, heri largitus es convivis bonum unguentum: sed nihil scidisti. Res est*

## NOTE

1 *Unguentum*] Ante cœnam corpus ungere solebant veteres.

2 *Scidisti*] Verbum est conviviorum proprium: qui vero nihil scin-

Res salsa est bene olere, et esurire.  
 Qui non coenat et ungitur, Fabulle,  
 Hic vere mihi mortuus videtur.

5

*salsa bene olere, et cuire. O Fabulle, hunc existimo vere mortuum, qui non coenat, et ungitur.*

3 *Res falsa est* codex Bodleianus.—5 *Hic vero mihi* Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528.

## NOTÆ

debat, nihil convivis comedendum cula et inepta.  
 distribuēbat.

5 *Mortuus*] Mortui quippe unguntur, nec comedunt.

3 *Res salsa*] Ironia, id est ridetur, nec comedunt.

## XIII.

## IN NÆVIAM.

DUM non vis leporem, dum non vis carpere mullum,  
 Et plus quam patri, Nævia, pareis apro;  
 Accusas, rumpisque coquum, tanquam omnia cruda  
 Attulerit. Nunquam sic ego crudus ero.

*O Nævia, dum recusas scindere leporem et mullum, atque ab apro te abstinea, plusquam a genitore; criminaris, et laceras coquum, veluti apposuerit omnia cruda. Hoc modo nunquam ego vexabor cruditate.*

1 *Dum non vis piscem* legit Scriverius: *Dum non vis pullos* Beverlandi Ms. *carpere pisces* codex Thuan. *carpere pullos* in aliis.

## NOTÆ

4 *Nunquam sic ego*] Ex nimia satiritate oritur cruditas stomachi, qua non erat laboraturus Martialis, cum cibos crudos prætexeret Nævia, atque a mensa integros auferri juberet.

## XIV.

## DE TUCCIO.

ROMAM petebat esuritor Tuccius,  
 Profectus ex Hispania.

*Tuccius famelicus profectus ex Hispania ibat Romam. Fabula sportularum occurrit illi: reversus est a ponte Malvio.*

Lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *De Tutio*. Langius, Ramires,

Occurrit illi sportularum fabula :

A ponte rediit Mulvio.

Junius, et Delph. *De Tuscio*. Pulmanni Ms. *De Tuscio*.—4 *Milvio* Ald. Junt. et Colin.

NOTÆ

3 *Occurrit*] In ponte Mulvio distante mille passibus ab urbe accepit Tuccius, quam tenuis sportula daretur Romæ, atque illinc ne periret fame, in Hispaniam rediit.

XV.

DE CODRO.

PLUS credit nemo, quam tota Codrus in urbe.

Cum sit tam pauper, quomodo? cæcus amat.

*In tota civitate nullus magis credit, quam Codrus. Quæ ratione, cum adeo egenus sit? Cæcus amat.*

1 *Plus credit*] Beverlandi Ms. Juntina nostra in margine habet: 'in omnibus credit.' Ant. de Rooy legit: *Plus credit nemo tota, quam, &c.*—2 In edd. vett. *quomodo cæcus amat?* In Pulmanni codd. *Quomodo cæcus amat*, sine interrogationis nota.

NOTÆ

1 *Credit*] Ludit in ambiguitate verbi 'credere,' quod significat fidem adhibere, et dare pecunias mutuo.

2 *Cæcus amat*] Hoc est, amore obcæcatus existimat puellam esse formosam, quæ tamen deformis est: vix enim credam vere fuisse cæcum hunc Codrum, qui amaret puellam, quam audierat esse formosam. Lib. VIII. Epig. 49.

XVI.

IN CERDONEM.

DAS gladiatores, sutorum regule, cerdo,

Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.

O cerdo, regule sutorum, exhibes gladiatores, et quod tibi acquirit subula,

1 Ramiresius legit: *sutorum, Regule, cerdo*, ut *Regulus* sit nomen proprium. *Cerdo* nomen proprium esse ait Cagnerius.—2 Junt. an. 1512. *sicca rapit*.—

NOTÆ

1 *Das gladiatores*] Hunc cerdonem Cerdo vero et sutor in eo differunt, iterum irridet Epig. 59. infra, qui quod sutor calceos faciat, cerdo resarciat.

2 *Subula*] Quæstum facis, quem sica, gladiatorum nempe, tibi eripit e manibus.

Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,  
Ut velles corio ludere, cerdo, tuo.

Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento 5  
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

*illud aufert gladius. Temulentus es; nunquam enim id ageres siccus, ut cuperes, o cerdo, ludere tuo corio. Lusisti: sufficit: at, mihi crede, recordare nunc te continere in tua pellicula.*

4 *Velles ut corio* Pulmanni Ms.—5 *Lusisti corio; sed* Beverlandi Ms. *Lusisti satis, sed* Ald. 1501. Junt. Colln. Gryph. Lang. &c. *Lusisti satis; sed* Juntina nostra in margine. *Lusisti; satis est: sed* codex Pulmanni.

## NOTE

4 *Ut velles corio*] Id est, impensis te: huic proverbio locum dedit Asinius Cumanus, qui leonis pellem sibi

6 *Nunc in pellicula*] Infra artificii adaptaverat, qua exutus, et agnitus, et conditionis tuæ terminos contine ad necem usque verberatus est.

## XVII.

## IN SABIDIUM.

CIRCUMLATA diu mensis scriblita secundis,

Urebat nimio sæva calore manus;

Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo

Sufflavit buccis terque quaterque suis.

Illa quidem tepuit, digitosque admittere visa est: 5

Sed nemo potuit tangere: merda fuit.

*Scriblita diu circumgestata secundis mensis nimio calore sæva adurebat manus: sed Sabidi gula ardentior erat; statim igitur suis buccis sufflavit ter et quater. Illa quidem tepefacta est, et visa est posse tangi digitis: sed nullus potuit tangere: merda fuit.*

1 *Circumjecta* Beverlandi Ms. Antiquus codex Calderini *scriblita*; sed male emendarunt, *sportita*; vel, *intrita*, ut in ed. prima Dictionarii Calepini in voc. 'intritum'; et sic legit Merula contra Calderinum; vel *scriblita*. 'Dictio hæc depravata est in novis codd. omni parte, in vetustissimis non omnino; nam vetusti codd. sic habent, *scriblita*, quod ita emendandum censeo *scriblita*; nam *scriblita*, auctore Varrone in Menippeæ, est genus cibi liquidioris.' *Calderinus. Inscripta* codex Pulmanni, et Beverlandi Ms.

## NOTE

1 *Scriblita*] Placentæ species. halitu fuerat corrupta. Lib. vii.  
6 *Sed nemo*] Quia impuro Sabidi Epig. 93.

## XVIII.

## IN MAXIMUM.

PERFRIXISSE tuas questa est præfatio fauces.

Cum te excusaris, Maxime, quid recitas?

*In exordio conquestus es rancas esse tuas fauces. O Maxime, cum te excusaris, cur recitas?*

2 Cum tu excusaris ex ed. Pulmanni citat Langius.

## NOTE

1 *Perfrixisse*] Nimio frigore te factum esse rancum.

2 Cum te excusaris] Recitare non debuisti, sed tibi et nobis parcere.

## XIX.

## DE VIPERA IN ORE URSÆ.

PROXIMA centenis ostenditur ursa columnis,

Exornant fictæ qua Platanona feræ.

Hujus dum patulos alludens tentat hiatus

Pulcher Hylas, teneram mersit in ora manum.

Vipera sed cæco scelerata latebat in ore,

5

Vivebatque anima deteriore fera.

Non sensit puer esse dolos, nisi dente recepto,

Dum perit: o facinus, falsa quod ursa fuit!

*Ursa videtur vicina centenis columnis, ubi belluæ adumbratæ decorant Platanona. Dum formosus Hylas ludens circum explorat apertas illius fauces, mersit manum teneram in ora. At vipera improba delitescens in faucibus tenebrosis, et belluæ vivebat spiritu nequiore. Puer non advertit inesse fraudes, nisi dum moritur læsus dente: o scelus quod fuit ursæ ficta!*

2 *Exornant pictæ* Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ.—3 Codex Thuan. *temptat hiatus*. Pulmanni codex: *alludere tentat hiatus*.—4 *Vipera sed cæco celata* in eodem: *cæco scelerata* in Beverlandi Ms. *latebat in ore* Thuan. *latebat in ore* ex Palat. legendum censet Gruterus.—5 *Dum perit: o facinus aures quod ursa fuit* in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Comperit et facinus aures* correxit Ramires de Prado. Ex nonnullis codd. *fassa* quod citat Musambertina; unde fecit: *Dum perit: o facinus falsa*; quam lectionem nunc testantur codd. Bodl. et Scriv. Voces *fassa* et *falsa* sæpe permutantur. Alii legunt: *o facinus falsa quod ursæ facit*.

## NOTE

1 *Proxima*] Platanon locus scilicet platanis consitus erat juxta porticum forte Vipsanam, de qua lib. II. Epig. 14. ubi feræ erant marmoreæ, vel ænæ.

4 *Hylas*] Ejusdem nominis puer

ab Hercule adamatus fuit; ab hoc Hyla pueri formosi Hylæ dicti sunt.

5 *Cæco in ore*] Intus enim videre non poterat: legunt alii, *in ore*, et ursam æneam fuisse intelligunt.

6 *Vivebatque anima*] Pestifera nem-

## NOTÆ

pe et exitiali, vipera quippe latebat in ejus faucibus.

8 *Falsa quod*] Vera enim ura puer tam formoso pepercisset: vel ab

ea abstinisset puer. Alii, o *facinus aua quod ura fuit*. Alii, o *facinus falsum quod ura facit*.

## XX.

DE CANIO.

DIC, Musa, quid agat Canius meus Rufus?

Utrumne chartis tradit ille victuris

Legenda temporum acta Claudianorum?

An quæ Neroni falsus astruit scriptor?

An æmulatur improbi jocos Phædri?

5

Lascivus elegis, an severus herois?

An in cothurnis horridus Sophocleis?

An otiosus in schola Poëtarum

Lepore tinctos Attico sales narrat?

Hinc si recessit, porticum terit templi;

10

An spatia carpit lentus Argonautarum?

O Musa, refer quid faciat Canius Rufus meus? Anne committit scriptis non perituris evolendam Historiam temporum Claudianorum? an quæ Neroni tribuit falsum scriptor? an imitatur facetias Phædri malitiosi? an lascivus Elegis, an gravis Heroicis? an tristis in cothurnis Sophocleis? an serius recitat in schola Poëtarum jocos resperos Attica venustate? hinc si abiit, deambulat in porticu templi. An otiosus emittitur spatia Argonautarum? an post meridiem iterum ad solem sedet

1 *Rufus* Ald. Junt. Collin. et Gryph.—4 *Beverlandi Ms. falsus astruit*

## NOTÆ

1 *Canius*] De quo lib. i. Epig. 70.

3 *Acta Claudianorum*] Claudii Imperatoris et ejus familie Historia nota est ex Suetonio et aliis.

4 *An quæ Neroni*] An emendat Historiam Neronis quam adalantes ipsi auctores falso scripserant. Tacitus in proœmio Annalium: 'Tiberii, Calique, et Claudii, ac Neronis res, florentibus ipsis ob metum falsæ; postquam occiderunt recentibus odiis compositæ sunt.'

6 *Phædri*] Qui fuit Augusti libertus, fabulas Æsopi ex Græco Latinas fecit: improbum vero dixit, quia fictis animalium colloquiis sui tem-

poris mores acute carpit.

6 *Elegis*] Elegiarum materiam sic definit Horatius in Arte Poëtica: 'Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos.'

*Severus herois*] Grave est enim Herolci Carminis argumentum.

7 *Cothurnis Sophocleis*] Hoc est, an componit Tragedias? in quibus inducti heroës altis nitēbantur calceamentis, quæ dicta sunt cothurni. Sophocles carminis gravitate ceteros Tragicos longe superavit.

10 *Porticum terit templi*] Ambulat in porticu templi laetitia. Lib. ii. Epig.

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

P

An delicatæ Sole rursus Europæ  
 Inter tepentes post meridiem buxos  
 Sedet, ambulatve liber acribus curis?  
 Titine thermis, an lavatur Agrippæ, 15  
 An impudici balneo Tigillipi?  
 An rure Tulli fruitur, atque Lucani?  
 An Pollionis dulce currit ad Quartum?  
 An æstuentes jam profectus ad Baias  
 Piger Lucrino nauculatur in stagno? 20  
 Vis scire, quid agat Canius tuus? ridet.

*inter tepidas buxos delicatæ Europæ? aut ambulat solutus anxietatibus molestis? an Titi, an Agrippæ thermis abluatur? an balneo impuri Tigillini? an potitur villa Tulli, et Lucani? an properat ad Quartum amœnum Pollionis? an jam profectus ad Baias fercentes iners navigat in stagno Lucrino? Placet discere quid faciat tuus Canius? ridet.*

scriptor.—15 *Stertiue? thermis an lavatur Agrippæ?* Ms. Oxoniensis. *Stertiue* Beverlandi Mā.—16 *Tigellini* legi jussit Ramires.—18 Beverlandi Ms. *curritat quartum*.—20 *Piger Lucrino nauculatur* in ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis. Ita Phœdrus in quarta regione sæpe ponit Anapæstum. Pulmannus legit, *nauiculatur*. Lectionem nostram testantur opt. Gruteri codd. Sic ex ('nauita') 'navita' simplici Syncope fit 'nauta'; namque veteres Romani v consonantem non pronuntiabant.

#### NOTÆ

14. ubi etiam egimus de porticu Argonautarum et Europæ porticu, in qua post meridiem apricabatur Canius.

15 *Titine thermis*] Titi Imperatoris thermas interpretare. Legunt alii *Stertiue thermis*, minus bene meo iudicio, sed forte bene legeretur: *Stertiue, thermis an lavatur Agrippæ?* Agrippa quoque thermas construxerat, quibus nomen suum imposuerat.

16 *Tigellini*] Alii legunt *Tigellini*: fœdissimus fuit ille temporibus Ne-

ronis, de quo Tacitus *Annal.* xiv. *Juvenalis Sat.* i. 'Pone Tigellinum,' &c.

17 *Tulli atque Lucani*] De his duobus fratribus dictum lib. i. *Epig.* 37. hoc est, an rusticatur?

18 *Ad Quartum*] Prædium nempe ad quartum ab urbe lapidem.

19 *An æstuentes*] Aquas calidas Baiarum intellige in Campania, ubi et stagnum Lucrinum. Lib. i. *Epig.* 63.

#### XXI.

##### IN CRUDRELEM DOMINUM.

PROSCRIPTUM famulus servavit fronte notatus.

Non fuit hæc domini vita, sed invidia.

*Servus fronte signatus tuius est proscriptum. Non fuit hæc salus hari, sed vituperium.*

*De domino et famulo lemma est in cod. Pulmanni.*

## NOTÆ

- 1 *Proscriptum*] Antium Restionem Epig. 29.  
 hunc fuisse putant Interpretes, de 2 *Sed invidiis*] Summa enim hu-  
 quo Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 11. manitate usus erga dominum crude-  
*Fronte notatus*] De notis quæ ser- lem servus omnibus eum fecit odio-  
 vorum frontibus inurebantur, lib. 11. sum.

## XXII.

## DE APICIO.

DEDERAS, Apici, bis tricenties ventri,  
 Sed adhuc supererat centies tibi laxum.  
 Hoc tu gravatus, ut famem et sitim ferre,  
 Summa venenum potione duxisti.  
 Nil est, Apici, tibi gulosius factum.

5

O Apici, donaveras sexcenties abdomini, sed tibi restabat adhuc centies largum.  
 Hoc tu dolens extremo haustu bibisti venenum, ne patereris famem et sitim. Apici,  
 nihil egisti gulosius.

Hoc Epigramma, et quæ sequuntur quadraginta duo, locum obtinent in Junt. et Colin. post Epigr. LXVII. libri quinti.—1 *Dederas Apicibus* in Colin. an. 1528.—2 Beverlandi Ms. *luxit*: codex Palmanni *luxu*.—3 Edd. vett. *ne famem et sitim ferres*. Nostram lectionem ex codd. suis dedit Gruterus.—4 Beverlandi Ms. *perduxit* pro *duxisti*. Scriberius legi jussit *perduxit*, pro ‘*perduxisti*.’ Vide Carrion. Antiq. Lect. 1. 11. Heins. ad Virg. Æn. iv. 682. Tollium ad Auson. p. 370. et Burm. ad Propert. 1. 3. 27.—5 *Nullum est Apici* Beverlandi Ms. et sic legit Pulmannus. *te gulosius* in aliis. *Nil est, Apici, tibi gulosius factum* Ald. Junt. Colin. et Gryph.

## NOTÆ

- 1 *Bis tricenties*] Apicius, de quo Seneca ad Helviam, septingenta millia sestertium habebat in bonis; sexcenta millia luxu consumserat, centum vero millia supererant, at veritas ille ne hac summa explere gulam non posset, venenum bibit.  
 2 *Centies laxum*] Hoc est, non minus centies, immo vero amplius. Alii legunt *luxu*, pro *luxu*.  
 3 *Tibi*] Alii *te*.  
*Gulosius*] Is enim omnium gulosissimus videtur, qui centum sestertium millibus dives famem et sitim timeat: vel Poëta irridet Apicium, quasi centies emisset summam potionem qua periit, unde cariore pretio nunquam biberat.

## XXIII.

## IN INVITATOREM.

OMNIA cum retro pueris opsonia tradas:  
 Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?

*Cum a tergo porrigas servis omnes cibos, quare non sternis mensam ad pedes?*

In antiquis codd. lemma est: *In campetam avarum*: in edd. vett. *In Invitatore*, improbane Herald. — 1 Beverlandi Ms. *pueris retrahens*. In quibusdam edd. *obsonia*: in membranis fere scribitur, *opsonia*, ut est in marg. Juntianæ nostræ; et recte: nam Gr. est, *ἀψώνιον*. Beverlandi Ms. *tractus pro tradas*, quæ verba sæpe permutantur in codd.

## NOTÆ

1 *Omnia cum retro*] Discombentibus dominis ministrantes servi ad pedes stabant. Seneca de Beneficiis lib. III. cap. 27. 'Ut primum diluxit, servus qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixerat.' Avarus vero iste invitator cibos omnes pueris tradebat auferendos, ut crastinam in cœnam servarentur: vel forte pueris quos amabat, comedenda opsonia tradebat: ergo debuit mensam ponere a pedibus.

## XXIV.

## DE HARUSPICE HERNIOSO.

VITE nocens rosa stabat moriturus ad aras

Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

Quem Tuscus mactare Deo cum vellet haruspex,

Dixerat agresti forte rudique viro,

Ut cito testiculos peracuta falce secaret,

5

Teter ut immundæ carnis abiret odor.

Ipsæ super virides aras luctantia pronas

Dum resecat cultro colla, premitque manu;

*Hircus reus palmitis corrosi interiturus stabat ad altaria, victima grata tuis sacrificiis, o Bacche; quem Deo immolare valens haruspex Tuscus forte dixerat homini agresti atque imperito, ut quamprimum exsecaret testiculos falce peracuta, ut putidus odor fœdæ carnis evanesceret. Dum ipse haruspex pronus super altaria viridantia cultro resecat cervicem resistentem, et stringit manu, grande secretum*

*De Tusco haruspice* inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Juntian. aliis. *De hernioso haruspice* in cod. Pulmanni. — 2 Cod. Bodl. et Beverlandi Ms. *tuis victima digna sacris*. — 5 Junt. *per acuta*. Quia in codd. legerat, et *acuta*, Scriv. malit, sed *acuta*.

## NOTÆ

1 *Vite nocens rosa*] Lib. XIII. Epig. 39. 'Lascivum pecus, et viridi non utile Baccho, Det pœnas: nocuit jam tener ille Deo.' Alii legunt *Vite rosæ*. Judicet lector.

3 *Quem Tuscus*] Ex Tuscia, sive Hetruria, hodie la Toscana, Romam allata est haruspex. Haruspex autem, teste Donato ad Phœnicens

Terentii Act. IV. Sc. 4. ab haruga nominatur. Nam haruga dicitur hostia, ab hara in qua concluditur et servatur. Alii, qui sipe aspiratione scribunt, dici putant quia 'in ara inspicit exta.'

7 *Virides*] Hoc est, stratas herba viridi.

Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Occupat hanc ferro rusticus, atque secat:

10

Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus,

Talibus et fibrīs numina prisca coli.

Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,

Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

*visum est sacrificiis infensis: rusticus ferro invadit illud, atque secat: existimans hoc requiri ex prisca consuetudine sacrorum, et numina antiqua coli ejusmodi fibris. Sic qui pene ante fueras Tuscus haruspex, nunc Gallus, dum mactas hircum, ipse evasisti caper.*

## NOTE

9 *Iratis*] Forte propter irreverentiam haruspiciis, cujus hernia apparuit, quam exsecuit rusticus, cum hirci testiculos abscindere debuisset.

13 *Qui Tuscus*] Ludit Poëta in voce *Gallus*, quasi ille haruspex patriam commutasset; sed intelligit Gallum fuisse factum, hoc est, castratum:

Sacerdotes enim Cyboles castrati dicebantur Galli.

14 *Ips caper*] Hircus et caper in eo differunt, quod hic castratus sit, ille vero minime: (aliquando tamen confunduntur. Virgilius Ecloga VII. 'Vir gregis ipse caper.')

## XXV.

## AD FAUSTINUM.

Si temperari balneum cupis fervens,

Faustine, quod vix Julianus intraret:

Roga, lavetur, rhetorem Sabinæum.

Neronianas hic refrigeret thermas.

*O Faustine, si vis refrigerari balneum æstuans, quod vix ingrederetur Julianus: ora rhetorem Sabinæum, in eo lavetur. Ille temperat thermas Neronianas.*

Lemma in Beverlandi Ms. est: *De Sabinæ Rhetore frigido.*—3 *Rogo laves uti rhetorem Sabinæum* legit Calderinus. *Rogo lavetur rhetorem Sabinæum* Ald. an. 1550. *Rogo lave tuti rhetorem Sabinæum* Ald. an. 1501. Junt. an. 1512. Colin. an. 1528. alie. *Rogo lavet uti* in quibusdam. *Rogo laver uti* in aliis. Legitur etiam: *Roga lavetur hic rhetor Sabinæus*; probante Ramiresio: et, *Rogo lavetur hic rhetor Sabinæus*. Ant. de Rooy conj. *Rogo, lavet tibi rhetorem Sabinæum*; ut *Rogo* sit adhortantis, vel pro 'quæso': sic supra, lib. II. Epigr. 14. et lib.

## NOTE

3 *Julianus*] Qui aquis nonnisi ferventibus lavabat.

4 *Roga*] Secutus sum Aldinam lectionem. Alii, *Roga, lavetur hic rhetor Sabinæus*. Alii, *Rogo lavet uti rheto-*

*rem Sabinæum*. Ineptum nempe, qui orationis frigore aquam etiam ferventem refrigeraverit.

4 *Neronianas*] Ceteris calidiores.

*Refrigeret* [refrigerat] Alii refrigeret:

11. Epigr. 79.—4 *Neromanus is refrigerat thermas* Junt. an. 1512. *Neronianus is refrigerat thermas* Ald. Colin. Gryph. &c. *refrigeret pro refrigerat non placet* eidem Ant. de Rooy.

## NOTE

hoc est, qui vel aquam calidissimam sēris ad orationis frigus seu potius refrigerare possit. Jocus est a frigore ineptias. Videat lector.

## XXVI.

## IN CANDIDUM.

PRÆDIA solus habes, et solus, Candide, nummos:

Aurea solus habes, myrrhina solus habes:

Massica solus habes, et Opimī Cæcuba solus:

Et cor solus habes, solus et ingenium.

Omnia solus habes: hoc me puta velle negare:

5

Uxorem sed habes, Candide, cum populo.

O *Candide*, solus possides prædia, et solus nummos: solus possides pocula aurea, solus possides myrrhina: solus possides Massica, et solus Cæcuba Opimii: tu solus cordatus es, et solus ingeniosus. Solus possides cuncta: hoc, opinor, negaturus sum; at tibi, o *Candide*, uxor est communis cum populo.

5 Alii legunt: *hoc nec puto posse negari*. Ramiresius: *hoc non puto posse negare*. Edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. *hoc me puto velle negare*. Scriverius: *nec me puta velle negare*.

## NOTE

1 *Candide*] De quo jam supra lib. Massico lib. XIII. Epig. 3.

11. Epig. 43.

*Solus habes*] Ex tuis bonis nihil communicas cum amicis.

2 *Myrrhina*] De quibus lib. XIV. Epig. 113.

3 *Opimī Cæcuba*] De vino Opimiano dictum lib. I. Epig. 27. De vino

4 *Et cor*] Solus sapere tibi videris.

5 *Hoc me puta*] Negaturus sum, inquit Poëta, te unum frui omnibus tuis bonis: alii enim simul cum eo dominantem ejus fundum arabant. Legunt alii: *Hoc nec puto posse negari*.

## XXVII.

## IN GALLUM.

NUNQUAM me revocas, venias cum sæpe vocatus:

Ignosco, nullum si modo, Galle, vocas.

*Nunquam me revocas, cum invitatus crebro accedas: O Galle, parco, si modo*

1 Beverlandi Ms. cum codd. Pulmanni: *cum sis prior ipse*.—3 Codex Farnabii: *vitium est utrinque*.

Invitas alios : vitium est utriusque. Quod? inquis.

Et mihi cor non est; nec tibi, Galle, pudor.

*neminem invites : vocas alios : dedecus est utriusque. Quod? ais. O Galle, nec ego habeo prudentiam, nec tu verecundiam.*

## NOTE

4 *Et mihi cor non est*] Nec enim te bene meritum ad cenam non revocare deberem.

*Nec tibi, Galle*] Cum me de te

## XXVIII.

IN NESTOREM.

AURICULAM Mario graviter miraris olere!

Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

*Tibi mirum est, fatere aurem Mario. Tu effcis hoc, o Nestor, garris in aurem.*

Hic nulla lectionis varietas est in libris manuscriptis aut impressis.

## NOTE

2 *Tu facis hoc*] Tu in causa es cur tiam affers impuro tuo halitu. illi male oleat auricula, cui graveolen-

## XXIX.

IN ZOILUM.

HAS cum gemina compede dedicat catenas,

Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.

*O Saturne, cum duplici compede Zoilus tibi consecrat has catenas, annulos priores.*

Nec in hoc Epigrammate quicquam variant membranæ aut libri impressi.

## NOTE

1 *Gemina compede*] Servi improbi compedibus victi opus in ergastulo faciebant.

*Dedicat*] Servi libertate donati compedes et catenas consecrabant Saturno, qui, per annum laneo vinculo alligatus, Saturnalibus, mense sc. Decembri, solvebatur: Saturnus ergo victorum Deus: his verbis significat Poëta Zoilum fuisse servum.

2 *Annulos*] Cum appellat annulos

priores, notat Zoilum ex servo factum esse equitem: si enim ferrei fuerint annuli priores, indicat allos deinde gestavisse Zoilum, et quidem dignitatis equestris insigne. Lib. xi. Epig. 38. 'Zoile, quid tota gemmam præcingere libra Te juvat, et miserum perdere sardonicha? Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus; Non eadem digitis pondera conveniunt.'

## XXX.

## AD GARGILIANUM.

SPORTULA nulla datur; gratis conviva recumbis :

Dic mihi, quid Romæ, Gargiliane, facis ?

Unde tibi togula est, et fusor pensio cellæ ?

Unde datur quadrans ? unde vir es Chiones ?

Cum ratione licet dicas te vivere summa :

5

Quod vivis, nulla cum ratione facis.

*Nulla donatur sportula ; conviva recumbis gratuito. Rogo, o Gargiliane, quid agis Romæ ? Unde habes togulam, et mercedem gurgustii obscuro ? Unde accipis quadrantem ? Unde es vir Chiones ? Licet dicas te vivere cum summa syngulitæ : sine ulla judicio agis, quod vivis.*

*4 Unde datur quadrans, unde vir es Chiones ? in Ald. Junt. Collig. &c. probante Ramiresio. Alii vero sic interpungunt : Unde datur quadrans ? Unde ? Vir es Chiones ? Nostram interpunctionem dedit Calderinus.*

## NOTE

1 *Gratis*] Nulla enim mercede accepta, clientes tunc una cum patrono cenabant.

4 *Quadrans*] Quo pretio lavabant pauperes. Horatius 1. Sat. 8. 'dum te quadrante lavatum Rex ibis.' Chione vero, scortum sui corporis copiam

egenis faciebat.

5 *Cum ratione licet*] Jocus est in ambiguo, in priori versu moderationem, in posteriori vero judicium significat: enimvero mori præstaret, quam vitam tam miseram ducere.

## XXXI.

## AD RUFINUM.

SUNT tibi, confiteor, diffusi jugera campi,

Urbanique tenent prædia multa Laræ :

Et servit dominæ numerosus debitor arcæ,

Sustentatque tuas aurea mensa dapes.

*Habes agros valde amplios, fateor, ædes tuæ urbanae occupant multa prædia : et multi Aedilicæ servant arcæ herili, et tuæ epulæ nituntur aurea mensa. At-*

*2 Albanicus codex Thuanens. — 3 Et servit domino numerosæ in eodem Thuan. ut et in codice Vaticano. — 4 Non est temere, quod in Thuan. memb. legatur : cures mensæ dapes.' Gronov.*

## NOTE

2 *Urbani Laræ*] Dii tui domestici occupant multa ædificia. 'Ædificia omnia urbana prædia appellamus,' Justi-

nianus Instit. lib. 11. Tit. 3.

3 *Dominæ arcæ*] Hoc est, multi sunt in ære tuo. Merito arcam dominam

Fastidire tamen noli, Rufine, minores.

5

Plus habuit Didymus: plus Philomelus habet.

*tamen, o Rufus, noli respicere inferiores. Didymus fuit locupletior; Philomelus ditior est.*

## NOTÆ

appellat; nam pecuniæ omnia obediunt. Lib. i. Epig. 77.

4 *Aureas menses*] Coronas tantum mensarum, non totas mensas aureas fuisse interpretatur Raderus: vel forte mensam auream dixit, quæ nempe ornata esset multis vasis aureis. Vel, simpliciter intellige auream

fuisse, aut inauratam.

6 *Didymus*] Malis artibus multa consecutus erat infamis hic Didymus de quo lib. xii. Epig. 43. Philomelus vero citharædus forte fuit tempore Martialis locupletissimus, qui ambo utpote ditiores Rufinum fastidire possint.

## XXXII.

## IN MATRINIAM.

NUM possim vetulam, quæris Matrinia? possum

Et vetulam: sed tu mortua, non vetula es.

Possum Hecubam, possum Nioben, Matrinia: sed si

Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

*Non possum subagitare vetulam, an expositulam, o Matrinia? possum et canem: at tu mortua es, non canis. O Matrinia, possum Hecubam et Nioben; et si illa nondum erit conuersa in canem, nec hæc in lapidem.*

1 *An possim vetulam* codex Pulmanni. *Nun possim* conj. Heraldus. *quereris Matrinia* edd. vett.

## NOTÆ

1 *Nun possim*] Legunt alii, *An possim vetulam, quæris Matrinia?* Hæc vetula accusabat Martialem, quod parum vir esset.

3 *Possum Hecubam*] Cuius et Nioben

bes notissima est fabula: his verbis significat se posse quidem vetulas, sed si nondum formam mulierum nimia senectute exuerint.

## XXXIII.

## QUALEM PUELLAM VELIT.

INGENUAM malo: sed si tamen illa negetur,

Libertina mihi proxima conditio est:

*Ingenua magis placet: at nihilominus si non sit copia illius, libertina mihi est*

Hujus Epigrammatis lectio non variat in libris scriptis aut excusis.

Extremo est ancilla loco : sed vincet utramque,  
Si facie nobis hæc erit ingenua.

*secundo loco : serva ultimo loco est. At si hanc habuero liberali forma, superabit utramque.*

## NOTE

1 *Ingenuam malo*] Ingenni dicuntur qui statim ut nati sunt, liberi sunt : libertini vero qui ex justa servitute manumissi sunt.

2 *Sed vincet*] Ancilla vincet ingenuam et libertinam, si formosa fuerit, atque ita solius formæ non conditionis rationem habet Poëta.

## XXXIV.

## AD CHIONEM.

DIGNA tuo cur sis, indignaque nomine, dicam.  
Frigida es, et nigra es : non es, et es Chione.

*Proferam cur merearis tuum nomen, et non merearis. Gelida es, et atra es, non es, et es Chione.*

~~~~~  
Neque hic ulla lectionis varietas est in exemplaribus.

NOTE

2 *Chione*] *Xiv* nix est : hæc mulier erat quidem Chione, quia frigida

erat ut nix : at cum non esset candida ut nix, sed nigra, non erat Chione.

XXXV.

DE PISCIBUS SCULPTIS.

ARTIS Phidiacæ toreuma clarum,
Pisces aspicias : adde aquam, natabunt.

Vides pisces opus egregium artis Phidiacæ : adjuuge aquam, natabunt.

~~~~~  
Neque in hoc Epigrammate exhibendo quicquam variant exemplaria scripta aut typis impressa.

## NOTE

1 *Artis Phidiacæ*] Phidias sculptor Atheniensis clarissimus toreuticen invenit, id est, artem conficiendorum toreumatum : est autem toreuma opus

torno factum, et cœlatum.

2 *Adde aquam*] Adeo naturam æmulantur, ut a veris vix secerni possint.

## XXXVI.

## IN FABIANUM.

QUOD NOVUS ET NUPER FACTUS TIBI PRÆSTAT AMICUS,

Hoc præstare jubes me, Fabiane, tibi.

Horridus ut primo semper te mane salutem,

Per mediumque trahat me tua sella lutum :

Lassus ut in thermas decima, vel serius, hora

5

Te sequar Agrippæ, cum laver ipse Titi.

Hoc per triginta merui, Fabiane, Decembres,

Ut sim tiro tuæ semper amicitiae ?

Hoc merui, Fabiane, toga, tritaque, meaque,

Ut nondum credas me meruisse rudem ?

10

*O Fabiane, eadem officia a me exigis, quæ a novo et paucis ante diebus facto amico. Ut primo diluculo tibi incultus nuntium salutem, et tua sella me agat per medium cursum: ut decima hora vel tardius defatigatus comiter te in thermas Agrippæ, cum ipse laver in thermis Titi. O Fabiane, hocne meritis sum per triginta annos, ut semper sim novus in tua amicitia? O Fabiane, hoc meritis sum toga lacera, et mea, ut nondum existimes me dignum rude.*

5 *Lapsus Beverlandi Ms.*—6 *Beverlandi Ms. cum labor ipse citi*, ob similitudinem litterarum *t* et *c* in codicibus antiquis. Codex Pulmanni: *cum laver ipse laeu*.

## NOTÆ

2 *Fabiane*] De illo conqueritur, quod cum vetus esset ejus amicus, nihilominus eandem semper anteambulænis operas quas a novis amicis exigebat.

5 *Decima hora*] Hoc est, duabus horis tardius solito: æstate enim octava hora lavabant, nona vero cœnabant. De horis fuse diximus lib. iv. Epig. 8.

6 *Cum laver ipse Titi*] Lavante enim in thermis Agrippæ Fabiano, coge- batur Martialis currere ad Titi ther- mas longe diasitas. Notat arrogan- tiam Fabiani, qui in eisdem thermis lavari secum clientes non pateretur.

9 *Meaque*] Cum clientes suos ves- tibus donare soleant alii patroni.

10 *Meruisse rudem*] Hoc est, libera- tionem officiorum: tractum est a gla- diatoribus; nam gladiatores ingra- vescente ætate rude donabantur, ut apud Horat. in Epistolis, et Juven. Qua rude accepta non cogeabantur amplius pugnare; sed publica ale- bantur pecunia. Sensus est: Putas me non demeruisse rudem, ut me alas sine officio. *Domitius*. Rami- resius putat Poëtam ambigue allu- sisse ad togam rudem, tritam scilicet oppositam, et villosam, quam pexam dixit lib. ii. Epig. 44.

## XXXVII.

IN IRASCENTES AMICOS.

IRASCI tantum felices nostis amici.

Non belle facitis : sed juvat hoc facere.

*O divites amici, acitis tantum succensere. Non decenter agitis, sed prodest hoc agere.*

~~~~~

In hujus Epigrammatis lectione consentiunt exemplaria manuscripta et impressa.

NOTE

2 *Non belle*] Irasci enim amico, amicitiam leges violare est. amicis, quibus succensetis. Lib. XII. Epig. 19.

Sed juvat] Quia nihil datis postea

XXXVIII.

AD SEXTUM.

QUÆ te causa trahit, vel quæ fiducia Romam,

Sexte? quid aut speras, aut petis inde? refer.

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Egit Atestinus causas, et Caius: utrumque

5

Noras: sed neutri pensio tota fuit.

O Sexte, qua ratio, aut qua spes certa te accersit Romam? dic quid inde aut speras, aut petis? dicam, eis, causas eloquentius ipso Cicerone, nec ullum habere æqualem in triplici foro. Atestinus dixit causas, et Ciris: cognoveras utrumque: at neuter habuit integram pensionem domus. Si nihil hinc assignar, componam

~~~~~

3 Pulmannus, disertior: Beverlandi Ms. disertior.—5 Pro Caius, multi legunt Ciris, pro nomine proprio; quod et Gruterus confirmat. Marcus ex ed. Pulmanni citat Langius.—6 In edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. tota fuit; quod in Junt. nostra correctum est tota fuit, et ab alia manu in margine, certa.

## NOTE

1 *Quæ te*] Corruptos Romanorum mores arguit Poëta, fingendo Sextum quandam decrevisse vivere Romæ.

3 *Disertius*] Alii disertior.

4 *In triplici foro*] Vetus sen Romanum unum, alterum Julii Cæsaris, tertium Augusti intellige.

5 *Egit Atestinus causas, et Caius* [Ciris] Alii Caius. Nomina forte ficta aut pauperum causidicorum, qui ex causis non erant consecuti unde totam solverent annuam conductæ domus pensionem.

Si nihil hinc veniet; pangentur carmina nobis:

Audieris, dices esse Maronis opus.

Insanis: omnes gelidis quicumque lacernis

Sunt ibi; Nasones, Virgiliosque vides.

10

Atria magna colam. Vix tres, aut quatuor ista

Res aluit: pallet cetera turba fame.

Quid faciam? suade: nam certum est vivere Romæ.

Si bonus es, casu vivere, Sexte, potes.

*cernis: audieris, affirmabis esse opus Virgilii. Desipis: omnes quicumque tibi occurrunt frigidis lacernis, cernis Nasones et Virgilios. Colam magna atria. Vix tribus aut quatuor ista res suppetitavit cibos: reliqua multitudo pallet fame. Quid agam? mone: nam statui vivere Romæ. Si probus es, o Sexte, potes vivere fortuito.*

—10 *Sunt tibi* ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. 1501. Junt. Colin. Ald. 1550. Gryph. &c. *Sunt ibi* codex Parnabil; cujus lectionis monuit et P. Scri-verius, probantibus Gronovio et aliis. *Sunt tibi, Nasones Virgiliosque putes?* cum interrogationis nota Beverlandi Ma.

## NOTE

9 *Gelidis*] Hoc est, tritis lacernis, quæ frigus undique admitterent.

10 *Sunt ibi* [*tibi*] *Alii sunt ibi, Romæ* scil.

11 *Atria magna*] Hoc est, potentiores colam, in atrils quippe magnum

amicum expectabant clientes.

14 *Si bonus*] Solis enim malis certa est vivendi ratio, hominis vero probi vita ex casu pendet. Juvenalis Sat. III. 'Quid Romæ faciam? menti nescio,' &c.

## XXXIX.

DE LYCORI.

ILIACO similem puerum, Faustine, magistro

Lusca Lycoris amat: quam bene lusca videt!

*Lycoris lusem ardet puerum parem magistro Trojano. Quam perpicax est lusea!*

1 Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *magistro*. Legendum omnino *ministre* contendit Ramiresius. Vide lib. XI. Epigr. 104.

## NOTE

1 *Illice magistro*] Pecoris scilicet Legunt alii *ministre*, id est, Gany-magistre: Paridem forte intelligit, medi Jovis-pædilatōri.

## XL.

## IN THELESINUM.

MUTUA quod nobis ter quinquaginta dedisti

Ex opibus tantis, quas gravis arca premit;

Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus.

Tu magnus, quod das? immo ego, quod recipis.

O Thelesine, te existimas magnum amicum, quod nobis credidisti centum et quinquaginta ex tantis divitiis, quas coërcet arca ponderosa. Tunc magnus es quod credis? Immo ego sum magnus quod restituo.

1 Legitur in quibusdam, *ter quinquagena*; et sic in Beverlandi Ms. Nostram lectionem exhibent edd. vett.—4 *Tu magnus, quod das* Langius aliique. *Tu magnus, &c.* legendum censet Ramiresius.

## NOTE

1 *Ter quinquaginta*] Millia scilicet sestertium. Legunt alii *ter quinquagena*, ne finale in *ginta* corripiatur: verum est anceps: reperitur longa lib. vii. Epigr. 8. et brevis lib. xii. Epigr. 36.

4 *Tu magnus*] Legunt alii, *tun magnus*.

*Immo ego*] Quia ego pauper restituo diviti. Significat Poëta plus esse ter quinquaginta a paupere restitui, quam mutuo dari a divite.

## XLI.

## IN LACERTAM CÆLATAM.

INSERTA phialæ Mentoris manu ducta

Lacerta vivit, et timetur argentum.

*Lacerta ducta manu Mentoris insculpta phialæ spirat, et metuitur argentum.*

*Mentoris manu facta* Juntina nostra in margine. Ant. de Rooy malit: *Mentoris manu ducta*. Cf. Ovid. Fast. iii. 832. Amor. ii. 4. 28. Nostrum infra Epigr. 82. et lib. x. Epigr. 92. Senec. Herc. Cæt. 669. et Burm. ad Ovid. Art. Am. i. 818. 'Doctus' et 'ductus' sæpe fuisse permutata, docebit idem Burm. ad Ovid. Heroid. Epist. xx. 210.

## NOTE

1 *Mentoris*] Qui cælator fuit clarissimus. Lib. ix. Epigr. 60. 'et si qua fuerunt Pecula Mentorea nobilitata manu.' Plinius lib. xxxiii. cap. 11. 'Lucius vero Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos habuit centum sestertiis.'

*Ducta*] Proprium est cælatorum et sculptorum verbum. Virgilius Æn. vi. 848. 'Excudent alii spirantia mollius æra, Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.'

2 *Et timetur*] Cum lacerta vivere videatur.

## XLII.

IN POLLAM.

LOMENTO rugas uteri quod condere tentas,

Polla; tibi ventrem, non mihi labra linis.

Simpliciter pateat vitium fortasse pusillum:

Quod tegitur, majus creditur esse malum.

*O Polla, quod conaris lomento tegere rugas uteri, tibi linis uterum, non mihi labra. Sincere detegatur vitium forte parvum. Majus esse malum existimatur quod occultatur.*

1 *Tomento* Beverlandi Ms. Hoc distichon ita legit Scaliger: *Lomento, rugas uteri quo condere tentas, Polla, tibi ventrem nonnihil abra linis.* Vide Var. Notas. Pro *condere* alii legunt *credere*.—4 Pulmannus et Beverlandi Ms. *creditur esse nefas.*

## NOTE

1 *Lomento*] Lomentum, teste Roberto Stephano, farina fabacea qua ad eruganda corpora usa est antiquitas. Uterum vero linebat Polla, ut sulcis absconditis puella videretur.

2 *Non mihi labra linis*] Id est, non me decipis hoc fucis, quo sensu Plautus dicit, 'os sublinere.' Hæc dicendi formula originem traxit a genere ludi quo dormientibus ora

pinguntur, quos cum aliis ludibrio esse vellent antiqui, eos dormientes per jocum linebant colore aliquo, vel fuligine. Hæc formula potest etiam desumi ab iis qui amaras potiones ægrotis vel pueris exhibentes, labra poculorum melle illinunt, ut hac dulcedine primum decepti potionem hauriant.

4 *Malum*] Alii *nefas*.

## LXIII.

IN LENTINUM.

MENTIRIS juvenem tinctis, Lentine, capillis:

Tam subito corvus, qui modo cyncus eras.

*O Lentine, Angis te juvenem comis coloratis: tam repente corvus factus, qui*

1 Ant. de Rooy corrigit, *actis*; et fictos capillos exponit 'galerum,' quasi dicat Poëta: Mentiris galero juvenem; sed non omnes fallis: scit probe Proserpina, canos sub illo delitescere, quos tibi morti propinquo rescabat. Neque parum hanc conj. juvat, quod addit Martialis, 'Personam capiti,' &c.

## NOTE

1 *Mentiris juvenem*] Lentinus canos capillos tingebat, ut juvenis videretur.

2 *Scis te Proserpina*] Jovis et Ce-

Non omnes falles : scit te Proserpina canum :  
 Personam capiti detrahet illa tuo.

*paulo ante cycnus eras. Non imponis omnibus. Proserpina novit te canum : illa auferet laream a tuo capite.*

—3 *Non omneis fallis?* cum interrogationis nota in Ald. Junt. Colia. &c.

## NOTE

reris filia, quæ a Plutone raptæ est in conjugem, unde Inferorum regina dicitur. Qui autem morituri sunt, priusquam a Proserpina tondeantur, animam efflare nequeunt, ut canunt Poëtæ. Hanc causam affert Virgilius cur Dido difficulter animum emitteret, *Æn.* iv. 'Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem

Abstulerat, Stygiæque caput damnaverat orco.'

4 *Personam*] Persona dicitur ficta imago vultus seti larva : illa vero capillorum tinctura eleganter capitis persona dicitur, qua ablata Lentinus canus videbitur, atque orco dammandus.

## XLIV.

## IN LIGURINUM.

OCCURRIT tibi nemo quod libenter :  
 Quod, quacumque venis, fuga est, et ingens  
 Circa te, Ligurine, solitudo :  
 Quid sit, scire cupis? nimis Poëta es :  
 Hoc valde vitium periculosum est. 5  
 Non tigris catulis citata raptis,  
 Non dipsas medio perusta Sole,  
 Nec sic scorpius improbus timetur.

*O Ligurine, visne scire quid sit, quod nullus tibi obviam fit æquo animo, quod omnes fugiant, et vasta est solitudo circum te, in quovisunque locum venis? Nimium Poëta es. Hoc vitium periculosissimum est. Ablatis catulis tigris festina non incutit tantum metum, nec dipsas adusta medio sole, nec scorpius venenosus.*

*In Lygurinum lemma est in edd. vett. In Ligurinum poetam cod. Palmanni.*

## NOTE

4 *Nimis Poëta es*] Lepide Horatius in fine Artis Poëticæ : 'Vesanum tetigisse timent fugiuntque Poëtam Qui sapiunt.'

6 *Non tigris*] Quæ tamen periculosa est dum equitem suorum

catulorum raptorem insequitur.

7 *Dipsas*] Serpens a quo icti vexantur siti et aestu : δίψα, sitis, unde nomen deducit : *perusta Sole* dicitur, vel quod apricetur ad Solem meridianum, vel quod plaga meridiana vivat.

Nam tantos, rogo, quis ferat labores?  
 Et stanti legis, et legis sedenti : 10  
 Currenti legis, et legis cacanti.  
 In thermas fugio ; sonas ad aurem.  
 Piscinam peto ; non licet natare.  
 Ad cœnam propero ; tenes euntem.  
 Ad cœnam venio ; fugas sedentem. 15  
 Lassus dormio ; suscitās jacentem.  
 Vis, quantum facias mali, videre?  
 Vir justus, probus, innocens timeris.

*Quæso enim, quis patiat̃r tantas molestias? Legis stanti, et legis sedenti: legis properanti, et legis exoneranti ventrem. Fugio in thermas: clamās ad aurem. Eo in piscinam: non fas est natare. Festino ad cœnam: moraris euntem. Venio ad cœnam: fugas sedentem. Defatigatus dormio: excitās cubantem. Cupisne scire quantum mali facias? Metueris licet vir justus, probus, innocens.*

—8 Pulman. impius timetur.—9 Nam tantos cogo Junt. an. 1512.—12 In thermas fugio; fugas edentem codex Thuan.—13 Beverlandi Ma. non sinis natars. Codex Vat. tu tenes euntem.—14 Ad cœnam propero, sonas in aurem idem Vat.—15 Ad cœnam venio, fugas edentem in eodem codice.

NOTE

13 *Piscinam peto*] Locus erat domi ubi aqua frigida lavabant: fuisse etiam piscinas tepidas constat ex Plinio juniore lib. v. Epist. 3. Fuit etiam piscina publica.

*Non licet*] Alii *non sinis*.

15 *Fugas sedentem*] Nempe qui ad cœnam maturius veniebant, dum ster-

nerantur lecti sedebant. Lib. VIII. Epig. 67. 'Sternantur lecti: Cæciliæ, sede.'

18 *Vir justus*] Importuna tua recitatione adeo intolerabilis es, ut te patienter ferre quamvis probam nemo possit.

XLV.

DE EODEM.

FUGERIT an mensas Phœbus cœnamque Thyestæ,  
 Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.

*Nescio utrum Sol fugerit mensas et cœnam Thyestæ: O Ligurine, nos fugimus*

1 *Thyestis* Ald. Junt. Colin. et aliq̃ vett.

NOTE

1 *Fugerit ærmenæas*] Thyestes filius fuit Pelops ex Hippodamia, et nepos Tantalī, qui uxorem fratris sui Atrei in adulterium pellexit, atque ex

ea suscepit filios, quos Atreus in vindictam tanti sceleris eidem Thyestæ comedendos apposuit. Propterea Poëtæ fingunt Solem horrere tantæ

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

Q

**Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis :**

**Sed nihil omnino, te recitante, placet.**

**Nolo mihi ponas rhombum, nullumve bilibrem :**

5

**Nec volo boletos, ostrea nolo : tace.**

*tuam. Illa quidem splendida est, et ornata epulis lautis : at nihil prorsus gratum est te recitante. Non placet mihi apponas rhombum, aut nullam bilibrem : nec placent boleti, nec ostrea : sile.*

#### NOTE

immanitatis expalluisse, mutatoque te recitantem. Epig. 50. infra.  
solito cursu rediisse ad Auroram. 6 Tace] Nos enim importuna recitatione enecas.

2 Fugimus nos] Ne cogamur audire

### XLVI.

#### AD CANDIDUM.

**EXIGIS a nobis operam sine fine togatam.**

**Non eo, libertum sed tibi mitto meum.**

**Non est, inquis, idem : multo plus esse probabo.**

**Vix ego lecticam subsequor ; ille feret.**

**In turbam incideris ; cunctos umbone repellet :**

5

**Invalidum est nobis, ingenuumque latus.**

**Quidlibet in causis narraveris, ipse tacebo :**

**At tibi tergeminum mugiet ille sophos.**

*A nobis continuo postulas officia anteambulonis : non vado, sed mitto libertum meum. Non idem est, ais : docebo multo plus esse. Egredere ego subsequor lecticam : ille gestabit. Si incurreris in turbam, umbone propulsabit omnes : ego habeo latus debile et ingenuum. Quidlibet narraveris in causis ipse tacebo : sed ille tibi vociferabitur tergeminum sophos. Controversia erit, summa voce in-*

5 Beverlandi Ms. cunctos pro cunctos. Vide Turneb. Advers. lib. XIII. cap. 19.—7 In eodem Ms. causam.

#### NOTÆ

1 Operam togatam] Id est, officium anteambulonis : patronos enim comitabantur clientes toga induti, quam alii cives raro sumebant. Juvenalis Sat. III. 'Pars magna Italix est, si verum admittimus, in qua nemo togam sumit, nisi mortuus.'

2 Non est idem] Majori, inquis, mihi honori esset tuus quam liberti comitatus.

Plus esse probabo] Quia enim officia

præstare ego nequeo, ea præstabit tibi meus libertus.

5 In turbam incideris] Ille in turbam tibi expedit, et velut umbone clypei obstantes rejiciet nien corporis, aut laterum firmitate. Turnebus lib. XIII. cap. 15. et 19.

6 Ingenuumque latus] Debile interpretare, quod ingenui hominis vires oneri ferende non sint.

8 At tibi tergeminum] Meus libertus

Lis erit; ingenti faciet convicia voce:

Esse pudor vetuit fortia verba mihi.

10

Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?

Quicquid libertus, Candide, non poterit.

*geret contumelias: verecundia prohibuit me habere vocem altam. Nilinæ igitur, inquis, tu amicus præstabis nobis? Præstabo, o Candide, quicquid non poterit libertus.*

ad cœlum usque laudibus te efferet.  
Vide lib. i. Epig. 4.

voce alta clamare.

9 *Lis erit*] Si litigaveris cum aliquo, tuo nomine lacerabit adversarium conviciis.

12 *Quicquid*] Officia liberalia præstabo, quæ nec servus nec libertus præstare possunt: famam, scilicet, et nominis æternitatem meis versibus tibi conciliabo.

10 *Esse pudor*] Nam rusticorum est

tibi conciliabo.

## XLVII.

DE BASSO.

CAPENA grandi porta qua pluit gutta,

Phrygiæque Matris Almo qua lavat ferrum,

Horatorum qua viret sacer campus,

Et qua pusilli fervet Herculis sanum,

*O Faustine, Bassus ibat vehens in rheda plena omnes fructus fertilis villæ, qua porta Capena pluit grandi gutta, et qua Almo abluunt ferrum matris Phrygiæ, quæ religiosus ager Horatorum vireat, et qua fervet ædes Herculis minoris. In rheda*

2 *Phrygiæque matris almo* Ald. Junt. Colim. Gryph. &c. et sic in cod. Palat. *almo* Beverlandi Ms. Pro *ferrum* Farnabius conj. *sacrum*.—3 *Oratorum* in edd. vett.—4 *Et qua pusillum* Ant. de Rooy, ut *pusillum* ad *sanum* referatur. Siquidem in Regione i. Urbis, ubi et Porta Capena, ædícula tantum Herculis locatur. Itaque *pusillum* dicit, ut distinguat ab æde Herculis Castodis Circi Flamini, quæ erat in Regione ix. et a templo Herculis in

## NOTÆ

1 *Pluit*] Propter aquæductum, quo super eam portam aqua in urbem fluebat. Juvenalis Sat. iiii. 'Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.'

2 *Phrygiæque*] Cybele Deorum mater ex Phrygia Romam fuerat advecta, unde Phrygia mater dicitur. Almo fluvius territorii Romani in Tyberim defluit, hodie *Dachis*. In eo Cybeles Sacerdotes lavabant cultros quibus hostias mactabant, ipsum quo-

que Cybeles simulacrum. Ovid. Fast. iv. 'Illic purpurea canus cum veste Sacerdos Almonis dominam sacraque lavit aqua.'

3 *Horatorum*] Nempe extra portam Capenam erat sepulcrum Horatorum, et campus ubi cum Curiatilis pugnauerant; quorum satis nota est historia ex Livio.

4 *Et qua pusilli*] Pusillum appellat Herculem, ad assentationem Domitiani, qui se majorem Herculem præ-

Faustine, plena Bassus ibat in rheda, 5  
 Omnes beati copias trahens ruris.  
 Illic videres frutice nobili caules,  
 Et utrumque porrum, sessilesque lactucas,  
 Pigroque ventri non inutiles betas.  
 Illic coronam pinguibus gravem turdis, 10  
 Leporemque læsum Gallici canis dente,  
 Nondumque victa lacteum faba porcum.  
 Neo feriatu ibat ante carrucam,  
 Sed tuta fœno cursor ova portabat.  
 Romam petebat Bassus? immo rus ibat. 15

*cerneres brassicas stirpe nobili, atque utrumque porrum, et lactucas sessiles, et betas utiles alio stricta. Illic videres coronam ponderosam pinguibus turdis, et leporem vulneratum dente canis Gallici, et lacteum porcellum nondum fracta faba. Nec otiosus cursor incedebat ante rhedam, sed ferebat ova securo fœno. Bassus ibatne Romam? immo petebat villam.*

Regione xiv.—8 Juntina nostra in marg. *sectilesque*.—15 Heraldus legit interrogatorie: *Romam petebat Bassus?*

## NOTE

dicabat, ut patet ex lib. ix. Epig. 65.  
 et Spect. Epig. 16.

*Fervet fœnum*] Hoc est, a multis frequentatur.

8 *Utrumque porrum*] Sectivum intellige et capitatum.

*Sessilesque lactucas*] Lactucarum genus quoddam sessile dicitur seu laconicum. Vide Plinium lib. xix. cap. 8.

9 *Pigroque ventri*] Quem solvunt betæ.

10 *Illic coronam*] Factam forte e vimine, ex qua suspensi erant tordi.

11 *Gallici canis dente*] Velocissimi nimirum, utpote lupino satu editi. Vide Plinium lib. viii. cap. 11.

12 *Nondumque victa*] Hoc est, porcellum lacteum, qui fabas frangere nondum posset.

14 *Sed tuta fœno*] Hoc est, munita fœno, ne collisa contererentur.

15 *Romam petebat*] Cum tot fructus rure nascentes veheret.

*Immo rus*] Amœna quidem erat illa Bassi villa, sed sterilis, in quam tot edulia deportare cogebatur.

## XLVIII.

## D E O L L O .

PAUPERIS exstruxit cellam, sed vendidit Ollus  
 Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet.

*Ollus edificavit cellam inopis, at vendidit fundos: Ollus nunc est cella pauperis.*

In hoc Epigrammate exhibendo non variant libri calamo exarati aut typis impressi.

## NOTÆ

1 *Exstruxit cellam*] Lipsio teste in Senecæ Epist. 18. divites exstruebant pauperis cellam contiguam, aut in vicinia suarum ædium, in quam fastidiosi miseros, tribules, et advenas pauperes, amicosque minorum gentium recipiebant: ne intra vides admitterent. Cum vero Ollas esset dives, ex more reliquorum divitum construxerat cellam pauperis: sed

bonis abliguritis, et prædio divendito, nnam sibi cellam reliquam fecit, quæ tunc pauperis cella verius quam olim dici posset. Seneca Epistola 100. 'Desit, sane varietas marmorum, et concisura aquarum cubiculis interfluentium, et pauperis cella, et quicquid aliud luxuria, non contenta decore simplici, miscet.' Lib. VIII. Epig. 14.

## XLIX.

## IN INVITATOREM.

VEIENTANA mihi misces, tu Massica potas:

Olfacere hæc malo pocula, quam bibere.

*Mihi porrigit vina Veientana, tu bibis Massica: magis placet odorari hæc pocula, quam haurire.*

1 Beverlandi Ms. ubi *Massica potas*. Codex Bodl. tibi *Massica ponis*, ut et conj. Ramiresius. Raderus legendum censet: tu *Massica potus*.—2 *Olfacere hæc malo pocula, quam bibere* in Junt. an. 1512. typothetarum manifesto errore.

## NOTÆ

1 *Tu Massica potas*] Vetns codex, tibi *Massica potas*. Ramiresius vero legit, tibi *Massica ponis*. Judicet Lector. Vinum Veientanum villissimum, lib. II. Epig. 53. Massicum vero

optimum, lib. XIII. Epig. 111.

2 *Olfacere*] An erant pocula myrrhina? inquit Raderus. Vinum myrrha amarius, cujus gratus odor, ingratus gustus.

## L.

## IN LIGURINUM.

Hæc tibi, non alia, est ad cœnam causa vocandi,

Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.

Deposui soleas; affertur protinus ingens

Inter lactucas oxygarumque liber.

*O Ligurine, invitās ad cœnam non alia de causa quam ut legas tua carmina. Abjeci crepidas; statim apportatur immensus libellus inter lactucas et oxygarum.*

*In Lygurinum* inscribitur in edd. vett.—3 Codex Vat. *protinus apponitur*.—4 Beverlandi Ms. *ostrigerum*. Calderinus legit, *origanum*, nec animadvertit

## NOTÆ

3 *Deposui soleas*] Cum cœnaturi stragula lecti, in quo recumbebant, essent veteres, deponabant soleas, ne luto fœdarentur. Gellius lib. XIII.

Alter perlegitur, dum fercula prima morantur : 5

Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.

Et quartum recitas, et quintum denique librum.

Putidus est, toties si mihi ponis aprum.

Quod si non scombris scelerata poemata donas:

Cœnabis solus jam, Ligurine, domi. 10

*Alter totus legitur, dum primæ dapes cunctantur. Tertius adest, necdum secunda fercula afferuntur. Et recitas quartum libellum, et tandem quintum. Si mihi vel aprum apponis toties, male olet. Quod si non tradas scombris scelestas poemata, o Ligurine, solus jam cenabis domi.*

quantitatem syllabæ; nam *origanum* (*ὀρίγανον*) Græca est dictio, corripitque primam, et secundam producit. Scribitur et 'organus.' Seren. Sammon. lct. Scorp. 'Cumque hoc absumi debet origanas herba.' Vide hoc verbum in Nicand. Ther.—5 Alii, *porrigitur*.—7 *Et quartum ponis* Beverlandi Ms. *quintum denique bruma* in eodem.—8 *Putridus est* habet idem Ms.—9 Sunt qui legant, *dones*. Gruterus mallet legi *damnas*. Vide supra Epig. 2. vs. 2.

#### NOTE

cap. 20. 'Omnia quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis juncta sunt, soleas dixerunt.' Vide Epig. 44. et 45. supra.

4 *Oxygarumque*] Garum intellige, sive liquamen ex aceto et intestinis piscium. Lib. XIII. Epig. 102.

5 *Alter perlegitur*] Legunt alii, *porrigitur*.

9 *Quod si non scombris*] Versus mali scombris et aliis piscibus involvendis inserviebant. Alii, *damnas*.

*Scelerata*] Importuna enim carminum recitatione convivæ enecabat Ligurinus.

#### LI.

##### AD GALLAM.

CUM faciem laudo, cum miror crura manusque;

Dicere, Galla, soles: Nuda placebo magis.

Et semper vitas communia balnea nobis.

Numquid, Galla, times, ne tibi non placeam?

*Cum commendo tuum vultum, cum manus et crura mihi admiranda videntur, o Galla, consuevistis dicere, Ero gratior nuda: et semper fugis thermas nobis communes. O Galla, an metuis ne tibi injucundus sim?*

Hic nulla lectionis varietas est in exemplaribus scriptis aut prelo excæsis.

#### NOTE

3 *Et semper vitas*] Ironiâs carpit Gallam, quæ formosa videri volebat, 4 *Ne tibi non placeam*] Ne tibi videar parum vir.

## LII.

## AD TONGILIANUM.

**EMTA domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis :**

Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.

Collatum est decies. Rogo, non potes ipse videri

Incendisse tuam, Tongiliane, domum ?

*O Tongiliane, emerat aedes ducentis: infortunium creberrimum in urbe evertit illas. Donatum est decies: O Tongiliane, quæso, nonne potes videri ipse combussisse tuas aedes?*

I Ald. Jant. Colin. Gryph. Junian. Delph. aliæ habent, *ducentis*.

## NOTE

1 *Ducentis*] Sestertiis, vel ducentis millibus sestertium.

3 *Collatum est decies*] Hoc est, tui clientes tibi donarunt decies centena millia sestertium.

*Non potes*] Nempe ut ex incendio lucrum faceres. Eodem sensu Juvenalis Sat. III. 'et merito jam Suspectus tanquam ipse suas incenderit aedes.'

## LIIL.

## AD CHLOEN.

Et vultu poteram tuo carere,

Et collo, manibusque, cruribusque,

Et mammis, natibusque, clunibusque :

Et, ne singula persequi laborem,

Tota te poteram, Chloë, carere.

5

*Valebam me abstinere et a tua facie, et collo, et manibus, et cruribus, et mammis, et natibus, et clunibus; et, ne defatiger referre singula membra, valebam, o Chloë, me abstinere a te integra.*

In hoc Epigrammate exhibendo consentiunt et libri calamo exarati et impressæ editiones.

## NOTE

1 *Et vultu poteram*] Singula sua membra laudabat Chloë, ut amore Martialem accenderet; at vero illam

spernit Poëta, affirmans illa tota carere se posse.

## LIV.

## AD GALLAM.

CUM dare non possim, quod pascis, Galla, rogantem :  
 Multo simplicius, Galla, negare potes.

*O Galla, cum nequeam donare quod petis a me poscente noctem ; O Galla, potes recusare multo apertius.*

1 Beverlandi Ms. exhibet, quod pascis, Galla, roganti.

## NOTÆ

1 Quod pascis, Galla] Poëta arguit quam præstare posset ; sic ergo non astutiam Gallæ, quam cum ille noctem simpliciter quidem, sed artificios rogaret, poscebat illa multo plus recusabat Galla.

## LV.

## IN GELLIAM.

QUOD quacumque venis, Cosmum migrare putamus,  
 Et fluere excusso cinnama fusa vitro :  
 Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.  
 Scis, puto, posse meum sic bene olere canem.

*Quod credimus Cosmum venire quacumque vadis, et vitro agitato labi cinnama dispersæ ; O Gellia, nolo tibi jucunda sis externis ineptiis. Credo meum canem posse bene olere hoc modo.*

4 Sic puto posse meum, sic, &c. in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. quam lectionem servat etiam codex Palatinus. tam bene Beverlandi Ms.

## NOTÆ

1 Cosmum] Unguentarium, cujus polio illam sequi videretur. Lib. 1. mentionem sæpe facit Poëta. Tot Epig. 88.  
 vero unguentis delibuta erat Gellia, 3 Nolo peregrinis] Unguentis externis, sed naturali oris venustate bene oleas.

## LVI.

## DE CISTERNA RAVENNATE.

SIT cisterna mihi, quam vinea, malo Ravennæ :  
 Cum possim multo vendere plaris aquam.

*Magis mihi placet habere cisternam Ravennæ, quam vitem : cum possim vendere aquam multo plaris.*

Hic nihil variant exemplaria manuscripta aut prelo excusa.

## NOTE

1 *Sic cisterna*] Ravenna urbe in vero vini copia, atque adeo illic plura Italia ad mare Adriaticum, ubi erat ris aqua, quam vinum vendebatur. penuria aquarum potabilium, magna

## LVII.

## DE CAUPONE.

CALLIDUS imposuit nuper mihi caupo Ravennæ:

Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

*Paucis ante diebus versutus caupo me decepit Ravenna: cum poscerem mixtum, ille vendidit merum.*

~~~~~  
Neque in hoc Epigrammate quicquam variant exemplaria calamo exarata, aut typis impressa. Sed in Junt. an. 1512. et Colln. an. 1528. hoc et præced. unum faciunt Epigramma.

NOTE

1 *Callidus imposuit*] Patet hoc epigramma ex præcedente: cum enim aqua Ravennæ carior esset vino, dilutum aqua vinum carius erat mero.

LVIII.

DE VILLA FAUSTINI, AD BASSUM.

BAIANA nostri villa, Basse, Faustini,

Non otiosis ordinata myrtetis,

Viduaque platano, tonsilique buxeto

Ingrata lati spatia detinet campi:

O Basse, villa Baiana nostri Faustini non composita sterilibus myrtetis, et platano calibe, et buxeto tonsili occupat sterilia spatia agri ampli: sed gaudet rure

~~~~~  
*De Villa Faustini* inscribitur in Junt. Colln. Gryph. &c.—11 Polmannus:

## NOTE

1 *Baiana villa*] Bails prope Neapolim erat villa Faustini, quam a fructuum abundantia commendat Martialis, rus vero Bassi vituperat a sterilitate. Epig. 47. supra.

2 *Vidua platano*] Id est sterili, metaphora ducta a viduis fœminis que

liberos non pariunt.

*Tonsili buxeto*] Myrtetum et buxetum sunt loca myrtis et buxis sterilibus frequentia: buxus vero in varias, ut nunc, animalium et aliarum rerum figuras tondebatur.

Sed rure vero barbaroque lætatur. 5  
 Hic farta premitur angulo Ceres omni,  
 Et multa fragrat testa senibus autumnis.  
 Hic post Novembres, imminente jam bruma,  
 Seras putator horridus refert uvas.  
 Truces in alta valle mugiunt tauri, 10  
 Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.  
 Vagatur omnis turba sordidæ cortis,  
 Argutus anser, gemmeique pavones,  
 Nomenque debet quæ rubentibus pennis,  
 Et picta perdix, Numidicæque guttatæ, 15  
 Et impiorum phasiana Colchorum.  
 Rhodias superbi fœminas premunt galli;  
 Sonantque turres plansibus columbarum.

*vero, et ineleganti. Hic congestum frumentum coaceruatur omni angulo, et plures amphora bene olent vino vetusto. Hic post Novembres, jam instante hyeme, incul-tus vinitor reportat uvas tardas; tauri truculenti mugiunt in profunda valle, et vi-tulus inermi fronte appetit prælium. Omnis turba cortis rusticæ errat, anser argu-tus, et pavones gemmei, et quæ habet nomen ab alis rubris, et perdix colorata, et Numidicæ guttatæ, et phasiana impiorum Colchorum. Galli superbi compriment fœminas Rhodias, et turres resonant plansibus columbarum. Palumbus ingemiscit*

*prurit ad pugnam.—12 Beverlandi Ma. cohortis, et sic correctum est in Juntina nostra.—17 Palmannus: fœminas produunt galli.—20 Rob. Titius Loc.*

## NOTE

5 *Sed rure vero barbaroque*] Hoc est, fertili, nec arboribus sibi invicem respondentibus ornafo.

6 *Ceres*] Cererem frumenti Deam pro frumento ipso posnit.

7 *Senibus autumnis*] Vinum intellige a multis annis reconditum; autum-num usurpat pro fructibus autumnii, et quidem præcipuis, vino nimirum.

9 *Seras putator*] Uvas duracinas tarde maturescentes intellige, de quibus lib. i. Epig. 44. et lib. xiii. Epig. 22.

11 *Inermi fronte*] Sine cornibus. Idem de hædo dicit Horat. iii. Od. 13. 'cui frons turgida cornibus Primis et Venerem et prælia destinat Frus-tra.'

13 *Argutus anser*] Hoc est, strepens.

Virgilius Ecloga ix. 'sed argutos inter strepere anser olores.'

*Gemmeique pavones*] Pavonum cau-da gemmis varii coloris ornata videtur.

14 *Nomenque debet*] Phœnicopte-rum intellige, sic dictum ab alis rubris. Lib. xiii. Epig. 71. 'Dat mihi penna rubens nomen.'

15 *Numidicæque guttatæ*] Hoc est, gallinæ Africanæ, quarum plumæ maculis veluti guttis distinctæ. Lib. xiii. Epig. 73.

16 *Phasiana*] Avis nota, sic dicta a Phasi Colchidis fluvio. *Colchorum* autem impiorum dixit propter scelus Medæ.

17 *Rhodias*] Gallinas intellige, aliis pretiosiores.

Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.  
 Avidi sequuntur villicæ sinum porci; 20  
 Matremque plenam mollis agnus expectat.  
 Cingunt serenum lactei focum vernæ,  
 Et larga festos lucet ad Lares sylva.  
 Non segnis albo pallet otio caupo:  
 Nec perdit oleum lubricus palæstrita: 25  
 Sed tendit avidis rete subdolum turdis;  
 Tremulave captum linea trahit piscem,  
 Aut impeditam cassibus refert damam.  
 Exercet hilares facilis hortus urbanos,  
 Et pædagogo non jubente lascivi 30

*ex hac parte, ex illa turtur cereus. Porci cupidi sectantur gremium villicæ, atque agnus tener præstolatur matri abundantæ lacte. Servuli candidi circumdant caminum lucidum, et ligna copiosa splendent ad Lares solennes. Non otiosus caupo exalbescit pallida inertia: nec lubricus palæstrita amittit oleum: at tendit plagas salaces cupidis turdis, rei filo tremente trahit piscem captum, aut reportat damam implicitam plagis. Hortus facilis præbet umbras amenas, nec imperante præceptore*

Controv. lib. II. cap. 12. olim emendaverat: *villicæ sonum porci*.—22 Calderinus legit *lutei*, i. e. sordidi infantes. Vide lib. I. Epigr. 50. Codex Farnabii habet: *Cinguntque circum lutei focum vernæ*.—29 *Exercet hilare facilis hortus umbras* in Junt. an. 1512. *Exercet hilares facilis hortus umbras* in Colln. an. 1528. *facilis hortus umbellæ* Langius, Junius, &c. *facilis hortus arcus umbras* legunt alii. At ego, inquit Musambert. si quis conjecturæ locus est, dixerim fuisse a Valerii mann: *Exercet hilares facilis hortus ancillas*.—30 Hadrian de Valois ad Juven. Sat. IX. 130. legit: *non videntes lascivi Patere gaudent*, &c. 'Video' et 'jubeo' sæpe permutantur ut ap. Propert. II. 26. 51. Valesii Notæ in Juvenalem nuper Parisiis repertæ sunt, et in lucem productæ a

## NOTÆ

19 *Cereus turtur*] A pinguedine quæ pallidum colorem ceræ similem efficit. Alii colorem illum cereum ad plumas referant.

20 *Villicæ sinum*] In quo villica fert pastum. Legunt alii *sonum*: suculi enim villicæ vocem eos ad pastum vocantis agnoscunt, et sequuntur.

23 *Ad Lares*] Deos domesticos, qui ad focum colebantur. Lib. I. Epig. 60.

24 *Non segnis albo*] Caupo exercebatur aucupio et piscatu: in villa viatorum gratia constituebatur caupona.

25 *Nec perdit oleum*] Ungebantur oleo, qui in palæstra erant luctaturi: hic palæstrita cum rure non luctaretur, oleo non utebatur, sed venatione et aucupio se exercebat ut caupo. Oleum vero et operam perdere dicitur, qui male tempus immittit: hoc loco significat Poëta, nec palæstritam nec cauponem fuisse otiosos.

29 *Exercet urbanos [umbellæ]* Hoc est, præbet umbras. Alii legunt, *exercet urbanos*, hoc est, occupat eos qui ex urbe in villam venerunt. Alii legunt *exercet ancillas*, ut ostendat

Parere gaudent villico capillati;  
 Et delicatus opere fruitur annuchus.  
 Nec venit inanis rusticus saluator:  
 Fert ille ceris cana cum suis mella,  
 Metamque lactis: Sassinate de sylva 35  
 Somniculosos ille porrigit glires;  
 Hic vagientem matris hispidae foetum;  
 Alius coactos non amare capones.  
 Et dona matrum vimineo ferunt texto  
 Grandes proborum virgines colonorum. 40  
 Facto vocatur laetus opere vicinus,  
 Nec avara servat crastinas dapes mensa;  
 Vescuntur omnes, ebrioque non novit  
 Satur minister invidere convivæ.

*lascivi capillati lætantur obsequi villico, et mollis annuchus vacat labori: nec accedit agrestis saluator vacuis manibus. Ille portat cana mella cum suis ceris, et metam lactis de sylva Sassinate. Ille offert somniculosos glires, hic vagientem partum matris villosæ, alius capones coactos non amare. Atque adultæ puellæ bonorum colonorum canistro portant munera matrum. Peracto labore hilaris victnus invitatur, nec avara mensa servat cibos in crastinum convivium; cuncti epulantur, et saturatus ser-*

viro doctissimo N. L. Achaintre.—33 *Non venit inanis* vetus codex Ramiresii.—35 *Alii* contendunt legendum esse, *Sarsinate*.—36 *Somniculosos* Beverlandi Ms.—38 *Alius coactus* Junt. an. 1512.—39 *Et ova matrum* in quibusdam. Calderinus legit, *vimine ferunt texto*: Scriverius *vimine offerunt texto*, vel *afferunt*.

## NOTE

Poëta totam Faustini familiam vacare alicui operi. Judicet lector.

*Facilis hortus*] Qui facile, et nullo fere labore collitur; rure enim vero et barbaro lætabatur illa villa.

31 *Capillati*] Pueri scilicet comam alentes, qui domino in deliciis erant, uni pædagogo parebant, alios servos dieteriis lacecebant. Laudat Poëta hanc villam ubi lascivi illi pueri, non cogente pædagogo, ultro obtemperabant villico: vel intellige filios ipsius villici, cui sua sponte obtemperabant.

33 *Nec venit inanis*] Sed affert munera, quæ sequuntur.

35 *Metamque lactis*] Caseum intellige, ut lib. I. Epig. 44.

*Sassinate de sylva*] Balis vicina, ut videtur. Legunt alii *Sarsinate*. Sarsina vero Umbræ urbs, Plauti patria: sed longe distat a Balis. Videat lector.

37 *Matris hispida fatum*] Hoc est, hædillum, qui vagitu suo matrem abesse queritur.

38 *Coactos non amare*] Quia sunt castrati.

39 *Et dona matrum*] Agricolarum filia a matribus suis afferunt munera. Legunt alii, et *ova matrum*, hoc est, gallinarum. Lib. VII. Epig. 30. 'Raucæ cortis aves, et ova matrum.'

44 *Satur minister*] Cum enim in crastinum convivium non serventur

At tu sub urbe possides famem mundam. 45  
 Et turre ab alta prospicis meras laurus,  
 Furem Priapo non timente securus.  
 Et vinitorem farre pascis urbano,  
 Pictamque portas otiosus ad villam  
 Olus, ova, pullos, poma, caseum, mustum. 50  
 Rus hoc vocari debet, an domus longe?

*vus nescit invidere temulento convivæ. At tu sub urbe possides famem elegantem, atque ab alta turre spectas tantum lauros, et tutus es Priapo non metuente furem, atque alius vinitorem frumento allato ex urbe, atque ad villam pictam fariatus fers olus, ova, pullos, poma, caseum, mustum. Hocne rus debet appellari, an domus procul?*

Beveriandi Ms. exhibet cisto pro texto.—46 Palmannus, prospicis moros, laurus, improbante Ramiresio.—51 Junius legendum existimabat, an domus longa, refragantibus libris, et improbante Heraldio.

## NOTE

cibi, saturantur servi nec invident  
 convivis, quod secus sit in urbe.

45 *Possides famem mundam*] Jam  
 alloquitur Bassum, cujus amœna qui-  
 dem erat villa, sed sterilis.

46 *Meras laurus*] Ex quibus nullus  
 fructus percipitur.

47 *Priapo non timente*] Hortorum  
 custode, qui fures quidem non me-  
 tuebat, cum illic nulli essent fructus.

49 *Pictamque*] Sterilem, sed visa  
 amœnam, qualis in tabella exprimi  
 solet. Epig. 47. supra.

## LIX.

## DE SUTORE ET FULLONE.

SUTOR cerdo dedit tibi, culta Bononia, munus.

Fullo dedit Mutinæ: nunc ubi caupo dabit?

*O pœta Bononia, sutor cerdo tibi exhibuit spectaculum: fullo exhibuit Mutinæ:  
 O caupo, ubi nunc exhibebis?*

In edd. vett. Ald. Junt. Colin. &c. sine interrogatione legitur: *nunc tibi  
 copo dabit.* Junius, Langius, Pulmannus, Ed. Delph. alii legunt: *nunc tibi  
 caupo dabis?* et sic in margine Juntinæ nostræ.

## NOTE

1 *Sutor, cerdo*] Indignatur Pœta,  
 quod villissimi etiam homines edant  
 munera gladiatoria, cum id olim non  
 nisi clarioribus viris liceret. Est  
 autem cerdo is qui ex quacumque arte

lucrum facit, unde sutor cerdo qui  
 ex sutrina, cerdo tonsor ex tonstrina,  
 &c. Bononia vero et Mutina, hodie  
 Bologna et Modena. Epig. 16. supra.

## LX.

## IN PONTICUM.

CUM vocor ad cœnam; non jam venalis, ut ante,

Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino :

Sumitur inciso mytilus ore mihi.

Sunt tibi boleti : fungos ego sumo suillos.

5

Res tibi cum rhombo est : at mihi cum sparulo.

Cereus immodicis turtur te clunibus implet :

Ponitur in cavea mortua pica mihi.

Cur sine te cœno, cum tecum, Pontice, cœnem ?

Sportula quod non est, prosit : edamus idem.

10

*Cum invitor ad cœnam, non jam venalis ut prius, quare non iidem cibi mihi apponuntur qui tibi? Tu accipis ostrea nutrita in lacu Lucrino: ego sugo mytilum ore scisso. Tu habes boletos; ego accipio fungos porcinos. Tu sumis rhombum, ego vero sparulum. Aureus turtur te saturat clunibus latis: pica mortua in cavea apponitur mihi. O Pontice, cum tecum cœnem, quare cœno sine te? Proficiat mihi, sublata esse sportulam: comedamus idem.*

~~~~~

1 Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Lang. &c. *non tam venalis*.—4 *Sugitur* Pulmannus, Junius, Delph. alii, *mytilus ore mihi* codex Thuan. *mytilis ore mihi* codex Vat.—5 Alii legunt: *fungos ego sumo pusillos*; et sic in Beverlandi Ms.—7 *Aureus* in Junt. quæ margini etiam ascriptum habet *Cereus*.—10 *Sportula quæ non est* Beverlandi Ms. *Sportula quod non sit* conj. Ramiresius.

NOTE

1 *Non jam venalis*] Alii *non tam*. De sportulis sublatis, et cœna recta a Domitiano revocata, vide Epig. 7. supra. Edicto Domitiani fraudem fieri conqueritur Martialis, cum Ponticus rectam quidem cœnam daret, sed non meliorem sportula.

3 *Stagno saturata*] Ostreis optimi saporis abundabat lacus Lucrinus in Campania, hodie *Lago Licola* vel *Mare morto*.

4 *Sumitur* [*Sugitur*] *inciso*] Ego vero, inquit Poëta, mytilum sugo, sed illius testa tam dura est, ut mihi sugenti labra scindat. Legunt alii, *Sumitur*.

5 *Sumo suillos*] Boleti optimi sunt saporis, fungos vero per contemptum suillos vocat.

6 *Cum rhombo*] Qui piseis est exquisitus, sparulus autem vilissimus.

7 *Cereus* [*Aureus*] Alii *Cereus* ut Epig. 58. supra. *Aureum* vocat a colore pinguedinis.

8 *In cavea mortua pica*] Cavea hic significat septum in quo aves et bestię includuntur: alias locus est ubi populus sedens ludos spectabat.

9 *Cum sine te*] Tecum, sine te, cœno, quia non eosdem cibos comedimus.

10 *Sportula quod non est*] Sublata a Domitiano.

LXI.

IN CINNAM.

Esse nihil dicis, quicquid petis, improbe Cinna:

Si nil Cinna petis; nil tibi, Cinna, nego.

O Cinna nequam, ais nihil esse quicquid postulas: o Cinna, si nihil postulas, nihil recuso tibi, o Cinna.

In hujus Epigrammatis lectione nihil variant aut libri manu scripti, aut typis impressi.

NOTÆ

1 *Esse nihil*] Sic lepide omnia importuno Cinnae negat Poëta.

LXII.

IN QUINTUM.

CENTENIS quod emis pueros, et sæpe ducenis:

Quod sub rege Numa condita vina bibis:

Quod constat decies tibi non spatiosa supellex:

Libra quod argenti millia quinque rapit:

Aurea quod fundi pretio carruca paratur:

5

Quod pluris mula est, quam domus emta tibi:

Hæc animo credis magno te, Quinte, parare?

Falleris: hæc animus, Quinte, pusillus emit.

Quod mercaris servos centenis, et sæpe ducentis: quod potas vina recondita sub rege Numa: quod emis decies supellectilem non pulchram: quod libra argenti constat quinque millibus: quod aureus currus emitur pretio fundi: quod nemo pluris mercatus est ædes quam tu: O Quinte, putasne te hæc emere animo magno? Hallucinaris, o Quinte, abjectus animus hæc mercatur.

3 Edd. vet. *speciosa*: Calderini vet. cod. *spaciosa*. Lipsius legit *spatiosa*.—

4 *Mula quod argenti Junt.* in margine.—5 *Quod pluris nulla est* in edd. vet. alii legunt, *nulla est*.

NOTÆ

1 *Centenis*] Millibus sestertium.

2 *Sub rege Numa*] Hyperbolicè significat vinum vetustissimum.

3 *Non spatiosa [speciosa]* Alii non *spatiosa*, id est, quæ non occuparet multum spatii: sed pretiosa esset, ita ut una argenti libra affabre cœlata quinque millibus constaret.

5 *Aurea carruca*] Currum inauratum intellige, qui tanti constaret quanti fundus.

6 *Quod pluris mula [nulli] est* Alii *Quod pluris mula est*. Videtur hæc lectio melior: quæ enim pretio carrucæ, eadem pretio mulæ accommodatur hyperbole.

7 *Hæc animo*] Qui tantas impensas facit in rebus tam pusillis, non magno sed pusillo est animo: habendus autem magnanimus ille, qui pecuniam pauperibus amicis largitur.

LXIII.

IN COTILUM.

COTILE, bellus homo es: dicunt hoc, Cotile, multi.

Audio: sed quid sit, dic mihi, bellus homo?

Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines:

Balsama qui semper, cinnama semper olet:

Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat:

5

Qui movet in varios brachia vulsa modos:

Inter foemineas tota qui luce cathedras

Desidet, atque aliqua semper in aure sonat:

Qui legit hinc illinc missas, scribitque tabellas:

Pallia vicini qui refugit cubiti:

10

Qui scit, quam quis amet, qui per convivia currit:

Hirpini veteres qui bene novit avos.

O Cotile, homo es bellus: o Cotile, multi id loquuntur: audio: at doce me, quid sit homo bellus? bellus homo est, qui ordine distinguit capillos flexos: qui perpetuo fragrat balsamis, perpetuo cinnamis: qui susurrat cantilenas Ægyptias et Gaditanas: qui versat depilata brachia in diversos modos: qui die integro torpet inter sellas mulierum, et perpetuo susurrat in aure alicujus: qui legit tabellas missas hinc et illinc, et scribit: qui vitat pallia propinqui cubiti: qui novit, quam quis deperat, qui currit per convivia: qui recte tenet avos antiquos Hirpini. Quid ais? hoc est,

~~~~~

2 Beverlandi Ms. sed quid sit, Cottile, bellus homo?—3 Alii legunt flexo qui, improbante Ramiresio.—5 Cantica qui Nili qui et Beverlandi Ms.—6 In codd. et edd. vett. volsa. Beverlandi Ms. pro modos exhibet choras.—9 In quibusdam libris: recipitque tabellas.—14 Res petricosa in ed. antiq. Ferrar. an.

## NOTÆ

1 Cotile, bellus homo] Docet Poëta bellum hominem mollem et effeminatum esse. Cotilus vero se bellum prædicabat, ratus id bellus referri tantum ad corporis formam, non ad mores.

3 Flexos [flexo] qui] Alii flexos. Ex persona Cotili hominem bellum definit Poëta.

4 Balsama qui] Effeminatorum est semper unguentis alienis bene olere.

5 Cantica qui Nili] Nilus fluvius Ægypti, quem usurpat pro Ægypto. Cantilenæ vero Ægyptiæ et Gaditanæ choreis atque impudicis motibus accommodatæ. Gaditani populi

Hispaniæ, hodie Cadis. Epig. 42. vs. 12. et lib. 1. Epig. 62.

6 Brachia vulsa] Alii volsa. Vide lib. 11. Epigr. 29.

9 Scribitque tabellas] Amatorias nempe.

10 Pallia vicini] Ne proxime sedens, aut in convivio accumbens, inquinet vestes ejus elegantiores. Vide lib. 11. Epigr. 41. 10.

12 Hirpini veteres] Hirpinus equus nobilis multas in circo palmas retulerat, ejus meminit Juvenalis Sat. VIII. vs. 61. Bellus itaque homo amat circum, et equos victores, quorum stemma studiose recenset.

Quid narras? hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?  
Res prætriosa est, Cotile, bellus homo.

o Cotile, hoc est homo bellus? O Cotile, homo bellus res est petricosa.

1471. Ald. an. 1501. Junt. 1512. Colin. 1628. Ald. 1650. Gryph. &c. petri-  
cos in quibusdam aliis.

## NOTE

13 Quid narras] Belli hominis de-  
finitionem miratur Poëta.

14 Res prætriosa [petricosa] Id est,  
salebris et petris impedita: Meta-  
phoricus loquitur. Legunt alii per-

tricos est. Trica est impedimentum  
tenuis quidem, sed molestum: hoc  
est, bellus homo levioribus in rebus  
totus est occupatus.

## LXIV.

AD CASSIANUM.

SIRENAS hilarem navigantium poenam,  
Blandasque mortes, gaudiumque crudele,  
Quas nemo quondam deserebat auditas,  
Fallax Ulysses dicitur reliquisse.  
Non miror: illud, Cassiane, mirarer,  
Si fabulantem Canium reliquisset.

5

*Fraudulentus Ulysses fertur deseruisse Sirenas, suave exitium navigantium, et  
jucundum interitum, et savam latitiam, quas auditas olim nullus relinquebat. Non  
miror, o Cassiane: id mirarer, si deseruisset Canium fabulantem.*

1 Sirenas hilares navigantium moras in codice Pulmanni.—4 Duplex Ulysses  
Junt. nostra in margine. Momero, τολμήματα 'Οδυσσεύς.

## NOTE

1 Sirenas hilarem] Nota Sirenium  
fabula, quæ littus Siculum incolentes  
suavitate cantus nautas præternavi-  
gantes in naufragium pellicere sole-  
bant: unde Poëta illas vocat 'hilarem  
navigantium poenam.' Legunt alii, hi-  
lares navigantium moras.

4 Fallax Ulysses] Ut Sirenas fuge-

Dolph. et Var. Clas.

ret, navis malo alligari se jussit. Ho-  
merus Odys. M.

6 Si fabulantem Canium] Fuit ille  
Poëta Gaditanus, de quo lib. 1.  
Epig. 62. et 70. qui lascivis suis et  
ridiculis versibus vel ipsam Ulyssem  
metari potuisset.

Martial.

R

## LXV.

## AD DIADUMENUM.

Quod spirat tenera malum mordente puella :

Quod de Corycio quæ venit aura croco :

Vinea quod primis floret cum cana racemis :

Gramina quod redolent, quæ modo carpsit ovis :

Quod myrtus, quod messor Arabs, quod succina trita : 5

Pallidus Eoo thure quod ignis olet :

Gleba quod æstivo leviter cum spargitur imbre :

Quod madidis nardo sparsa corona comis :

Hoc tua, sæve puer Diadumene, basia fragrant.

Quid, si tota dares illa sine invidia ?

10

*Quod redolet pomum mordente tenera virgine: quod aura, quam exhalat Corycius crocus: quod vitis cum floret alba primis ovis: quod spirant gramina, quæ paulo ante delibavit ovis: quod fragrat myrtus, quod messor Arabs, quod electra attractata: quod spirat pallida flamma ab Orientis thure: quod cespes cum tenuiter perfunditur æstiva pluvia: quod corona cæcis comis sunt perfusa nardo: o Diadumene puer acerbe, id spirant tua ocula. Quid si libares illa integra sine malevolentia?*

2 *Quod de Corycio* pervenit in codice Thuan. et Beverlandi Ms.—4 Multi codd. inquit Calderinus, habent *quæ modo carpsit apis*, ut de thymo intelligatur: hoc etiam habent codd. Scriverii, et sic conj. Barthius, probante Gronovio. Nonnulli exhibent, *quæ modo carpsit avis*, ut de Phœnice possis intelligere, quæ nidos construit ex cinnamomo et cassia. Nostram lectionem testantur edd. vett. Vide Var. Notas.—8 Scriverius legit, *madidas nardo sparsa corona comas*, quod servant etiam edd. vett. *passa* pro *sparsa* codex Thuan.—9 *Hoc tua sæva* Junt. 1512. et Colin. 1528.—10 *Quod si* Beverlandi Ms.

## NOTE

2 *Quod de Corycio*] *Corycus* mons Ciliciæ, qui bene olenti croco abundabat, Spect. Epig. 3. lib. ix. Epig. 39. et lib. xi. Epig. 9.

4 *Ovis*] *Alii apis*, quæ suavissimi odoris herbas sugit, quibus odorem mellis inspirat, et brevi contactu vim sui relinquit, teste Quintiliano Declam. xiii.

5 *Quod messor Arabs*] In Arabia Felici fiebat messis herbarum bene olentium, unde messoris gratissimum spirabant odorem.

*Quod succina*] Tritum manibus electrum bene olet. Lib. v. Epig. 38.

6 *Pallidus Eoo*] Igneus color immisso thure fit pallidus.

8 *Sparsa corona*] Hellenismus est, pro sparsis comis: comæ vere hic sumuntur pro ramusculis florum, ex quibus componitur corona.

9 *Diadumene*] Juvenem quendam egregia formæ intellige: hæc de puella convenientius dixisset Poëta.

10 *Sine invidia*] Id est, sine repugnantia, sed libenti animo.

## LXVI.

IN M. ANTONIUM.

PAR scelus admisit Phariis Antonius armis ;

Abscidit vultus ensis uterque sacros.

Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos ;

Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.

Antonius tamen est pejor, quam causa Pothini:

5

Hic facinus domino præstitit; ille sibi.

*Antonius fecit flagitium simile armis Egyptiis: uterque gladius amputavit sacra capita. O Roma, tu habebas illud caput cum hilaris reportares triumphos laureatos; hoc autem cum verba faceres. Nihilominus Antonii ratio deterior est quam Pothini: hic admisit scelus domino, ille sibi.*

Hoc Epigramma translatum fuit a quodam olim philologo; et insertum quibusdam aliis scriptis ejusdem generis, quod satis liquet ex veterum Epig. Volumine quod Pithæus edidit: ubi hæc inscriptio, 'Valeriani de Antonio.' Sed loco ultimi distichi hoc substituitur: *Quid prosumt sacra pretiosa silentia lingua, Incipient omnes pro Cicerone loqui.* Vide Senecam. Rhet. et vetusta Cic. Epitaphia apud eundem Pithæum.—1 Pro Phariis Beverlandi Ms. habet *pactis*: hæc verba permutantur etiam in Juvenale Sat. iv. 24. Vide Marklandi Epist. Crit. p. 152.—2 *Abscidit heu vultus* conj. Dousa P. probante Pulmanno: citra necessitatem; nam *Abscidit* venit a '*cado*.' 'Illa comam læva morienti abscidit ephebo.' Lucan.—3 Beverlandi Ms. *ageres cum Roma triumphos*.

## NOTÆ

1 *Par scelus*] Antonius triumvir Ciceronem interfici jussit, cujus facinus confert Poëta cum scelere Pothini Egyptii, qui Pompeium magnum interficiendum Ptolemæo suavit. Vide lib. v. Epig. 70.

2 *Abscidit vultus*] Alii *abscidit heu vultus*.

3 *Illud laurigeros*] Pompeio duce triumphavit Roma, et Cicerone ora-

tore diserta habita est.

6 *Hic facinus domino*] Pothinus in gratiam Cæsaris regi Ptolemæo suavit ut Pompeium interfici juberet, Ciceronem vero occidi jussit Antonius, ut animi sui crudelitatem expleret: ergo gravius est Antonii scelus, quam Pothini. Pompeii et Ciceronis historia passim obvia est.

## LXVII.

DE FIGRIS NAUTIS.

CESSATIS, pueri, nihilque nostis,

Vatreno Eridanoque pigriores:

O pueri, conquiescitis, nihilque progressi estis: segniores Vatreno atque Eri-

1 Hic versus variè legitur: Pulmannus scribi jussit: *Cessatis pueri, nihilque*

Quorum per vada tarda navigantes,  
 Lentos tingitis ad celeusma remos.  
 Jam prono Phaëthonte sudat Æthon,  
 Exarsitque dies, et hora lassos  
 Interjungit equos meridiana.  
 At vos tam placidas vagi per undas  
 Tuta luditis otium carina.  
 Non nautas puto vos, sed Argonautas.

5

10

*dano, per vada quorum tarda navigantes figitis remos lentos ad celeusma. Æthon sudat inclinat jam Phaëthonte, et dies inflammatus est, et meridies solvit equos defatigatos. Sed vos incerti per aquas adeo tranquillas abutimini otio in nave secura. Ego non existimo vos nautas, at Argonautas.*

*mōtis Veientone asinoque*; sed hæc est emendatio Lipsii, quam probat Turneb. lib. XIII. cap. 19. et recepit Scriverius. Pontanus in notis ad Macrobbi Saturn. cap. 16. emendat *pōtis* pro 'potestia.' Farnabius, si quid mutandum, adoptaret: *Cessatis pueri, et nihil movetis.* Ant. de Rooy male: *Cessatis, pueri, nihilque motis, &c.* ut *rd motis* referatur ad *fluvios*, qui sequuntur, hoc sensu: *Cessatis, pueri, et pigriores Vaterno Eridanoque nihil motis a vobis, (acri sc. ut oportebat, remorum impulsione,) tingitis lentos ad celeusma remos.* Vide Lucan. v. 448. et Ovid. Am. II. 11. 5. 'Pelere' in eadem re nititur idem Ovid. Pont. IV. 10. 33. et Tibull. II. 5. 34. ubi vide Bronkh.—2 *Vatreno, Ratinaque* Beverlandi Ms. *Vatreno Ratinaque* Gruterus ex codice Palatino. *Vaterno resinaque* Ald. Junst. Colin. Gryph. Junian. Lang. Ramirez. Calderinus, &c. Vide G. Vossii Aristarchum p. 306. l. 3. et Var. Notas. *remoraque pigriores* ex Pulmanni editione citat Langius. Lectio nostra debetur Cluverio in Ital. Antiq.—3 *Quorum per vada* Ramiresius.—4 *Lentos tingitis* Beverlandi Ms. *figitis* in edd. vett. quasi fixos tenetis, non movetis.—6 Beverlandi Ms. *lappos*.—9 *Tuta luditis otium carina* legit Scriverius. *Tarde luditis* alii. Vide Gronovium in Var. Notis.

## NOTÆ

1 *Nihilque motis* [*mōtis*] Legunt alii *notis*, alii *pōtis*.

2 *Vatreno*] Vaternus amnis apud Plinium, qui forum Corneli, hodie Imola, alluit. Leander cum *Santerno* hodie vocat: Vaternus est apud Martialem, inquit Ortelius citans hoc Epigramma: Vaternus, et Vaternus promiscue dicit Ferrarius. Poëta ait hos nautas tardius navigare, quam laberentur isti amnes, quorum cursus erat lentissimus. Illuc vero cecesserat Martialis, ut ipse testatur Epig. I. et 4. supra. Legunt alii *Vaterno resinaque*. Alii *Vaterno, remoraque*. Per hos amnes forte navigabat Poëta. Cluverius in Italia Antiqua lib. I. cap. 35. restituit hunc versum, cujus lec-

tionem secuti sumus: Vaternum enim lentissime fluere affirmat, ut et Padum, quem Vaterno auctam proprie Eridanum vocari existimat. Alii legunt *Vaterno, Sapique pigriora*. Sapis autem fluvius est Æmilie ex monte Apennino supra Sarsinam oriens, &c. Ferrarius.

4 *Lentos tingitis* [*figitis*] Alii *tingitis*. *Celeusma* fit a *κελεύω, jubeo*: est autem hortamentum quo remiges ad navigandum incitantur.

5 *Æthon*] Equus solis defatigatus, Sole jam vergente ad occasum.

7 *Interjungit equos*] Hoc est, solvit a jugo quietis causa. De hoc verbo dictum lib. II. Epig. 6.

9 *Tuta luditis*] Hoc est, abutimini

## NOTE

otio, velut portum jam ingressa navi et secura.

10 *Sed Argonautas*] Ludit in hoc verbo: Argonautæ fuerunt Heroës fortissimi Jason, Theseus, Hercules,

et alii; hi vero pueri erant Argonautæ, hoc est, nautæ inertes et desidiosi, composito nomine ab ἀργός, piger, et ναῦτης, nauta.

## LXVIII.

## AD MATRONAM PUDICAM.

Huc est usque tibi scriptus, matrona, libellus.

Cui sint scripta rogas interiora? mihi.

Gymnasium, thermæ, stadium est hac parte: recede.

Exuimur: nudos parce videre viros.

Hic jam deposito post vina rosasque pudore,

5

Quid dicat, nescit saucia Terpsichore.

Schemate nec dubio, sed aperte nominat illam,

Quam recipit sexto mense superba Venus:

Custodem medio statuit quam villicus horto;

Opposita spectat quam proba virgo manu.

10

O matrona, hactenus compositus est liber pro te. Quarisne pro quo composita sint subsequencia? pro me. Illas parte gymnasium est, thermæ, stadium; abl. Denudamur: fuge conspectum nudorum virorum. Inde objecta jam veracundia, post merum et rosas ebria Terpsichore ignorat quid preferat. Figura non ambigua, sed plane nuncupat illam, quam sexto mense excipit Venus arrogans: quam custodem ponit villicus in medio horto; quam objecta manu aspiciit casta puella. Si

\*\*\*\*\*

Ad Matronas inscribitur in edd. vet. — 2 Beverlandi Ms. inferiora. — 3 In quibusdam: stadium est ex parte. — 4 Junt. an. 1512. habet: nudos parte videre viros. Pulmanni cod. videre menses. — 6 Quid dicas in quibusdam vet. Quid dicat vet. cod. Cagnerii. — 7 Schemate non dubio, per te cognoverat illam in eodem codice. — 8 Junt. nostra margini ascriptum habet: Quam recipit sexto mense

## NOTE

2 *Interiora*] Id est, subsequencia; ducta metaphora a demo, cujus interiores partes dicuntur, quæ a primo limine sunt remotiores: dicit autem Poëta hujus libri Epigrammata hucusque scripta esse matronis pudicis: quæ vero subsequuntur lasciva prorsus, et castis auribus aliena.

3 *Gymnasium, thermæ*] In his locis viri denudabantur.

Hac parte] Alii ex parte.

4 *Videre viros*] Alii mares.

6 *Saucia Terpsichore*] Musam hanc

nominavit, quia præest choreis et voluptatibus, quibus deinceps indulget Poëta.

8 *Quam recipit sexto*] Intelligit Priapum, quem mense sextili, hoc est, Augusto, qui sextus est a mense Martio, a quo annum incipiebant veteres, matronæ ferebant ad Veneris templum, atque illum in illius sinu deponebant.

9 *Custodem medio*] Notum est Priapum custodire hortos.

Si bene te novi; longum jam lassa libellum  
Ponebas: totum nunc studiosa leges.

*hene te novi, jam defatigata abjiebas longum librum: nunc cupida evolvis integrum.*

*proterva Venus.*—10 Beverlandi Ms. *proca virgo.*—12 Cod. Thuan. *tantum nunc studiosa leges.* Edd. vett. *pro leges habent legis.*

## NOTE

12 *Studiosa leges*] *Res enim ob quam honestæ. Legunt alii legis.*  
*scænæ plerumque magis placent,*

## LXIX.

## AD COSCONIUM.

OMNIA quod scribis castis Epigrammata verbis,

Inque tuis nulla est mentula carminibus;

Admiror: laudo: nihil est te sanctius uno:

At mea luxuria pagina nulla vacat.

Hæc igitur juvenes nequam facilesque puellæ,

5

Hæc senior, sed quem torquet amica, legat.

At tua, Cosconi, venerandaque sanctaque verba

A pueris debent virginibusque legi.

*Admiror, probo, quod componis cuncta Epigrammata pudicis vocibus... Nihil castius est te uno: sed nulla mea pagina expers est libidinis. Hæc ergo legant lascivi adolescentes et faciles virgines, hæc evolvat senior, at ille qui cruciatur ab amica: sed, o Cosconi, vocabula tua colenda et casta evolocenda sunt a pueris et puellis.*

4 *At mea pruritu Juntina nostra in margine.*

## NOTE

7 *At tua, Cosconi*] De quo jam dictum lib. II. Epig. 77. quem laudat Martialis ironizans, cum dicat Epigrammata ejus, tanquam insula et sine acumine, legenda a simplicibus atque ab indoctis, quales sunt virgines et pueri.

## LXX.

## AD SCÆVINUM.

MÆCHUS es Aufidiæ, qui vir, Scævine, fuisti.

Rivalis fuerat qui tuus, ille vir est.

O *Cervine, qui fuisti maritus Aufidiæ, adulter es illius. Ille vero est ma-*

Cur aliena placet tibi, cui sua non placet uxor?

Numquid securus non potes arrigere?

*ritus, quò fuerat tuus rivalis. Cur amas alienam conjugem, quam non amas tuam?...*

*Ad Cervinum Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Lang. &c. Ad Scervinum cod. Pulmanni.—1 Machus es Aufidia, quid vir Cervine fuisti in Junt. an. 1512. Machus es Aufidia, qui vir Cervine fuisti Ald. et Colin.—2 In iisdem: quæ tua non placet uxor.*

#### NOTE

1 *Machus es Aufidia*] A Cervino deperibat Cervinus: vetita enim imper fastidium repudiata Aufidia probis magis placent, quam licita nupsit suo mæcho, illam vero postea

### LXXI.

#### IN NÆVOLUM.

MENTULA cum doleat puero, tibi, Nævole, culus:

Non sum divinus, sed scio quid facias.

2 *Laugius ex editione Pulmanni citat: si scio quid facias. In Junt. 1512. et Colin. 1528. cum interrogationis nota: sed scio, quid facias?*

#### NOTE

1 *Cum doleat*] Nævolum pathicum *Ramis.*  
insectatur, qui pœdicabatur a servo. 2 *Quid facias*] Immo quid patiaris.

### LXXII.

#### AD LAUPEIAM.

Vis futui, nec vis mecum, Laufeia, lavari.

Nescio quod magnum suspicor esse nefas.

Aut tibi pannosæ pendent a pectore mammæ:

Aut sulcos uteri prodere nuda times:

Aut infinito lacerum patet inguen hiatu:

5

Aut aliquid cunni prominet ore tui.

*Ad Laufellam* inscribitur in edd. vett. alii legunt, *Saufeiam*: alii *Lauferam*, vel *Laufeiam*. Eadem est varietas in codd. Juvenalis Sat. vi. 320.—2 *Nescio quid correctum est in Juntina nostra. Nescio quod majus* in vett. codd. Pulmanni et Ramiresii.—3 *Codex Pulmanni: dependent pectore mamma.*

#### NOTE

1 *Nec vis mecum*] Communia fuisse 2 *Nescio quod magnum*] Alii *majus*, viris cum fœminis balnea constat ut Epig. 42. supra.  
etiam ex Epig. 51. supra.

Sed nihil est horum : credo, pulcherrima nuda es.

Si verum est, vitium pejus habes : fatua es.

#### NOTÆ

8 *Fatua es*] Insulæ, nullo lepore meretricio instructa. Lib. xi. Epig. 61.

### LXXIII.

#### IN PHŒBUM.

DORMIS cum pueris mutoniatis,  
Et non stat tibi, Phœbe, quod stat illis.  
Quid vis me, rogo, Phœbe, suspicari ?  
Mollem credere te virum volebam :  
Sed rumor negat esse te cinædum.

5

In nonnullis codd. inscribitur : *In Gallum*. Alii codd. habent : *In Phæbum quendam*, et in Epig. vs. 2. *Et non stat tibi, Gallæ*.

#### NOTÆ

4 *Mollem*] Id est, cinædum. mutoniatis morem gerebat : spurcis-  
*Sed rumor*] Fellatorem carpit, nimo ore pathicam forte intelligit.  
qui cum fœminis nequirit, pueris

### LXXIV.

#### IN GARGILIANUM.

PSILOTHRO faciem lævas, et dropace calvam.

Numquid tonsorem, Gargiliane, times ?

*Psilothro depilas vultum, et calvæ dropacæ. O Gargiliane, metuisne tonsorem ?*

~~~~~

1 *Psilothro faciemque lævas* in edd. vett. *Psilothro faciem lævas* Heraldus : nam psilothro non lavabatur facies, sed lavabatur. Cf. Anson. Epig. 122. *Psilothro faciemque lævas* Ramires. Hinc lectio mendosa in ed. Bipont. *Psilothro faciemque lævas*. Dele *et* que, et lege cum Schrevel. *faciem lævas*, quem omnino sequitur Editor Bipontinus. *et dropacæ calvæ* legit Musambert. quam

NOTÆ

1 *Faciem lævas*] Faciem depilas psilothro, quod erat unguentum evellendis pilis aptum, de quo Plinius lib. xxiv. cap. 9. 'Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari pondere a balneo illitum, psilothrum est.' Vide etiam lib. xxii. cap. 1.

Et dropacæ] Est etiam unguentum, quod pilis evellendis inservit, de quo

lib. x. epig. 65. Legunt alii, *psilothro faciemque lævas*.

2 *Numquid tonsorem*] Poëta irridet Gargilianum, qui pauper tonsorem timere non debuit ad exemplum Dionysii tyranni. Vel sic intellige : An adeo mollis es et timidus, ut novæ hanc experiri nequeas ?

Quid facient unguēs? nam certe non potes illos

Resina, Veneto nec resecare luto.

Desine, si pudor est, miseram traducere calvam:

5

Hoc fieri cunno, Gargiliane, solet.

quid flet de unguibus? Nequis enim resecare illos resina, nec luto Veneto. Si verecundia est, omittit infelix notare infamia calvam.....

lectionem margini ascriptam exhibet etiam nos penes Junt. an. 1512.—3 *Quid facient unguēs?* in margine ejusdem Junt. et sic emendavit Franciscus Modius Epist. 109. *Quid faciem tinguis?* Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Pulmann. Lang. &c. *Quid faciunt unguēs?* codex Heraldii; unde ille conj. *Quid facient unguis?*

NOTÆ

3 *Quid facient unguēs?* Veteres solebant non solum barbam, sed et resecandos unguēs tonsoribus præbere: hoc est, Saltem ad resecandos unguēs ferro uti debes. Alii, *Quid faciem tinguis?* minus bene.

4 *Veneto nec*] Mixta aceto terra ex Cypro advehebatur, quam vocabant

lutum Venetum, ex quo unguentum fiebat ad evellendos crines. Hæc ex interpretibus.

5 *Traducere*] De hoc verbo dictum lib. Spect. Epig. 4.

6 *Solet*] Alii *soles*. Sensus est: O Gargiliane, videris te componere ad fellandum, &c.

LXXV.

IN LUPERCUM.

STARE, Luperce, tibi jam pridem mentula desit:

Luctaris demens tu tamen arrigere.

Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces;

Improba nec prosunt jam satureia tibi.

1 Pulmanni codex, *desit*.—5 *Capisti puras Opicus* Lipsius Epistolarum

NOTÆ

1 *Stare*] Irrisio est in Lupercum quandam jam enervem, qui ἀσυντοῖα laborabat: ipse tamen omnem movebat lapidem ut posset. *Ramires*.

Desit] Desiit.

3 *Erucæ*, &c.] Erucam, bulbos, et satureiam, Venerem excitare notissimum est ex Medicis: erucam enim

alibi appellat salacem herbam, lib. x. Epig. 8.

4 *Improba nec*, &c.] Salax, Venerem improbam irritans. Βολβός, καὶ κοχλίας, καὶ ὄνυξ, καὶ τὰ ὅμοια, δοκεῖ σπέρματος εἶναι προσηγμένα, διὰ τὸ δημοσίᾳς ἔχειν τὰς πρῶτας φάσεις, καὶ τὰς αὐτὰς συνέσεις, κ.τ.λ. Athenæus lib. 11. cap. 26.

Coepisti puras opibus corrumpere buccas :

5

Sic quoque non vivit sollicitata Venus.

Mirari satis hoc quisquam, vel credere possit,

Quæ non stat, magno stare, Luperce, tibi ?

lib. v. 6. quasi sit fell. Farnabio placet vulgata lectio, quam astruit in ultimo versu, *magno stare*.—8 Pro *Quæ* codex Palat. exhibet *Quod*.

NOTÆ

5 *Puras buccas*] Magno dicit constare Luperco, quod opibus corrumperat buccas puras puerorum, qui, nisi oblato summo pretio, non possent ad tantam allici turpitudinem. *Opibus corrumpere*] Tò *opibus* hujus mvi scriptoribus idem esse quod pecunia, jactura, largitione, monimus in pecunia vetere. *Gronovius. Opibus, &c.*] *Lipsius* Quæst. Epist. lib. v. Epist. 6.

legit *Opicus*, quasi sit fellator. Præplacet vulgata lectio, quam astruit in ultimo versu, *magno stare*.

6 *Sic quoque non vivit*] Bene *vivit*, quod mortua membra communiter dicat jacentia. *Ramirez*.

8 *Quæ, &c.*] Jocum querit ab ambiguo *toû stare*: prius obocœnum significat, posterius 'constare.'

LXXVI.

IN BASSUM.*

ARRIGIS ad vetulas, fastidis, Basse, puellas :

Nec formosa tibi, sed moritura placet.

Hic, rogo, non furor est, non est hæc mentula demens ?

Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.

3 In Junt. an. 1512. non hæc m. demens ? contra metrum.

NOTÆ

* Notat Bassi in vetulas furorem, cula, et morti vicina. qui puellas fastidiebat; nec in vetulis forma, sed senectus hominem delectabat. *Ramirez*.

4 *Possis*] Supra Epig. 81. *Hecubam*] Vetulam. *Andromachen*] Junio-

2 *Moritura placet*] Capularis ani-

LXXVII.

IN BÆTICUM.

Nec mullus, nec te delectat, Bætice, turdus :

Nec lepus est unquam, nec tibi gratus aper.

O *Bætice*, nec mullus, nec turdus tibi placet : nec lepus unquam, nec aper tibi

NOTÆ

1 *Nec mullus*] Irridet Bæticum, illum esse rebus turpibus addictum. quod fastidiat bonos cibos, appetat Epig. 81. infra. putridos; atque ex hoc conjicit Poëta,

Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ:

Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aves.

Capparin, et putri cepas halece natantes,

5

Et pulpam dubio de petasone voras.

Teque juvant gerres et pelle melandrya cana:

Resinata bibis vina, Falerna fugis.

Nescio quod stomachi vitium secretius esse

Suspicio: ut quid enim, Bætice, saprofagis?

10

Iucundus est: nec liba tibi grata sunt, nec quadra placentæ divisa: nec Africa, nec Phasis tibi mittit volucres. Liguris capparin, et cepas natantes putrida halece, et pulpam ancipitiis petasonis. Et te delectant gerres, et melandrya pelle alba; potas vina olentia resinam, respuis Falerna. Suspicio nescio quem occultiore esse morbum stomachi: nam, o Bætice, quorsum comedis res putridas?

4 *Nec Lybe mittit* in Junt. an. 1512.—5 *Capparis et turpis Beverlandi Ms.* 'Miror, ulcus, quod hic versus habet, adhuc intactum. Quid enim cappari, quid cepis cum halece? Nullus dubito, quin a manu Hispani nostri sit: *Cammaron et putri mænas halece natantes*. Cammarus certe, sive Gammarus, villior piscis, et tenniorum cibus. Noster supra lib. II. Epig. 43. Et mænæ inter salsamenta numerantur infra lib. XII. Epig. 32. Vides ibi et gerres et mænās, ut h. l. memorari. Ceterum consule Helms. ad Ovid. Fast. II. 578. ubi fuse de hisce plebelorum ferculis disputat. Et ne quenquam offendat Græca terminatio in τῇ *Cammaron*; sciat, huic sæpissime indulsisse Martialem. Sic, ut alias præteream, 'cercopithecon' dicit infra lib. VII. Epig. 86. 'Cyllaron' lib. VIII. Epig. 21. 'Hippodromon' lib. XII. Epig. 50. 'Monaulon' lib. XIV. Epig. 64. Plura pete a Vossio Analog. lib. II. cap. 7. *Ant. de Rooy*.—7 Edd. vet. habent, *melandria*.—10 Beverlandi Ms. *ut quid enim, Bætice, figis apros?* Græcis lteris in quibusdam codd. scriptum est, *σαρποφαγῆς*. Ramires de Prado emendavit, *σαρποφαγῆς*, quod verbum est Galeni de Simpl. Medic. lib. x. cap. 1. significatque *vorare stercus*: ubi vide quæ dicit de Xenocrate. Dupllicem lectionem exhibet nos penes Juntina margini ascriptam: *ecquid enim, Bætice, putre fugis?* et *ut quid enim, Bætice, turpe sugis*, metro, si nihil aliud, obstante. Si quid mutandum, forte: *ecquid enim, Bætice, turpe fugis?*

NOTÆ

3 *Nec secta quadra*] Dividebantur placentæ in partes quadratas. Lib. VI. Epig. 75. lib. IX. Epig. 92.

4 *Phasis*] Colchidos fluvius, unde phasiani mittebantur; ex Africa quoque gallinæ Numidicæ dictæ mittebantur. Epig. 58. supra.

5 *Halece*] Alex vel halec, liquamen ex intestinis piscium; capparis vero

Gallicæ cæpre.

6 *Dubio de petasone*] Hoc est, cuius media pars jam fœtida est.

7 *Gerres*] Villissimi pisces et odoris fœtidi.

Melandrya] Pars thynni villissima. Plinius lib. IX. cap. 15.

10 *Saprofagis*] Alii Græce scribunt *σαρποφαγῆς*, hoc est, *putrida edis*.

LXXVIII.

AD PAULINUM.

MINXISTI currente semel, Pauline, carina.

Meiere vis iterum? jam Palinurus eris.

O Pauline, nave currente minxisti. Placet rursus mingere? Jam fies Palinurus.

~~~~~

In hoc Epigrammate nulla est varietas in libris calamo exaratis aut prelo typographico excusis.

## NOTÆ

2 *Jam Palinurus*] Gubernator navis Æneæ, notus ex Virgilio, qui somno oppressus, in mare lapsus periit. Poëta ludit in voce Paulini et Palinuri: *παλιν* significat *rursus*, *οὐρανὸν* vero *meiere*; ita ut Paulinus rursus

meiens evasurus sit Palinurus: sed simul alludit ad Palinuri casum, cui similem Paulino imminere conjicit, si dum magno impetu fertur navis, in aquam exoneraverit vesicam.

## LXXIX.

## AD SERTORIUM.

REM peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.

Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.

Et hic nihil variant aut membranæ aut exemplaria impressæ.

## NOTÆ

2 *Perficere*] Festive Sertorium irridet, qui cum omnia inchoaret, nihil

tamen perficiebat, &c. Lib. I. Epig. 47.

## LXXX.

## AD APICIUM.

DE nullo quereris, nulli maledicis, Apici:

Rumor ait, linguæ te tamen esse malæ.

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant scripti aut impressi libri.

## NOTÆ

1 *Maledicis*] Lib. II. Epig. 61.

2 *Rumor ait, &c.*] Lib. II. Epig. 72. vs. 1.

*Linguæ malæ*] Ad quod allusit Minutius Felix in Oct. 'Apud quos tota

impudicitia vocatur urbanitas: qui medios viros lambunt, &c. hominea malæ linguæ, etiamsi tacerent.' Sic κατὰ γλῶσσαν Græcis, maledica. *Heraldus*.

## LXXXI.

IN BÆTICUM.

QUID cum foemineo tibi, Bætice Galle, barathro?

Hæc debet medios lambere lingua viros.

Abscissa est quare Samia tibi mentula testa,

Si tibi tam gratus, Bætice, cunnus erat?

Castrandum caput est: nam sis licet inguine Gallas, 5

Sacra tamen Cybeles decipis: ore vir es.

3 *Abscissa est quare* margini ascriptum habet nos penes Juntina.—6 Hic versus male interpungitur in omnibus fere edd. vett. *Sacra tamen Cybeles decipis ore, vir es.*

## NOTE

1 Quid] Insectatur Bæticum, de quo Epig. 77. supra.

Galle] Qui sacerdos es Cybeles eviratus. *Barathro*] *Abolus*.

2 *Medios*, &c.] Lib. II. Epig. 61. vs. 2.

3 *Abscissa*, &c.] Lib. II. Epig. 45. Plinius lib. XXXV. cap. 12.

5 *Castrandum*, &c.] Es enim impuri oris et male lingue.

6 *Cybeles decipis*, &c.] Sic lib. XI. Epig. 62. 'mœchus ore Munnæus.'

## LXXXII.

IN ZOILUM.

CONVIVA quisquis Zoili potest esse,

Summœnianas coenet inter uxores,

Cartaque Ledaë sobrius bibat testa:

Hoc esse levius puriusque contendo.

Jacet occupato galbinatus in lecto: 5

Cubitisque trudit hinc et inde convivas,

Quicumque potest convivari cum Zoilo, coenet inter uxores Summœnianas, et sicus potest mutilata lagena Ledaë. Affirmo hoc esse levius et castius. Galbanatus recumbit in lecto occupato: innixus ostro, et pulvinis sericis, ex hac et illa parte

4 Pulmannus: puriusque contendi.—5 *Jacet occupato galbinatus* codex Vat. *galba natus* in nonnullis vett.—6 *Cubitis trudit* in edd. vett. *Cubitisque trudit*

## NOTE

2 *Summœnianas uxores*] Hoc est, meretrices, quæ eo in loco prostabant, qui Summœnium appellabatur. Lib. I. Epig. 36. lib. XII. Epig. 32.

3 *Cartaque Ledaë*] Meretricis ob-scœnæ, cujus calices mutilati: addidit *sobrius*, ut turpitudinem auferet,

quæ in ebrio minor esset.

5 *Galbinatus*] Galbanum genus est vestimenti delicatioris, albi et sublimidi, quod nullum habet pilos. Juven. Sat. II. 9. 'Cœrulea indutus scutulata, aut galbana rasa.' Vide lib. I. Epig. 97.

Effultus ostro, sericisque pulvinis.  
 Stat exoletus, suggeritque ructanti  
 Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci ;  
 Et æstuanti tenue ventilat frigus 10  
 Supina prasino concubina flabello ;  
 Fugatque muscas myrtea puer virga.  
 Percurrit agili corpus arte tractatrix,  
 Manumque doctam spargit omnibus membris :  
 Digiti crepantis signa novit eunuchus, 15  
 Et delicatæ suscitator urinæ  
 Domini bibentis ebrium regit penem.  
 At ipse retro flexus ad pedum turbam,  
 Inter catellas anserum exta lambentes  
 Partitur apri glandulas palæstritis, 20

*cubitis propellit convives. Exoletus stat, et ructanti suppeditat pinnas rubras, et cuspides lentisci ; et supina concubina viridi flabello exolat sudanti aurem tenuem, et serous repellit muscas myrtea virga. Tractatrix habili arte perfricat corpus, et palpat omnia membra manu perita. Eunuchus nota sunt indicia digiti strepentis .... Sed ille Zoilus a tergo conversus ad pueros stantes ad pedes, inter canes lingen- tes præcordia anserum distribuit palæstritis glandulas apri, et cum vina ex saxis*

codex Pulmanni. Nostram lectionem exhibet Beverlandi Ms.—8 Beverlandi Ms. *suggestitque ructanti*.—9 *Spinas rubentes* in eodem.—13 *Percurrit habili corpus arte palpatrix* Juntina nostra in margine.—14 *Manumque dextram* Beverlandi Ms. forte, *Manumque dextre*.—16 *Et delicatæ suscitator* in quibusdam vet.—20 Lipsius legit, *palæstrita* ; vide Var. Notas.—28 *Masilianis* in

## NOTE

*Occupato lecto*] Hoc est, jacet in lecto quem totum occupabat solus.

6 *Cubitisque trudit*] Alii *tundit*, vel ut commodius recumberet, vel ne pretiosas illius vestes inquinarentur.

8 *Exoletus*] Puerum intellige a delicis sui domini.

*Suggestitque*] Pinna in os immissa stomachum exonerare solebant heli- ones, ut constat ex Suetonio in Clandio cap. 8.

9 *Rubentes*] Pennas Phœnicopteri forte intelligit. Lib. XIII. Epig. 71.

*Cuspidesque lentisci*] Dentiscalpia, Lib. XIV. Epig. 22.

18 *Tractatrix*] In conviviis delec- tationis causa antiqui adhibebant fœ-

minas vel mares, qui membra eorum perfricarent. Tractatoris meminit Seneca Epist. 66. sub finem : ‘ An potius optem, ut malacissandos arti- culos exoletis meis porrigam ? ’

15 *Digiti crepantis*] Digitorum cre- plitu matella poscebatur, ut etiam constat ex lib. VI. Epig. 89. lib. XIV. Epig. 119.

20 *Apri glandulas*] Pars est apri juxta cervicem delicata.

*Palæstritis*] Intellige servos palm- stritas, ut supra Epig. 57. Quid si intelligas cum Farnabio ‘ depilato- res ’ sic enim eos Persius appellat Sat. IV. 28. ‘ Quinque palæstritas licet hæc plantaria vellant.’

Et concubino turturum nates donat :  
 Ligurumque nobis saxa cum ministrentur,  
 Vel cocta fumis ~~musta~~ Massilitanis ;  
 Optimianum morionibus nectar  
 Crystallinisque myrrhinisque propinat. 25  
 Et Cosmianis ipse fusus ampullis,  
 Non erubescit murice aureo nobis  
 Dividere moechæ pauperis capillare.  
 Septunce multo deinde perditus stertit :  
 Nos accubamus, et, silentium ronchis 30  
 Præstare jussi, nutibus propinamus.  
 Hos Malchionis patimur improbi fastus ;  
 Nec vindicare, Rufe, possumus ; fellat.

*Ligurum porrigantur nobis, aut musta cocta fumis Massilianis ; propinat scurris nectar Optimianum poculis et crystallinis et myrrhinis. Nec pudet ipsum delibutum ampullis Cosmi unguentarii nobis parti ex murice aureo capillare adulteræ egenæ. Postea stertit sepultus multo septunce : nos accubimus atque imperati facere silentium ronchis, nutibus propinamus. Hanc ferimus superbiam impuri Malchionis, nec possumus ulcisci, o Rufe...*

edd. vett. Vide Vitruv. x. cap. ult. Adde iv. 36. XIII. 120. et XIV. 116. Cagnerius legendum contendit, *Massilaenis*.—25 *Crystallinisque myrrinisque* mendose in Beverlandi Ms. *murtheisque* Juntina nostra in margine. *Myrrhina, murthea, murres, myrrhea*, scil. vasa, sive pocula. Quibusdam *myrrha* videtur esse crystallum, a quo tamen h. l. et ap. Plin. XXXVII. 2. Javenal. VI. 155. 156. et Senec. Epist. ult. distinguitur ; aliis porcellana Sinica, quam Angliæ dicimus, *China* ; aliis onyx, species marmoris, non gemmæ. Vide Interpp. ad Propert. III. 10. 22. IV. 5. 26. Senec. Benef. VII. 9. et Epist. ult. Juvenal. VII. 133. et l. c. Plin. l. c. et XXVII. 2. XXXVII. 12. Sueton. Aug. 71. Stat. Theb. I. 330. Adde Ernesti Archæol. Liter. P. I. c. 3. § 7. et Salmas. Exercit. Plin. p. 1063.—26 In Beverlandi Ms. *fuscis*.—28 In eodem, *capitale*.—23 Scriverius, auctore Jos. Scaligero, scripsit : *Nec vindicare, Rufe, possumus ? fellas* ; h. e. ineptis : stultos quippe vocabant homines ‘ spurco ore.’

## NOTÆ

22 *Ligurumque nobis saxa*] Dixit saxa pro vino tenui in saxosa Liguria nato.

23 *Vel cocta fumis*] Vina Massilim asperissima adulterabantur fumo, ut saporem mutarent. Lib. x. Epig. 36.

24 *Optimianum nectar*] De quo lib. II. Epig. 40.

27 *Murice aureo*] Concha erat aurei coloris, vel inanrata, in qua unguentum servabatur. Horatius II. Od. 7. ‘ funde capacibus Unguenta de conchia.’

28 *Capillare*] Hoc est, unguentum ad ungendos capillos. Sensus est : Nobis parce dividit unguenta Zolius, quibus utuntur mœchæ villissimæ.

29 *Septunce multo*] Hoc est, multis cyathis : septunx capit septem uncias.

32 *Malchionis*] Hoc est, effæminati : nomen fictum a *μαλακός, mollis*.

33 *Nec vindicare*] Etenim impuri hominis os valde timendum. Lib. II. Epig. 23.

## LXXXIII.

IN COCLITEM.

UT faciam breviora mones Epigrammata, Cocles.

Fac mihi, quod Chione: non potui brevius.

*Ad Cordum* inscribitur in cod. Pulmanni.—1 *Corde* in eodem codice.—2 In quibusdam non potuit brevius, quod Calderinus interpr. Non potuit dicere tibi ut des, &c.

## NOTÆ

2 *Fac mihi, &c.*] Vide quam te utar non melius non tectius, quam conferebrevitatis magistro: nec potui pauciendo te cum Chione. Infra Epig. 87. oribus verbis notare te vitio fellandi; et 97.

## LXXXIV.

IN TONGILIONEM.

QUID narrat tua mœcha? non puellam

Dixi, Tongilion: quid ergo? linguam.

2 In quibusdam vett. *lingam* pro *linguam*, quod vitium esse typographice credit Cagnerius. Hoc tamen servant Junius, Langius, alii.

## NOTÆ

2 *Linguam*] Quæ λέχουσα καὶ μύζουσα, patitur quod mœcha. Sic lib. xi. Epig. 62. 'mœchus ore Manneima.' Verbum etiam 'narrat' linguæ impuritatem innuit. Vel per *linguam* innuit puellam istam adeo fuisse loquacem, ut lingua dici mereatur: aut linguam instar canis Appulæ, et quidem sitiens ubique et semper linguam exerceat.

## LXXXV.

AD MARITUM.

QUIS tibi persuasit nares abscindere mœcho?

Non hac peccatum est parte, marite, tibi.

Stulte, quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor,

Cum sit salva sui mentula Deiphobi.

*Quis tibi auctor fuit, ut amputares nares adultero? O marite, hac pars non te offendit. O demens, quid fecisti? Hoc in loco conjux tua nihil amisit, cum sit incolumis....sui Deiphobi.*

4 *Cum sit salva tibi* in Ald. Junt. Colln. aliisque vett.

## NOTÆ

1 *Abscindere mœcho*] Quem castrare debuerat. Vide lib. ii. Epig. 63. 4 *Sui Deiphobi*] Alludit Poëta, ut aiunt interpretes, ad illam Virgilli

## NOTE

locum *Æn.* vi. quo Deiphobus naribus raptis Auribus, et truncas inhoneste  
obtruncis describitur: 'Ora, manus- vulnere nares.'  
que ambas, populataque tempora

## LXXXVI.

AD CASTAM MATRONAM.

NE legeres partem lascivi, casta, libelli,  
Prædixi et monui: tu tamen, ecce, legis.  
Sed si Panniculum, si spectas, casta, Latinum  
Non sunt hæc mimis improbiora: lege.

*Prædixi, et præcepti, ne tu, pudica, evolveres partem libri impuri: nihilominus  
ecce evolvis. At si, pudica, aspicias Panniculum et Latinum, hæc non sunt nequiora  
mimis. Evolve.*

1 *Nec legeres* Beverlandi Ms.—2 *Prædixisti* in eodem. Tu tamen usque legis  
ascriptum margini habet nos penes Juntina.

## NOTE

2 *Prædixi*] Supra *Epig.* 68. Ianter lasciviebant. De his lib. i.  
3 *Sed si Panniculum*] Latinus et *Epig.* 5. et lib. II. *Epig.* 72.  
*Panniculus* mimi in *Comœdiis* petu-

## LXXXVII.

IN CHIONEM.

NARRAT te rumor, Chione, nunquam esse fututam,  
Atque nihil cunno purius esse tuo.  
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris.  
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

In hujus Epigrammatis lectione nulla est varietas in exemplaribus scriptis  
aut typis excusis.

## NOTE

1 *Narrat te*] *Fellatricem Chionem* ligari tegas inferiora præ pudore,  
*reprehendit*, quod tecta pudenda cur non potius os tegis? namque hac  
*parte corporis* lavaretur, cum tamen parte rumor est te peccare *μυστικός*.  
*illa non peccasset*, monetque ut vela- In voce rumor latet ulcus *Parenom-*  
*men transferat* ad os, quo pecca- masticon.  
*verat. Ramiresius.* Modo *Epig.* 88. 4 *Transfer in faciem*] Ut contegat  
*Rumor, &c.*] Lib. II. *Epig.* 72. os impurum.

3 *Tecta tamen non hac, &c.*] Si sub-  
*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

## LXXXVIII.

IN FRATRES FELLATORES.

SUNT gemini fratres, diversa sed inguina lingunt.

Dicite, dissimiles sint magis, an similes ?

In hoc quoque Epigrammate nihil variant aut libri manu exarati aut typis impressi.

## NOTE

1 *Diversa sed, &c.*] 'Ο μὲν τὰ τῆς γυναικὸς λαλεῖ, ὁ δὲ τὰ τοῦ ἀνδρὸς μύει.

## LXXXIX.

AD PHŒBUM.

UTERE lactucis, et mollibus utere malvis :

Nam faciem, durum, Phœbe, cacantis habes.

*Sume lactucas et malos molles ; etenim, Phæbe, tibi vultus est hominis exonerantis ventrem dissculler.*

Et in hoc Epigrammate exhibendo non variant exemplaria scripta aut excusa.

## NOTE

1 *Utere lactucis*] Lactucæ et malvæ est apud Suetonium in Vespasiano  
ntiles sunt ad solvendum ventrem. cap. 20. 'Statura fuit quadrata, com-2 *Nam faciem*] Phæbi jam mem- pactis firmisque membris, vultu ve-  
nit lib. 1. Epig. 87. Similis jocus luti nitentis,' &c.

## XC.

DE GALLA.

VULT, non vult dare Galla mihi : nec dicere possum,

Quod vult, et non vult, quid sibi Galla velit.

*Galla placet mihi concedere, et non placet : nec possum dicere quæ sit mens Gallæ, cum ipsi placeat, et non placeat.*

Et hic nulla lectionis varietas reperienda est in codicibus aut exemplaribus impressis.

## NOTE

1 *Non vult dare*] Lusus est in verbo copiam facere significat. Lib. vii.  
dare, quod pecuniam donare, et sui Epig. 74.

## XCI.

## DE MISITIO.

CUM peteret patriæ Misitius arva Ravennæ,  
 Semiviro Cybeles cum grege junxit iter.  
 Huic comes hærebat domini fugitivus Achilles,  
 Insignis forma nequitiaque puer.  
 Hoc steriles sensere viri: qua parte cubaret, 5  
 Quærun; sed tacitos sensit et ille dolos.  
 Mentitur, credunt: somni post vina petuntur:  
 Continuo ferrum noxia turba rapit;  
 Exciduntque senem, spondæ qui parte jacebat;  
 Namque puer pluteo vindice tutus erat. 10  
 Suppositam, fama est, quondam pro virgine cervam;  
 At nunc pro cervo mentula supposita est.

*Cum Misitius iret in agros Ravennæ suæ patriæ, se comitem dedit castrato gregi Cybeles. Achilles fugitivus heri puer et pulchritudine et lascivia clarus comitabatur hunc. Homines castrati id intellexerunt; rogant qua parte cubilia decumberet: at ille quoque intellexit fraudes latentes. Mentitur, adhibent fidem, a carnæ cubitum: multitudo improba statim arripit ferrum, et exsecant senem, qui decumbebat ex parte spondæ; etenim puer erat securus pluteo vindice. Cervæ fertur fuisse olim subjecta pro puella, sed nunc subjecta est. . . . pro cervo.*

1 Gronovius legendum putat, *missicius*, et non proprium, sed commune nomen esse.—3 *Achilles* legit Donza, quod eo nomine formosos pueros a poculis nominasse veteres e Luciano constet. Vide lib. vii. Epigr. 56.—8 *Juntina* nostra in margine *testam pro ferrum*. At vide quæ diximus ad lib. ii. Epig. 45.—9 *Beverlandi* Ms. *cum parte*.—11 In eodem: *quondam fama est*.—12 *At nunc pro puero* in edd. vett.

## NOTÆ

1 *Arva Ravennæ*] Ravenna urbs Italiæ, de qua supra Epig. 56.

2 *Semiviro Cybeles*] Castratos Cybeles Sacerdotes intellige.

3 *Fugitivus Achilles*] Qui a suo domino fugerat, et Misitium senem sequebatur. Achille iterum mentionem fecit, lib. vii. Epig. 56.

8 *Continuo ferrum*] Posuit ferrum pro Samia testa, seu cultro ex terra Samia, quo Sacerdotes illi exsecabant mares, Epig. 81. supra, lib. ii. Epig. 45.

10 *Namque puer pluteo*] Lecti duo

erant latera, exterius 'spondæ' vocabatur, interioris vero versus parietem 'pluteus' dicebatur. Achilles vero Gallis dixerat parte spondæ cubitorum se, cum in pluteo esset dormiturus tutus ab illorum injuria.

11 *Pro virgine cervam*] Nota est historia Iphigeniæ, quam in Aulide immolare pater Agamemnon parabat, cum a Diana fuit rapta, et ejus loco cervæ supposita, quam Græci duces pro Iphigenia immolarunt. Ovid. Met. xii. 'Supposita fertur mutasse Mycenida cervæ.'

## NOTE

12 *Pro cervo*] *Servos antiqui appellarunt cervos. Festus in voce 'servorum dies.'* Alii legunt *pro puero*. Sed prior lectio videtur melior, propter similitudinem cum precedenti versu.

## XCII.

## AD GALLUM.

Ut patiar moechum, rogat uxor, Galle; sed unum :  
Huic ego, non oculos eruo, Galle, duos ?

1 Pulmanni codex habet: *rogat uxor Galla*. Ceterum male interpungitur in edd. vett. sed unum *Huic ego, non oculos eruo, Galle, duos*.

## NOTE

1 *Ut patiar, &c.*] De more sæculi. Lib. vi. Epig. 90.  
Seneca de Beneficiis lib. iii. cap. 16. 2 *Oculos duos*] Lib. i. Epig. 98.  
'Infrunita et antiqua est, quæ nesciat Ludit autem in auxes ab uno ad  
matrimonium vocari unius adulte- duos.  
rium.' *Heraldus. Machum, unum*]

## XCIII.

## IN VETUSTILLAM.

CUM tibi trecenti consules, Vetustilla,  
Et tres capilli, quatuorque sint dentes,  
Pectus cicadæ, crusculumque formicæ;  
Rugosiore cum geras stola frontem,  
Et aranearum cassibus pares mammas; 5  
Cum comparata rictibus tuis ora

O *Vetustina*, cum nata sis trecentos annos, et habeas tres crines, et quatuor dentes, pectus cicadæ, et crusculum formicæ: cum tibi sit vultus rugosior stola, et mammas similes rictibus aranearum: cum ora crocodilo Niliaco arcta sint collata tuis

In *Vetustinam* inscribitur in edd. vett. De *Vetustilla* in cod. Thuan.—1 *Vetustina* in iisdem vett. Lectionem nostram testatur codex Thuan.—3 *Gruterus* legit: *crus colorque formicæ*; quod exhibet etiam *Beverlandi Ms.* Vide supra

## NOTE

1 *Cum tibi*] Hyperbolicæ significat Poëta *Vetustinam* esse decrepitam, et habere trecentos annos, aut saltem centum quinquaginta, cum singulis annis duo consules crearentur. Alii *Vetustilla*.  
3 *Crusculumque*] Alii *crus colorque*.

Niliacus habeat crocodilus angusta,  
 Meliusque ranæ garriant Ravennates,  
 Et Adrianus dulcius culex cantet,  
 Videasque quantum noctuæ vident mane, 10  
 Et illud oleas, quod viri capellarum,  
 Et anatis habeas orropygium macræ,  
 Senemque Cynicum vincat osseus cunnius;  
 Cum te lucerna balneator extincta  
 Admittat inter bustuarias mœchas; 15  
 Cum bruma mensem sit tibi per Augustum,  
 Regolare nec te pestilentia possit:  
 Gaudes ducentas nupturire post mortes,  
 Virumque demens cineribus tuis quæris  
 Prurire. Quid, sarrire si velit saxum? 20

*rictibus, et ranæ Ravennates dulcius canant, atque Adriaticus culex edat cantus suaviores, et videas quantum noctuæ vident mane, atque illud oleas quod mariti capellarum; et tibi sit uropygium macilentæ anatis . . . cum balneator extinctis luminibus te intromittat inter scorta bustuaria: cum frigeas menses Augusto, nec pestis valeat solvere tuam glaciem: delectaris appetere nuptias post interitum ducentorum maritorum, atque insana quæris maritum prurientem tuis cineribus. Quid si cu-*

lib. i. Epig. 96.—7 *Niliacus habeat crocodilus* in vet. cod. Regio ap. Gadium, quem vide ad Phædr. i. 25. 4. Sic scribitur in cod. vet. Cic. Tusc. Quæst. lib. v. 27. qui codex extat in Biblioth. Reg. Paris. in cod. Neapol. Plin. viii. 3. in Antiq. Gloss. Divonens. septingentis annis vetustioribus, apud Ampliss. Senatorem De la Mare; et in alio vetustissimo Gloss. Longobardicis literis exarato, quem olim Jac. Mentelius cum Gudio communicavit.—9 *Et Adrianus* codex Thuan. *Et Hadrianus* codex Vat.—12 In edd. vet. *uropygium*; in codd. Thuan. et Vaticano, *orropygium*.—17 Beverlandi Ms. *possis*.—18 In edd. vet. *Gaudes ducentas nuptum ire post mortes*; in aliis, *Gaudes ducentas nuptum iri*, &c. Pulman. conj. *Gaudes ducentas ire nuptum*; at sic est in Ald. 1550.

## NOTE

8 *Ranæ Ravennates*] De Ravenna supra Epig. 56.

9 *Adrianus* [*Adriaticus*] *culex*] Hoc est, culex ad littora maris Adriatici. Alii *Adrianus*, in Adria scilicet, quæ Romanorum colonia in Piceno. Plinius lib. iii. cap. 13.

11 *Viri capellarum*] Periphrasis hircorum, qui grave olent.

12 *Orropygium* [*Uropygium*] Alii *oropygium*: est extremitas illa vertebrae podici proxima, Gallice le

*croupion*.

14 *Lucerna extincta*] Ne scilicet illa vetula dignosci posset.

15 *Inter bustuarias*] Extra urbem ad monumenta prostabant scorta vilissima, de quibus supra lib. i. Epig. 35.

18 *Gaudes ducentas*] Alii *Audes*, et pro *nupturire* legunt *nuptum ire*. *Ducentas post mortes* est hyperbole.

20 *Quid, sarrire*] Hoc est, te saxum exercere. *Sarrire propriè* est sar-

Quis conjugem, quis te vocabit uxorem,  
 Philomelus aviam quam vocaverat nuper?  
 Quod si cadaver exigis tuum scalpi;  
 Sternatur a Coricle clinico lectus,  
 Thalassionem qui tuum decet solus,  
 Ustorque tædas præferat novæ nuptæ:  
 Intrare in istum sola fax potest cunnum.

25

*piat sarrire saxum? Quis te appellabit conjugem, quis uxorem, quam nuper aviam appellaverat Philomelus? Quod si optas mortuum tuum corpus scalpi, lectus sterneratur a Coricle clinico, qui solus canet tuum Thalassionem, atque ustor præferat tædas tibi novæ nuptæ: sola fax potest ingredi...*

*nupturire* vetus codex Cagnerii.—21 Thuan. et Vat. *te quis vocabit*.—24 *Sternatur a Coride in triclinio* in quibusdam vett. probante Musambertio. *Sternatur Acoride triclinio* in Ald. Junt. et Colin. *Sternatur Achori de triclinio* legit Cagnerius. Nostram lectionem servat ed. Gryph. Vide Joseph. Scalig. *Ausoniar. Lect. lib. 11. cap. 4.* De permutatione *cl* et *d* jam diximus ad lib. 1. Epigr. 90. *Sternatur a Coriole triclinio* ex antiquis codd. profert Musambertius.

## NOTE

culis fodere, cum nempe a noxiis herbis leviter scalpendo purgantur segetes.

24 *Sternatur*] Vulgata lectio, *Sternatur Acoride triclinio lectus*. Hic versus emendatus est a Scaligero *Ausoniarum Lectionum lib. 11. cap. 4.* Quid sit *clanicus* supra dictum est lib. 1. Epigr. 81. Est medicus et vespillo.

25 *Thalassionem*] Carmen nuptiale, de quo supra lib. 1. Epigr. 86.

26 *Ustorque*] Ustores sunt ii qui rogum exstruunt, in quo mortui cremantur.

*Tædas præferat*] Solebant veteres tædas præferre novis nuptis. Dicit Poëta tædas *Vetustinæ* esse præferendas ab ustore, aut potius faces quibus rogus incendatur.

## XCIV.

IN RUFUM.

Esse negas coctum leporem, poscisque flagella:  
 Mavis, Rufe, coquum scindere, quam leporem.

*O Rufe, dicis non esse coctum leporem, et petis virgas: mavis scindere coquum, quam leporem.*

*In Rufum* inscribitur in edd. vett. et in Epigr. v. 2. *Rufe*.—2 Pulmannus: *coquum cedere*.

## NOTE

1 *Esse negas*] Rufum quendam avium irridet Poëta, qui fingeat crudum esse leporem, ne illum scinderet.

Similis locus est in *Næviam* supra Epigr. 13.

## XCV.

## IN NÆVOLUM.

NUNQUAM dicis ave, sed reddis, Nævole, semper,

Quod prior et corvus dicere sæpe solet.

Cur hoc expectas a me ? rogo, Nævole, dicas :

Nam puto, nec melior, Nævole, nec prior es.

Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque, .

5

Natorumque dedit jura paterna trium.

Ore legor multo, notumque per oppida nomen

Non expectato dat mihi fama rogo.

Est et in hoc aliquid : vidit me Roma tribunum,

Et sedeo qua te suscitât Oceanus.

10

Quot mihi Cæsareo facti sunt munere cives,

Nec famulos totidem suspicor esse tibi.

Sed pædicaris : sed pulchre, Nævole, ceves :

Jam jam sic prior es, Nævole : vincis : ave.

*O Nævole, nunquam dicis ave, at semper reddis, quod Curius et quidem prior sæpe solet dicere. Quare expectas hoc a me? Quæso, o Nævole, dicas: etenim, o Nævole, nec melior, nec prior es. Ego probatus ab utroque Cæsare accepi mercedem, et mihi concessum est jus patrum trium liberorum. Libri mei leguntur a multis, ante obitum fama mihi tribuit nomen celebratum per urbes. Est et aliquis honos in hoc; Roma me spectavit tribunum, atque in eo loco sedeo unde te amovet Oceanus. Opinor te non habere tot servos, quot civitate donavit Cæsar in meam gratiam..... Jam vero ita antecellis, o Nævole, superas. Ave.*

2 *Quod prior et Curius* edd. vett. quasi per Synecd. Curium poneret pro quovis nobili et gravi viro.—8 *Cur hoc expectes* legunt alii.—14 *Jam jam tu prior es* Pulmannus, aliique.

## NOTÆ

1 *Sed reddis*] Superbum quendam Nævolum increpat, qui illum nunquam prior salutabat; inferioris erat salutem dicere, reddere vero superioris.

2 *Quod prior et corvus* [Curius] Quem virum gravissimum ponit Poëta pro quovis nobili viro. Legunt alii: *Quod prior et corvus*. Macrobius Saturn. lib. II. cap. 4. Corvi salutatoris meminit.

5 *Cæsar uterque*] Titum et Domitianum intellige.

6 *Natorumque dedit*] De illo trium

liberorum jure dictum lib. II. Epig. 91.

9 *Tribunum*] Honorarium nempe, ex beneficio Cæsaris.

10 *Et sedeo*] Inter equites sedeo ex munere Imperatoris, non ex censu Equestri.

*Suscitat*] Verbum est theatrale, hoc est, loco amovere. Oceanus autem designator disponendis ordinibus præerat, atque unumquemque in theatro pro sua dignitate sedere jubebat. Lib. VI. Epig. 9.

## XCVI.

IN GARGILIUM.

LINGIS, non futuis meam puellam:  
Et garris quasi mœchus, et fututor.  
Si te prendero, Gargili, tacebis.

3 *Si te prendero, Gargili* in Junt. an. 1512. et Colla. an. 1528.

## NOTÆ

1 *Lingis*] Gargilius quidam can- tacebit. Similis joens apud Catul-  
nilingus jactabat se tanquam mœchus, lum in quendam Gellium, Epig. 75.  
et corruptor puellæ Martialis. Inter- *Ramiresius*. Vel sic interpretare ver-  
minatur ei, si prehensus fuerit, ore bum *tacebis*, quod nempe linguam sit  
ut irrumetur, quod vocem perdet, et abscissurus illi Poëta.

## XCVII.

AD RUFUM.

NE legat hunc Chione, mando tibi, Rufe, libellum.  
Carmine læsa meo est; lædere et illa potest.

*Ad Rufum* inscriptio est in Ald. Junt. et Colla.—1 Junt. *mando tibi, Rufe*.  
—2 Ald. Junt. Colla. et Gryph. *lædere et ipsa potest*.

## NOTÆ

2 *Carminæ*] Supra Epig. 84. 83. 87. *Lædere*] Epig. 81. supra, versu ultimo.

## XCVIII.

IN SABELLUM.

SIT culus tibi quam macer, requiris?  
Pædicare potes, Sabelle, culo.

In hoc Epigrammate non variant membrana ant libri typographici.

## NOTÆ

2 *Pædicare potes*] *Prae* macie in Epig. 93. vers. 12.  
tantum prominet *obportet*. *Modo*

## XCIX.

AD CERDONEM.

IRASCI nostro non debes, cerdo, libello.  
Ars tua, non vita est, carmine læsa meo.

O *cerdo*, non debes succensere nostro libro: *artem tuam*, non *mores* carpunt

Innocuos permitte sales. Cur ludere nobis  
Non liceat, licuit si jugulare tibi ?

*versus mei. Patere jocos innoxios. Cur mihi non permittatur joculari, si tibi permissum est necare?*

~~~~~  
Neque in hoc quicquam variant aut exemplaria scripta aut prelo typographico excusa.

NOTE

1 *Non debes, carde*] De quo supra non liceat joculari? Juvenalis Sat. III. Epig. 16. et 58. 34. 'Quondam hi cornicines, et municipalis arenæ Perpetni comites,

3 *Cur ludere nobis*] Si enim tibi licuit homines jugulare, cum gladiatorum munus exhibuisti, cur mihi libet occidunt populariter.'

C.

AD RUFUM.

CURSOREM sexta tibi, Rufe, remisimus hora,
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

O Rufe, hora sexta ad te remisimus cursorem, a quo madido latos fuisse versus meos arbitror. Casu enim cœlum ruebat pluvia ingenti. Hic libellus alio modo non fuit mittendus.

~~~~~  
Et hic nulla lectionis varietas, nisi quod ed. Schrevel. an. 1671. habet *Ruse*, pro *Rufe*, et edd. vetl. non præter solitum, *Ad Ruffum*, et vs. 1. *Ruffe*.

## NOTE

1 *Sexta hora*] Hoc est, meridiæ. De digna quæ aqua deleantur. Lib. IV. horis supra Epig. 26. sed lib. IV. Epig. 10. 'Cur: sed instructum comitetur pumice librum Spongia:

4 *Non aliter mitti*] Modeste significat Poëta mala esse sua carmina, et muneribus convenit illa mea.'

# M. VAL. MARTIALIS

## EPIGRAMMATUM

### LIBER IV.

---

#### I.

##### DE NATALI DOMITIANI.

CÆSARIS alma dies, et luce sacratior illa,  
Conscia Dictæum qua tulit Ida Jovem,  
Longa precor, Pylioque veni numerosior ævo,  
Semper et hoc vultu, vel meliore nite.

*O lux alma, et sacratior illo die quo Jovem Cretensem tulit Ida particeps,  
accede longa, quæso, et diuturnior ætate Nestoris, et semper splende hoc vultu, vel*

~~~~~

1 *Cæsaris alba dies* tentabat Ant. de Rooy. *alba*, i. e. fausta, sive, albo notanda calculo, ut solebant dies fausti. Vide Lindenb. ad Censorin. l. 2. Benti. ad Hor. l. Od. 86. 10. et iv. Od. 7. 7. Cf. etiam Ovid. Trist. v. 5. 14. *alma* tamen non est temere rejicienda, quia pro sancta accipi potest. Vide Fest. et Wopkens. ad Paulin. in Obsa. Misc. Dorv. Tom. viii. p. 921. *et luce sacratior omni Palmannus*.—2 Edd. vet. *qui tulit*.—5 In iisdem, *cultus in auro*.

NOTE

1 *Cæsaris alma*] Hoc est, dies natalis: natus autem est Domitianus 9. Kal. Novembris. Suetonius in ejus vita cap. 1.

Luce sacratior] Natalem Domitiani diem assentatorie præfert natali Jovis, qui natus vel certe educatus fuit in Ida monte Cretæ, ubi illum Curetibus alendum, ne a Saturno patre devoraretur, clam commisit Rhea mater; unde Ida conscia dicitur, illius

nempe arcani.

3 *Pylio ævo*] Nestor, a Pylo urbe Arcadiæ, teste Strabone, Pylius dictus, nonaginta annos vixit secundum Poëtas Græcos: at vero secundum Ovidium, atque alios Latinos Poëtas, vixit trecentos annos: nam sumserunt γῆρας, hoc est, generationem vel ætatem, pro sæculo seu centum annis, cum triginta tantum annos significet.

4 *Semper et hoc vultu*] Millies redi,

Hic colat Albano Tritonida multus in auro, 5
 Perque manus tantas plurima quercus eat.
 Hic colat ingenti redeuntia sæcula lustro,
 Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.
 Magna quidem, Superi, petimus, sed debita terris.
 Pro tanto quæ sunt improba vota Deo? 10

purior. Hic Domitiani assiduus in auro Albano veneretur Minervam, et manus illius tam magna donent multas coronas quernas. Hic celebret ludos sæculares ingenti lustrò recurrentes, et sacrificia quæ fiunt in Terento Romuleo. O Dii, magna sane poscimus, at debitum terris. Quanam postulata sunt injusta pro tanto numine?

Pro auro, sunt qui malint arvo. Ant. de Rooy conj. Sic colat Albano Tritonida multus in aula; vel, in arce. Vide lib. ix. Epig. 103. lib. xi. Epig. 8. et Sueton. Domit. cap. 4.—7 Sic colat ingenti idem Ant. de Rooy.—8 Nonnulli legunt Terentus: at vide Rutgers. Var. Lect. lib. iv. cap. 10.—10 Alii legunt quæ sint.

NOTE

et semper æque felix, aut felicior præsentè.

5 *Multus in auro*] ‘Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat.’ Suetonius in Domitiano cap. 4. Aurum Albanum appellat, coronam auream, qua coronatus in Albano monte prope urbem Quinquatria celebrabat. *Multus in auro*, id est, totus colendæ Minervæ addictus. Lipsius legit, *Albano in arvo*, omnium optime meo iudicio: antiquorum tamen codicum lectionem secutus sum. Alii sic explicant: Sæpe honorem habeat Palladi distributis aureis coronis in victores agonis Albani. Vulgata lectio *cultus*, hoc est, redemptus auro, &c.

6 *Perque manus tantas*] Quas infra Epig. 8. ingentes vocat, hoc est, divinas. In Albano, ut patet ex eodem Suetonii capite, ludos scenicos atque oratorum et Poëtarum certamina exhibebat Domitianus, quos pro meritis donabat querna corona.

7 *Hic colat ingenti*] Suetonius eodem cap. 4. ‘Fecit et ludos sæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed olim Augustus ediderat.’ *Ingenti lustrò* dixit Poëta, quia ab eo tempore quo sæculares ludos celebraverat Augustus, usque ad hos Domitiani ludos, centum anni, legitimum nempe sæcularium ludorum tempus, fuerant elapsi: alias lustrum simpliciter quinque annorum spatium continet; sæculum vero ingens lustrum forte appellaverit, quod quinquies vicenos annos complecteretur.

8 *Sacra Terentus habet*] De Terento lib. i. Epig. 70. Locus erat ubi Diti sacra fiebant in Campo Martio. Valerius Maximus lib. ii. cap. 1. describit causam propter quam instituti sunt ludi sæculares.

9 *Sed debita terris*] Vota enim nostra a Diis exaudiri debent, et probari, cum pro tanto Deo Domitiano nempe suscipiantur.

10 *Improba*] Hoc est, nimia, injusta.

II.

DE HORATIO.

SPECTABAT modo solus inter omnes
 Nigris munus Horatius lacernis,
 Cum plebs, et minor ordo, maximusque
 Sancto cum duce candidus sederet.
 Toto nix cecidit repente cœlo:
 Albis spectat Horatius lacernis.

5

Unus Horatius inter omnes pullis lacernis modo aderat spectaculo, cum plebs, et ordo minor, et maximus albus sederet cum Divo Imperatore. Subito nix delapsa est ex omni parte cœli. Horatius spectat candidis lacernis.

2 *Nigris mimus* Beverlandi Ms. *Oratius* in edd. vett. et sic vs. 6.

NOTE

2 *Nigris munus*] Adesse spectaculis non licebat nisi iis qui veste alba induti essent; sed Domitiani tempore usus invaluerat, ut indecenter quidem, sed tamen ludos impune spectarent atrati. Vide lib. xiv. Epig. 137.

3 *Minor ordo*] Equestris nempe,

maximus vero Senatorius.

4 *Sancto cum duce*] Domitiano, quem sanctum vocat, vel quod summum Magistratum gereret, qui sanctus erat, vel quia Deum se prædicabat.

6 *Albis spectat*] Horatium irridet, quem et nix decidens dealbavit.

III.

DE NIVIBUS.

ASPICE quam densum tacitarum vellus aquarum
 Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus.

Aspice quam spissum aquarum vellus sine strepitu decidat in faciem et gremium

1 Barthius ad Gratian. Cynege. 77. legit *densum nivearum vellus aquarum*: sed hic forte memoriæ lapsus. Eleganter dicit nives 'aquas tacitas'; quia decedentes non audiuntur, ut imber vel grando. Quin ipse hunc errorem corrigit ad Calpurn. Ecl. ii. 7.—2 Idem Barth. ad eundem Gratiani locum conj. *Depluat in vultus*. 'Depluo' et 'defluo' sæpissime permutantur. Vide Heins. ad Ovid. Met. i. 578. Burn. ad Propert. ii. 20. 7. Drakenb. ad Sil. Ital. xii. 53. Obs. Misc. Tom. viii. p. 268. et nos ad Tibull. i. 10. 68. ubi inter

NOTÆ

1 *Tacitarum vellus*] Periphrasis nivium, quæ veluti lanarum vellera

cadunt sine ullo strepitu, unde nives vocat aquas tacitas.

Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto
 Concretas pigro frigore ridet aquas,
 Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ,
 Et madidis Helicen dissimulare comis.
 Qui siccis lascivit aquis, et ab æthere ludit,
 Suspisor has pueri Cæsaris esse nives.

5

Cæsaris. Nihilominus ille fert Jovem ningenem, et capite immoto deridet aquas conflatus signi frigore, assuetus defatigare sidus Bootæ septentrionalis, et capillis humidis spernere Helicen. Opinor has esse nives filii Cæsaris, qui lascivit siccis aquis, et jocatur e calo.

se commutantur verba 'perfluo,' 'præfluo,' 'profluo,' 'perpluo,' &c.—4 Heraldus hunc locum mendosum esse suspicatur, et legit vel *reicit* pro 'rejecit,' vel, *ne vertice moto Concretas pigro frigore tardet aquas.* Faruabius retinet *ridet*, et exponit 'non curat,' ut infra Epig. 19. vs. 11.—7 *Quis siccis* legit Heraldus, interrogatorie.

NOTE

3 *Indulget tamen*] Non recessit Domitianus; sed sub Jove, id est, aëre, permansit.

4 *Concretas pigro*] Hoc est, nivem contemnit, quam affirmat Plinius lib. II. cap. 60. 'Grandinem congelato imbri gigni, et nivem eodem humore mollius coacto,' &c.

5 *Sidus Hyperborei*] Domitianus enim adhuc juvenis in Germanos bellum suscepit, atque illic frigus Bootæ, seu Arctophylacis, patienter tulit. Suetonius in Domitiano cap. 2.

6 *Et madidis Helicen*] Id est, toleravit imbres Septemtrionis. Helice

vero est Ursa major.

7 *Siccis aquis*] Nivem lepide appellat aquam siccam, id est, ex aquis concretam.

8 *Pueri Cæsaris*] Ne Jove irato decidisse nix videretur, assentatorie innuit Poëta filium Domitiani, quem ex Domitia uxore susceptum adhuc infantem amisit, esse in Deorum numero, et cum Domitiano patre, velut cum Deo, jocari. Heraldus versum penultimum sic legit per interrogationem: *Quis siccis lascivit aquis, et ab æthere ludit?*

IV.

IN BASSAM.

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
 Crudarum nebulae quod Albularum,

Quod spirat palus lacuna exhausta, quod nebula crudarum Albularum, quod vetus

NOTE

1 *Quod siccæ*] Siccata lacuna gravem emittit fetorem.

2 *Crudarum nebulae*] De Albula jam dictum lib. I. Epig. 13. ubi nebulae ob

sulphur male olent. *Crudarum* dixit, quod solis radiis non bene concocti essent illi vapores.

Piscinæ vetus aura quod marinæ,
 Quod pressa piger hircus in capella,
 Lassi bardaicus quod evocati, 5
 Quod bis murice vellus inquinatum,
 Quod jejunia sabbatariorum,
 Mœstorum quod anhelitus reorum,
 Quod spurcæ moriens lucerna Ledæ,
 Quod ceromata fæce de Sabina, 10
 Quod vulpis fuga, viperæ cubile,
 Mallem, quam quod oles, olere Bassa.

flatus piscinæ maritimæ, quod hircus lente comprimens capellam, quod bardiacus evocati defatigati, quod lana bis tincta murice, quod jejunia Judæorum, quod respiratio tristitum sordium, quod moriens lucerna sordida Ledæ, quod ceromata ex fæce Sabina, quod fuga vulpis, latibulum viperæ, hoc ipsum, o Bassa, malles spirare, quam quod spiras.

5 *Lassi bardiaci os, quod evocati* Ferrar. Ald. et Junt. *Lassi bardiacos, quod evocati* Colin. an. 1528. *Lassi bardaici os, quod exoleti* Beverlandi Ms. quæ lectio debetur Turnebo. *Lazi bardiacus quod evocati* legunt alii.—9 *Heraldus pro Ledæ legit tedæ.*—12 *Malles* Ald. Junt. Colin. &c. sed minus recte.

NOTÆ

3 *Piscinæ vetus aura*] Id est, quod vetus piscina redolet in qua sunt aquæ marinæ.

5 *Bardaicus*] Genus est vestis sordidæ, qua induebantur milites; illa autem male olebat propter sudorem et squalorem illorum: evocati autem milites erant ii, qui expletis stipendiis, ducis vel mercedis gratia iterum stipendia merebant: lassi vero dixit ob longam militiam, et provectam ætatem; unde fœtor bardaici major erat. Georgius legit, *Lassi bardaici os quod advocati*. Bardaicus autem, inquit, erat advocatus, qui post peroratas diutius causas gravem emittebat halitum. Illius meminit Juvenalis Sat. xvi. 18. 'Bardiacus iudex datur hæc pnnire volenti.'

6 *Bis murice*] Lib. i. Epig. 50. 'Olivæque vestes murice.'

7 *Jejunia sabbatariorum*] Diem sabbati religiose colunt Judæi; ob jejunium vero halitus graviter olet.

8 *Mœstorum quod*] Curis enim et anxietatibus stomachi calor dissipatur, unde ex mala concoctione male olent rei.

9 *Lucernæ Ledæ*] Quam posuit pro quavis meretrice prostante ad lucernas. Juvenalis Sat. vi. 132. de Messalina: 'Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ, Fœdalupanaris tulit ad pulvinar odorem.'

10 *Quod ceromata*] Unguenta nempe ex luto et oleo: oleum porro Sabinum male olebat.

11 *Quod vulpis fuga*] Vulpis canes fugiens fœtidum effundit lotium.

12 *Mallem* [*Malles*] Alii *Mallem*. Bassa quippe ab oris impuritate terribilissimam spirabat animam.

V.

AD FABIANUM.

VIR bonus et pauper, linguaque et pectore verus,

Quid tibi vis, urbem qui, Fabiane, petis?

Qui nec leno potes, nec comissator haberi,

Nec pavidos tristi voce citare reos:

Nec potes uxorem cari corrumpere amici: 5

Nec potes argentes arrigere ad vetulas:

Vendere nec vanos circa Pallatia fumos:

Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Unde miser vives? homo fidus, certus amicus.

Hoc nihil est: nunquam sic Philomelus eris. 10

O Fabiane, quæ tua est mens, qui vir probus, et egenus, lingua et corda verus, proficisceris Romam? qui nequis esse leno, nec comessator, nec mæsta voce vocare in jus fontes timidos: nec vales corrumpere conjugem dilecti amici: nec vales . . . ad frigidus anus: nec vendere inanes fumos circa palatia: nec plaudere Cano nec Glaphyro. O infelix, qua ratione vives tu, homo fidelis, amicus certus? Id nihil prodest: hoc modo nunquam fies Philomelus.

1 *Vir vagus et pauper Pulmannus.*—4 *Nec pavidos stricta idem Pulmannus.*—7 *Alii legunt: vanos circum Pallatia fumos.*—8 *Plaudere nec plano codex Thuan. Plaudere nec Plano Vat. Plaudere nec Canio Pulmann.*—10 *Philomelus Beverlandi Ms.*

NOTÆ

1 *Linguaque*] Verba enim cum mente boni viri consentiunt. Hic Romanorum mores eo modo Martialis carpit, quo Juvenalis Sat. III. 'Quid Romæ faciam? Mentiri neacio:' et fuisse Petronius Romam sub nomine Crotonæ describit: 'Sed quoscunque homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos: nam aut captant, aut captantur.'

3 *Nec comissator* [*comessator*] Alii *comissator*: is nempe est qui esui et potni præter statuta tempora indulget.

4 *Nec pavidos*] Quod præconis erat officium, et quidem quæstuosum, ut patet ex lib. VI. Epig. 8.

7 *Vendere nec vanos*] Ut solent Au-

lici, qui commendationis officia mentiti, Principis gratiam accepto pretio vendunt.

8 *Plaudere nec Cano*] Qui celebris fuit choraules tempore Galbæ, ut patet ex Suetonio in Galba. Glaphyrus vero citharædus. Juvenalis Sat. VI. 'Accipis uxorem, de qua citharædus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules.' Citharædi et tibicines Martialis tempore summo erant in pretio. Lib. III. Epig. 4.

10 *Hoc nihil est*] Honestie enim artibus locus non erat Romæ.

Philomelus] Hoc est, nunquam fies dives: Philomelus quippe cithara dives factus erat. Lib. III. Epig. 31.

VI.

IN MALISIANUM.

CREDI virgine castior pudica;
 Et frontis teneræ cupis videri,
 Cum sis improbius, Malisiane,
 Quam qui compositos metro Tibulli,
 In Stellæ recitat domo libellos.

5

O Massiliene, vis purior haberi puella casta, et præferre speciem vultus modesti; cum nequior sis, quam qui in ædibus Stellæ recitat libros scriptos metro Tibulli.

In Massilianum in edd. vett. In Macilianum inscribitur in cod. Pulmanni.—
 3 Maciliane citat Heraldus: Malisiane Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 Frontis teneræ] Hoc est, modestam Elegiarum recitatorem intelligit.
 tæ, qualem habent infantes. Metro Tibulli] Lascivas quippe Elegias scripsit Tibullus.

4 Quam qui] Effeminatam quædam scripsit Tibullus.

VII.

AD HYLLUM.*

CUR here quod dederas, hodie, puer Hylle, negasti?
 Durus tam subito, qui modo mitis eras?
 Sed jam causaris barbamque, annosque, pilosque:
 O nox quam longa es, quæ facis una senem!
 Quid nos derides? here qui puer, Hylle, fuisti,
 Dic nobis, hodie qua ratione vir es?

5

Ad Hyllum inscribitur in edd. vett.—6 Ant. de Rooy hunc versum ita depungendum putat: Dic, nobis hodie qua ratione vir es? Cf. infra Epig. 42. 'Et timeat pueros,' &c.

NOTÆ

* Accusat Hyllum puerum inconstantie, qui quod uno die dederat, sequenti negavit; causabatur annos barbamque, quæ emeritum jam facere debebant eum. Hoc factum esse una nocte ridet Poëta. Ramires.

1 Here] Heri. Lib. i. Epig. 44. vs. 1.

Quod dederas, &c.] Tui copiam.

3 Barbamque, annosque, pilosque] Quæ te emeritum reddiderint.

5 Puer, &c.] Patiendo.

Vir es] Faciendo, ut Epig. 42. infra.

VIII.

AD RUPHEMUM.

PRIMA salutantes atque altera continet hora;

Exercet raucos tertia causicricos.

In quintam varios extendit Roma labores.

Sexta quies lassis, septima finis erit.

Sufficit in nonam nitidis octava palæstris;

5

Imperat exstructos frangere nona toros.

Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum;

Temperat ambrosias cum tua cura dapes;

Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar,

Ingentique tenet pocula parca manu.

: 10

Prima et secunda hora exercet salutantes, tertia occupat raucos causicricos. Roma vacat diversis operibus in quintam usque: sexta quiescunt defatigati: septima cessant ab opere: nitidi palastris exercentur ab octava ad nonam; nona jubet frangere lectos paratos. O Eupheme, hora decima apta est meis libris, cum tua cura moderatur divinas epulas, et bonus Cæsar exhilaratur celesti nectare, et

1 Pulmannus: atque altera distinet hora: alii, conterit hora.—6 Pro exstructos alii legunt *excelesos*. Juntina nostra in margine exhibet: Imperat *excelesos* *scandere nona toros*. Sic 'scande cubile' ap. Propert. iv. 4. 90. Forte: *excelesos sternere nona toros*; sic enim loquuntur Ovid. Met. vi. 431. viii. 658. ad Liv. 316. Amor. ii. 11. 47. Fast. ii. 337. Juvenal. vi. 5. x. 335. Noster iii. 93. 24. viii. 67. 6. alii. Vide quæ annotavimus ad lib. ii. Epig. 59.—7 Eupheme Beverlandi Ms.—9 In eodem: *lassatur nectare Cæsar*. De hac permutatione vide Burm. ad Propert. ii. 15. 7. et iv. 4. 64.—10 Pulmanni vet. cod. pocula *larga manu*; quod omnino rejiciendum putat Ramires.—11 Beverlandi Ms.

NOTE

1 *Prima salutantes*] Describit Poëta quid singulis diei horis Romæ fieret; de quibus jam dictum est Epig. 96. lib. iii.

Continet] Alii *conterit*. Alii melius *distinet*.

4 *Sexta quies lassis*] Circa sextam paululum quiescebant Romani: hora vero septima omnino ab opere desistebant.

6 *Imperat exstructos*] Id est, mensæ accumbere.

Frangere toros] Hoc est, lectos *Delph. et Var. Clas.*

disturbare, quibus cœnando accumbent veteres.

7 *Hora libellorum*] Inter pocula versus legere moris erat: Euphemus vero structor mensarius Imperatoris fuisse videtur.

8 *Temperat ambrosias*] Hoc est, divinas. Domitianus enim Deum se appellari jubebat, atque ita ambrosiæ Deorum dapes ipsi conveniebant.

10 *Pocula parca*] Domitiano assentatur, quem parce bibere innuit.

Martial.

T

Tunc admitte jocos: gressu timet ire licenti

Ad matutinum nostra Thalia Jovem.

magna manu tenet pocula modica. Tunc intromitte ludos: nostra Thalia metuit jocosu incessu convenire matutinum Jovem.

gressu metire licebit. Pulmanni codex: gressum metire licebit: alii, gressu metire licenti: alii, licenter.

NOTE

11 Tunc admitte] Hoc est, libres jocari non audet, quippe qui tunc meos Domitiano offer. rebus seriis occupetur. Vide lib. x.

Gressu timet] Festiva mea Masa Epig. 19.
matutino tempore coram Domitiano

IX.

IN FABULLAM.

SOTÆ filia clinici, Fabulla,
Deserto sequeris Clitum marito,
Et donas, et amas, ἔχῃς ἀσώτως.

O Fabulla filia Sotæ clinici, viro derelicto sequeris Clitum, et das, et ardes, perdit te geris.

In Labullam lemma est in Ald. an. 1601. Junt. 1612. Collin. 1628. aliis.—1 Labulla in iisdem.—3 Hic versus corrupte legitur in Jantina: Græca verba, ut semper, omisit Colin. Codex Vaticanus sic habet: Et donas, et amas, εὐχισσας εὐχισσας.

NOTE

3 ἔχῃς ἀσώτως] In hac voce ludit Poëta, cum dicit Fabullam esse filiam clinici Sotæ, id est, medici qui aliis salutem restitueret: σάξω enim servo: illam tamen perdit se habere, cum bona omnia effunderet, et luxuriose viveret. Sotæ es filia, inquit, et asota

es, hoc est, prodiga et luxuriosa. De medico clinico dictum lib. I. Epig. 31. Aristoteles lib. rv. ad Nicomachum cap. 1. Ἄσωτος γὰρ ὁ δὲ αὐτὸν ἀπολλύ-
περος: Asotus enim est qui se ipsum perdit.

X.

AD FAUSTINUM.

DUM novus est, neque adhuc rasa mihi fronte libellus,
Pagina dum tangi non bene sicca timet:

Dum meus liber recens est, necdum fronte rasa, dum pagina non bene sicca metuit

1 Dum novus est, et adhuc non rasa fronte Pulmanni vetus codex et Bever-

I puer, et caro perfer leve munus amico,
 Qui meruit nugas primus habere meas.
 Curre, sed instructus; comitetur Punica librum
 Spongia: muneribus convenit illa meis.
 Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
 Emendare jocos: una litura potest.

5

attractari: o serve, proficisci, et deporta tenue donum ad dilectum amicum, qui dignus est ut ipsi primo offerantur mea ineptia. Propera, at munitus: Punica spongia comitetur libellum; illa apta est meis donis. O Faustine, plures lituræ nequeunt corrigere nostros libros: una litura potest.

landi Ms.—5 *Curre, sed instructum comitetur pumice librum Spongia* correxit Junius, cum omnes codd. et edd. vett. nostram exhibuerint lectionem. *pumica* pro *Punica* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Neque adhuc rari*] De his quæ ad librorum ornamenta pertinerent, dictam est lib. i. Epig. 67.

5 *Comitetur Punica*] Spongia optimi generis, cujusmodi sunt spongiæ Africanæ, de quibus Plinius lib. ix. cap. 45. ut deleantur mea carmina. Alii legunt: *Curre, sed instructum comitetur pumice librum Spongia*: quæ lectio minus probatur: etenim si liber nondum erat pumice æquatus, ut ait primo ver-

su, pumice instructus non erat. Lib. viii. Epig. 72. Lib. i. Epig. 67. 'Sed pumicata fronte si quis est nondum.' Alii sic hanc lectionem interpretantur, ut vel probatus pumice potiat, vel damnatus spongia deleatur.

8 *Una litura potest*] Quæ scilicet omnia mea carmina, utpote prorsus mala, deleat. Sic modeste deprimit se Poëta.

XI.

IN ANT. SATURNINUM.

DUM nimium vano tumefactus nomine gaudes,
 Et Saturninum te, miser, esse pudet:
 Impia Parrhasia movisti bella sub ursa,
 Qualia qui Pharise conjugis arma tulit.

Dum, o infelix, nimis inflatus vano nomine lætaris, et erubescis esse Saturninus: sub ursa Parrhasia suscepisti bella impia, qualia movit qui meruit sub uxore Ægypt-

NOTÆ

2 *Et Saturninum*] Hic vocabatur Lucius Antonius, cognomento Saturninus, Germaniæ superioris Præses: nolebat autem Saturninus appellari, sed Antonius: nam debebat eum esse

tantum Germaniæ Præsidem, sed exemplo Antonii imperium orbis affectabat. De illo agit Suetonius in Domitiano cap. 6.

Excideratne adeo fatum tibi nominis hujus, 5
 Obruit Actiaci quod gravis ira freti?
 An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi
 Nilus, et Arctoï plus licuisset aquis?
 Ille etiam nostris Antonius occidit armis,
 Qui tibi collatus, perfide, Cæsar erat. 10

tia. Itane eras oblitus futum illius nominis, quod oppressum est acerba ira freti Actiaci? Rhenuſne tibi pollicitus est, quod illi non concessit Nilus, majorque potestas data esset fluminibus Septemtrionis? Ille quoque Antonius cecidit nostris armis, qui tecum comparatus, o perfidiose, erat Cæsar.

7 *An ibi promisit Junt.*—9 *Pro Ille etiam*, Gruterus mallet, si liceret per membranaceos, *Ille tamen*.

NOTE

3 *Parrhasia sub urſa*] Hoc est, in Septemtrione: urſa Parrhasia dicitur a Parrhasia Arcadiæ urbe, ex qua nata erat Callisto, a Jove amata, et in urſam commutata.

4 *Pharia conjugis*] Cleopatrarum, cujus et Antonii mariti nota est historia.

6 *Obruit Actiaci*] Ad Actium Epiri

promontorium ab Augusto victus est Antonius.

Ira freti] Per Metonymiam posuit pro ira Cæsaris Augusti.

7 *An tibi*] Sensus est: Si Ægyptus provincia ditissima Antonio vires suppeditare nequivit, quas tibi copias subministrabit superior Germania?

XII.

IN THAIDEM.

NULLI, Thai, negas: sed si te non pudet istud,
 Hoc saltem pudeat, Thai, negare nihil.

O Thai, nemini recusas: sed si in ea re non erubescis, in hac saltem erubescas, o Thai, recusare nihil.

Hujus Epigrammatis lectio non variat in libris manuscriptis aut prelo excusis.

NOTE

2 *Negare nihil*] Lib. XII. Epig. 72. et 81. et Lib. XI. Epig. 50. in fine.

XIII.

AD RUFUM, DE NUPTIIS PUDENTIS ET CLAUDIÆ PEREGRINÆ.

CLAUDIA, Rufe, meo nubit Peregrina Pudenti:
 Macte esto tædis, o Hymenæe, tuis.

O Rufe, Pudens meus uxorem duxit Claudiam Peregrinam: O Hymenæe, macte

Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
 Massica Theseis tam bene vina favis.
 Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi, 5
 Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.
 Candida perpetuo reside, Concordia, lecto,
 'Tamque pari semper sit Venus æqua jugo.
 Diligat illa senem quondam : sed et ipsa marito,
 Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus. 10.

esto tuis tædis. Tam bene infrequentia cinnama confunduntur suo nardo, tam bene vina Massica favis Atticis. Nec ulmi aptius copulantur teneris vitibus, nec rivuli lotos, nec littora gratiora sunt myrto. O Concordia, remane benigna æterno thalamo, et Venus faveat semper copulationi tam æquali. Illa quondam amet senem : at illa quoque senium adepta tunc vetula non compareat marito.

De nuptiis Pudentis et Claudie est lemma in edd. vett.—1 *Claudia, Ruffe*, meo nupit Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *parenti pro Pudenti* in Beverlandi Ms.—7 *Candida perpetuo residet* Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—9 *Diligat ipso* in iisdem : *illa* codex Palmanni et Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Pudenti*] De quo jam lib. i. Epig. 32. de Claudia nihil reperi.

2 *Macte esto*] Mactus idem est ac auctus, et in vocativo ut plurimum ponitur, ut 'macte virtute.'

4 *Massica Theseis*] Ex melle et vino malsum conficiebatur, potio videlicet antiquis gratissima: favos Theseos dicit pro Atticis, quia Theseus regnavit in Attica. Significat

Poëta tam dulces fore nuptias Claudie et Pudentis, quam malsum.

6 *Nec plus lotos*] Arbor notissima ex Homero Odyss. lib. ix. et Plinius describit loton lib. xiii. cap. 17. est etiam lotos herba in palæstrium genere ibidem.

7 *Concordia*] Deam intellige Concordiam, cui templum erexit Vespasianus.

XIV.

AD SILIUM.

SILI, Castalidum decus sororum,
 Qui perjuria barbari furoris

O Sili, ornamentum sororum Castalidum, qui verbis magnificis urges perjuriam

NOTÆ

1 *Sili, Castalidum*] Silium Italicum intellige poëtam satis notum. Musæ dicuntur Castalides a virgine Castalia, quæ Apollinem fugiens ad radices Parnassi in fontem a se

Castalinum dictum, et Musis sacrum, versa est.

2 *Qui perjuriam*] De bello Punico secundo poëma scripsit Silius: initio primi libri sic habet: 'ter Marte si-

Ingenti premis ore, perfidosque
 Fastus Hannibalis, levesque Poenos
 Magnis cedere cogis Africanis: 5
 Paulum seposita severitate,
 Dum blanda vagus alea December
 Incertis sonat hinc et hinc fritillis,
 Et ludit Popa nequiore talo,
 Nostris otia commoda Camoenis. 10

furoris barbari, atque adigis perjuram superbiam Hannibalis, atque inconstantes Peneos dedere se magnis Africanis: remota paulisper severitate, fac audientiam nostris Musis, dum levi alea December solutus hinc et inde strepit dubiis fritillis, et

4 *Fastus Annibalis* Ald. Junt. Colin. Junian. Lang. Delph. &c. *sevosque Peneos* Beverlandi Ms.—6 *Paulum deposita* in quibusdam vett.—8 *Beverlandi Ms. hinc et inde*.—9 *Et ludit rota* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. 1501. Junt. Colin. Gryph. Ald. 1550. Plant. &c. *Popa* Scriverius e codd. restituit, cui velificatur codex Bodleianus, pompa a librario perperam scripto pro *Popa*.

NOTÆ

nistro Juratumque Jovi fœdus, conventaque patrum Sidonii fregere duces.

5 *Magnis cedere*] Scipio enim Major, Africanus cognominatus, vicit superbum Hannibalem, et Carthaginenses coëgit pacem a Romanis petere: fuit et alter Scipio ob eversam Numantiam dictus Numantinus, qui Carthagine funditus deleta, Africanus minor dictus est: quas res gestas cum caneret Silius, poetica Metonymia dicit Martialis fieri a Silio id quod canit factum. Sic Horat. i. Sat. ultima. 'Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.'

7 *December*] Quo mense talis potissimum ludebant Romani.

8 *Incertis sonat*] De fritillis, turriculis, talis, et tesseri copiose dicemus lib. xiv. tamen per transcursum notandum talum eum esse apud Latinos, quem Græci vocant Astragalum. Plinius l. xxxiv. ubi Polycleleti meminit, 'Fecit,' inquit, 'et distingentem se et nudum telo incessentem, duosque pueros item nudos talia ludentes: qui vocantur Astragalizontes.' Alia

pleraque, ut hoc probet, testimonia adducit Calcagninus de talorum ludo. Ad summoveandas vero aleatorum fraudes, qui subdola manu uti callent, in pyrge, seu turricula, sive pyxidem mavis appellare, repositi tali sicut et tesserae promebantur in abacum. Horatius ii. Sat. 7. 'qui pro se tolleret atque Mitteret in pyrgum tales.' Tesseri quoque ludentes turricula utebantur. Turnebus lib. xxvii. cap. 2. Turriculam et fritillum distinxit Suidas: idem tamen videtur, cum scribit Martialis de turricula lib. xiv. Epig. 16. Seneca de ludo Claudii: 'Nam quoties missurus erat resonante fritillo Utraque subducto fugebat tessera fundo.'

9 *Et ludit Popa [rota]*] Locus hic perobscurus mihi videtur: Raderus intelligit ipsum fritillum dici rotam, quia rotundus fritillus velut turricula, ex qua intus gradatim aspera tali excutiebantur: quare autem dicat, *nequiore talo*, non mihi compertum est, nisi forte, quod tali pruriginem libidinis excitent, ut docet Junius Animadvers. lib. iv. cap. 12. et lib. ii.

Nec torva lege fronte, sed remissa
 Lascivis madidos jocis libellos.
 Sic forsan tener ausus est Catullus
 Magno mittere passerem Maroni.

rota ludit nequiore talo. Nec severo, sed leni vultu evolvit libros perfusos lascivis salibus. Hoc fortasse modo tener Catullus ausus est mittere passerem magno Virgilio.

Qui rota legunt interpretantur, aleatorum circumstantium corona.—13 Nonnulli legunt: *ausus et Catullus*, probante Musambertio.

NOTE

cap. 4. quod talis luanum est pro fœminis. Ramiresius hunc versum a nemine intellectum, ut ait, intelligere se putat hoc sensum. Rotam accipit pro corona aleatorum, quam sic vocat Marthialis a similitudine rotarum: sedebant enim aleatores in orbibus quos cingebant omnes circum. *Nequiore talo*, hoc est, talis manu jactis sine fritillo, in quo jactu manus improba compositiones et nequitias

patrare potest; ita ut aleatores alii, ut in versu præcedenti, fritillis uterentur, alii manu luderent, lib. XIV. Epig. 16. Judicet lector.

13 *Ausus est Catullus*] *Ætate* Virgilium præcessit Catullus, cujus Carm. III. est de passere mortuo Lesbium; sed hoc fingit Poëta, ut se cum Catullo æquiparet, Silium autem cum Virgilio, quem diligenter imitatus est, conferat: lib. XI. Epig. 51.

XV.

AD CÆCILIANUM.

MILLE tibi nummos hesterna luce roganti,
 In sex aut septem, Cæciliane, dies,
 Non habeo, dixi: sed tu causatus amici
 Adventum, lancem paucaque vasa rogas.
 Stultus es? an stultum me credis, amice? negavi 5
 Mille tibi pummos: millia quinque dabo?

O Cæciliane, hesterna nocte respondi tibi petenti mille nummos in sex aut septem dies, Non habeo: at tu preterens adventum amici petis lancem et pauca vasa. Demens es, o amice? an existimas me dementem? tibi recusavi mille nummos, an donabo quinque millia?

1 In edd. vett. *hesterna nocte*. Pulmanni et Beverlaudi Ma. *hesterna luce*, quod habent etiam Gruteri et Cagnerii vett. codd.—4 Beverlandus legit, *pandaque vasa*, ut ap. Virg. Georg. II. 'Lancibus et pandis fumantia condimus exta.' Lanx, *μαζωτόπος*, in Gloss.

NOTE

6 *Millia quinque dabo*] Cæcilianum quendam irridet Poëta argumento a minori ad majus: Si tibi, inquit, negavi mille nummos, non sum tibi

commodaturus vasa emta quinque nummorum millibus, quæ nusquam mihi redderes.

XVI.

IN GALLUM.

PRIVIGNUM non esse tuæ te, Galle, novercæ

Rumor erat, conjux dum fuit illa patris.

Non tamen hoc poterat vivo genitore probari.

Jam nusquam pater est, Galle; noverca domi est.

Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris,

5

Et te defendat Regulus ipse licet;

Non potes absolvi: nam quæ non desinit esse

Post patrem, nunquam, Galle, noverca fuit.

O Galle, sermo increbuerat te non esse privignum tuæ novercæ, dum illa fuit uxor genitoris. Nihilominus vivente patre id probari nequibat. O Galle, nunc pater discessit e vita; noverca moratur in ædibus tuis. Quamvis magnus Tullius reducatur ab umbris Tartareis, et Regulus ipse te tueatur, liberari nequis: etenim o Galle, quæ post patrem mortuum, non cessat esse noverca, nunquam fuit.

7 Non potes absolvi ed. Junt. an. 1612.

NOTE

1 *Privignum non esse*] Vivo patre Gallus quidam se cum noverca minus honeste gerebat, quam privignum deceret.

4 *Noverca domi est*] Ex eo quod, præter privignorum morem, mortuo

patre domi novercam retineat Gallus, illi jampridem turpe cum ea falsæ commercium colligit Poëta.

5 *Revocetur*] Regulum, de quo lib. 1. Epig. 18. in causis dicendis Ciceroni assentatorie æquiparare videtur.

XVII.

AD PAULUM.

FACERE in Lyciscam, Paule, me jubes versus,

Quibus illa lectis rubeat, et sit irata.

O Paule, malus es: irrumare vis solus.

O Paule, vis me scribere carmina in Lyciscam, quibus lectis illa erubescat, et succenseat. O Paule, nequam es: vis solus

2 In eadem Junt. margini ascriptum est: 'rubeat et sit irata vetus codex.'

NOTE

1 *In Lyciscam*] Meretricem quam urbane carpit Poëta, cum de Paulo conqueri videatur. Lyciscæ meminit

Juvenalis Sat. vi. 'Prostitit anratis titulum mentita Lyciscæ.'

XVIII.

DE PUERO STILLICIDIO JUGULATO.

QUA vicina pluit Vipsanis porta columnis,
 Et madet assiduo lubricus imbre lapis,
 In jugulum pueri, qui roscida tecta subibat,
 Decidit hyberno prægravis unda gelu:
 Cumque peregisset miseri crudelia fata,
 Tabuit in calido vulnere mucro tener.
 Quid non sæva sibi voluit Fortuna licere?
 Aut ubi mors non est, si jugulatis, aquæ?

5

Qua pluit porta finitima columnis Vipsanis, et lapis lubricus perfunditur pluvia continua, aqua prægravis hyemali glacie cecidit in guttur pueri, qui ingrediebatur templa madida. Et cum gladius infelici attulisset acerbam mortem, mollis liquefactus est in plaga calida. Quid non sibi permissum esse voluit crudelis fortuna? aut ubi letum non est, si jugulatis, o aquæ?

De Puero glacie occiso lemma est in Ald. Junt. Colin. &c.—1 Vipsaniis legit Ant. de Rooy. Vide ad lib. I. Epig. 109.—3 Codd. Florent. et Vat. habent: qui roscida templa subibat; et sic legunt Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. &c.

NOTE

1 *Qua vicina pluit*] Capenam portam intellige, de qua jam sic locutus est lib. III. Epig. 47. De porticu Vipsana dictum lib. I. Epig. 109.

2 *Lubricus lapis*] Aream lapidibus stratam, seu pavimentum intellige, in quod aqua, quam imbrem dicit, ex

aqueductu portæ Capenæ assidue defluebat.

4 *Prægravis unda gelu*] Elegans stiria periphrasis.

6 *Mucro tener*] Stiria enim non secus ac mucro puerum jugulavit.

XIX.

DE ENDROMIDE.

HANC tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
 Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,

Crassam hanc alumnam textricis Sequanicæ munus ad te mittimus externam en-

De Andromide in edd. vett. Ad Sequanicum Beverlandi Ms.—4 Andromeda

NOTE

Hanc tibi] Endromis vestis erat textricis Sequanicæ, quia fuerat con-

hirsuta, quam vocat Poëta 'alumnam

fecta a muliere in provincia Galliæ

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri

Dona, peregrinam mittimus endromida :

Seu lentum ceroma teris, tepidumve trigona,

5

Sive harpasta manu pulverulenta rapis ;

Plumea seu laxi partiris pondera follis ;

Sive levem cursu vincere quæris Atham :

dromida, cui barbara nomen est Lacedæmonium : squalida est, at non contemnenda frigido Decembri. Sive teris molle ceroma, aut trigona tepidum, seu manu arripis pulverulenta harpasta : seu partiris plumea pondera magni follis : seu cupis supe-

in codice Vat. *Endromiden* Junt. et Colin. *Endromeda* cod. Florent.—5 Beverlandi Ms. *tepidumve trigona*.—8 Pulmanni codex habet: *forsan vincere quæris Atham*. Hermolaus Barbarus Castigat. lib. vii. pro *Atham* legit

NOTE

quam vocant hodie *Frêche-Comté*: licet autem barbara, id est, Sequanica esset, tamen Græcum nomen retinebat: eam enim invenerunt Lacedæmones, atque ea usi sunt ἐν τῇ ὁδοῦ, id est, in cursu, unde dicta endromis, ne sudantes post curam repentino frigore corripentur.

5 *Seu lentum ceroma*] Ceromate, id est, unguento ex oleo et pulvere,uncti palæstritæ certabant, quod corpori astrictum variis motibus terebatur.

Tepidumve trigona] Ut hic locus intelligatur, breviter aliquid dicendum de pilæ genere, et ludo: quatuor ergo fuerunt pilæ genera, quibus ludebant antiqui, follis scilicet, trigonalis, paganica, et harpastum. Follis erat pila magna ex aluta confecta, soloque vento repleta, quæ si major erat, brachiis impellebatur. Propertius lib. iii. 'Cum pila veloces fallit per brachia jactus.' Si minor, pugnis ejiciebatur, atque pugillaris follis vocabatur, ut apud Plantum in Rudente: 'follem pugillatorium faciam Extemplo hercle ego te.' Trigonalis pila, quæ parva erat, non triquetra figura, sed a loco ludentium. Stabant enim tres eo ordine,

ut trigonum seu triangulum efficerent. Vide lib. xii. Epig. 84. 'Tepidum' vero dicit, vel quod ludentes calefaceret, vel potius quod attritata pila ludentium et sudantium manu tepesceret. Paganica, quæ in pagis et gymnasiis quoque ludebatur, major trigone, folle vero minor, farciebatur pluma, lib. vii. Epig. 82. et lib. xiv. Epig. 45. 'Hæc quæ difficilis turget paganica pluma Folle minus laxa est, et minus arcta pila.' Postremum est harpastum a Græco verbo ἀρπάζω, rapio: pila erat omnium minima ex corio, quam alter ludens alteri rapiebat: in solo pulverulento antiqui ludebant harpasta, ut hic docet Poëta, et lib. vii. Epig. 32. Hæc ex Mercuriali de Arte Gymnastica lib. ii. cap. 5.

7 *Plumea seu laxi*] Hoc est, inquit Mercurialis, levis; follis enim vento inflatus levis est: paganica enim farciebatur pluma, ut diximus supra, quod de folle non constat: 'laxi' autem, hoc est, teste Radero, magni, lati, vel minime duri.

Partiris] Id est, metiris, et advertis motum follis plumei seu levis. Videat lector.

8 *Atham*] Puerum cursu velocem. Plinius lib. vii. cap. 20.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,

Neve gravis subita te premat Iris aqua.

10

Ridebis ventos hoc munere tectus et imbres :

Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

rare Atham cursu velocem: ne frigus penetrabile subeat membra humida, neve Iris fata repentina pluvia te opprimat. Hoc dono munus illudis ventis et pluvia. Non ita eris securus in Tyria sindone.

Atham: sed codd. Florent. et Vat. exhibent Atlan.—12 Idem Florent. pro sindone habet Sidone. Pulmanni codex: sindone cultus eris. Ramires de Prado, sindone nudus eris. Juntina nostra in margine, sindone tectus eris; sed tectus præcesserat.

NOTE

9 *Ne madidos*] Endromis enim defendit corpus a pluvia et frigore.

10 *Iris*] Nuntia est pluviae, pro qua sumitur.

12 *In Tyria sindone*] Quam Julius Pollux lib. vii. cap. 16. sic explicat: Σινδὼν, ἑστὴν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἐν αὐτῇ, τὸ τῶν δίκροσσαν καλούμενον: Σιν-

don quidem est Ægyptiacu; amiculum vero est, quod nunc utrimque fimbriatum vocant. Dicta autem est, ut opinatur Bayfius, quia primum in urbe Sidone hujusmodi amictus fieri cœpit. Ob id Tyria a Martiali dicta: erant enim vicinæ urbes Tyrus et Sidon.

XX.

DE CÆRELLIA ET GELLIA.

Dicit se vetulam, cum sit Cærellia puppa:

Puppam se dicit Gellia, cum sit anus.

Ferre nec hanc possis, possis, Coline, nec illam:

Altera ridicula est, altera putidula.

Cum Cærellia sit puella, prædicat se anum: Gellia se prædicat puellam, cum sit vetula. Nequeas, Coline, hanc tolerare, nec illum. Altera inepta est, altera putidula.

Hoc Epigramma superiori adjunctum legitur in editione Schrevel. an. 1670. in ejusdem ed. prima an. 1656. non item. Ad Collinum inscribitur in codice Thuaneo.—1 Beverlandi Ms. Cherellia puppa.

NOTE

1 *Altera ridicula*] Gellia nempe, lem gravitatem imitata omnibus erat cum modos omnes et puellæ gestus affectaret.

Altera putidula] Cærellia nempe ani-

fastidio, atque ab ea tanquam a re putida vultum quilibet avertibat.

XXI.

DE SELIO.

NULLOS esse Deos, inane cœlum
Affirmat Selius, probatque; quod se
Factum, dum negat hoc, videt beatum.

Selius asseverat nulla esse numina, cœlum commentitium, et probat; quod dum inficiatur hæc, cernit se evasisse divitem.

De Celio est lemma in Ald. Junt. Colin. &c. *De Segio* in codd. Florent. et Vat.

NOTÆ

1 *Inane cœlum*] Hoc est, Diis vacuum, vel rem commentitiam, ut interpretatus sum. sententiam vide apud Senecam libro, 'Quare bonis viris mala accidunt, cum sit providentia.'

3 *Videt beatum*] Multa in hanc

XXII.

DE CLEOPATRA.

PRIMOS passa toros, et adhuc placanda marito,
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus;
Dum fugit amplexus: sed prodidit nuda latentem,
Lucebat totis cum tegetetur aquis.
Condita sic puro numerantur lilia vitro: 5
Sic prohibet teneras gemma latere rosas.

Post primos congressus Cleopatra adhuc lenienda a viro se immerserat in lacus perlucidos; dum vitat amplexus: sed aqua putrefecit delitescentem: splendebat enim, cum occultaretur totis undis. Lilia reposita in nitido vitro ita numerantur: hoc modo gemma vetat delitescere teneras rosas. Irrui, atque undis immersus li-

De Cleopatra uxore inscribitur in Ald. Junt. Colin. &c. *De Cleopatra natatrice* in Beverlandi Ms.—1 Codd. Florent. et Vat. *nec adhuc placanda*.—2 *Merserat in liquidos* Ant. de Rooy. Vide Ovid. Met. III. 407. IV. 354. Epist. Heroid. xv. 157. Avian. Fab. II. 4. et Snakenb. ad Curt. III. 1.—5 *Candila*

NOTÆ

1 *Primos passa*] Cleopatra Martialis uxor, amissa virginitate, subit-rata marito in aquas se immersit, quam tamen secutus ille invitam deosculatus est.

6 *Gemma*] Lapidem pellucidum intellige vitri instar, quo rosæ in hortis tegebantur. Lib. VIII. Epig. 68. 'Condita perspicua vivit vindemia gemma.'

Insilui, mersusque vadis luctantia carpsi
 Basia: perspicuæ plus vetuistis aquæ.

bavi ocula resistentia. O undæ nitidæ, impediistis cetera.

sic puro Beverlandi Ms.—6 Pro teneras Scriverius legit tenuis.—8 Ocula codex Vaticanus.

XXIII.

AD THALIAM, DE BRUTIANO.

DUM tu lenta nimis, diuque quæris,
 Quis primus tibi, quisve sit secundus;
 Graium quisve Epigramma comparabit:
 Palmam Callimachus, Thalia, de se
 Facundo dedit ipse Brutiano.
 Qui si Cecropio satur lepore,
 Romanæ sale luserit Minervæ;
 Illi me facias, precor, secundum.

5

Dum tu, o Thalia, nimis cunctaris, et diu dubitas cui des primas, aut secundas; aut quis componet elegans Epigramma: ipse Callimachus detulit victoriam de se eloquenti Brutiano. Qui si fastidiens Atticam venustatem, jocusus fuerit urbanitate Romanæ Minervæ; rogo, mihi des secundas ab illo.

Ad Thaliæ lemma est in edd. vett.—8 Gratum quisve in iisdem: Gratumque codex Florent. comparavit Beverlandi Ms.—6 Qui sic Cecropio Beverlandi Ms. Qui si Cecropio Junt. an. 1512.—7 Romana scola cod. Florent.

NOTÆ

4 *Callimachus*] Poëta Cyrenæus præstantissimus, quem in antiquam dignitatem restitutum nuper in lucem edidit erudita Tanaquil Fabi filia; vixit temporibus Ptolemæi Philadelphi, quo familiariter usus est. Epigrammata, Hymnos, et Elegias Græce scripsit elegantissimas; a Brutiano tamen illum superari dicit

Martialis. Brutiani vero meminit Plinius Junior lib. vi. Epist. 22. Probitate et rerum gestarum gloria nobilis imperante Trajano floruit: ab illo autem secundus esse optat noster Poëta, si a Græcis versibus ad Latinos se contulerit.

Thalia] Una ex novem Musis, quæ jocis præest.

XXIV.

DE LYCORI, AD FABIANUM.

OMNES, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas
Extulit; uxori fiat amica meæ.

O Fabiane, Lycoris extulit omnes amicas quas habuit; ineat amicitiam cum mea conjugē.

Ad Fabianum lemma in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. Junian. Ad Fabianum de Lycori venefica in aliis.

NOTÆ

1 *Lycoris*] Quædam fuit meretrix venefica, quæ æmulas omnes veneno interficiebat.

Uxori] Ut ab ea quoque efferatur uxor mea.

2 *Extulit*] Verbum funeris pro-

XXV.

DE LITTORIBUS ALTINI ET AQUILEIA.

ÆMULA Baianis Altini littora villis,
Et Phaëthontei conscia sylva rogi;
Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupsit ad Euganeos sola puella lacus;

O littora Altini æmula Baianis villis, et nemus conscium mortis Phaëthontis: et tu, o virgo formosissima Dryadum, quam unicam ad Venetus paludes Patavinus

Ante hoc Epigramma multa ex lib. i. erant in codice Cagnerii: similis confusio est in Colin. et Junt. vide ad lib. i. Epig. 104. 105. *Ad Aquileiam* Pulmanni codex. *De littoribus Altini* inscribitur in edd. vett.—3 *Quemque* in liadem.—5 *Aquileia Tymanno* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Altini littora*] Altinum oppidum fuit amenissimum ad mare Adriaticum, ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄλτινον ἐν ἑλα παραλήσιον ἔχον τῇ ῥαυόντῃ τῇ θέσιν: Est et Altinum in palude, eodem quo Ravenna situ. Strabo lib. v. Plinius lib. iii. cap. 18.

2 *Et Phaëthontei conscia sylva*] Populos intelligit in quas Phaëthontis sorores miserum ejus casum deflentes ad Padi ripas fuerunt commutatæ.

Ovid. Met. ii. Plin. lib. iii. cap. 16.

3 *Quæque Antenoreo*] Antenor capta Troja fugit, atque ad Venetorum littus appulit, ubi Patavium condidit, hodie, *Padova*. Euganei, qui et Heneti, et postea Veneti, Italiæ populi ad mare Adriaticum, quorum regio hodie *Marca Trivisana* vocatur. Poëta autem fingit Dryadem, id est, nemoris Nympham, nupsisse Fauno qui præest agro Patavino.

Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo,

5

Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas;
Vos eritis nostræ portus requiesque senectæ,
Si juris fuerint otia nostra sui.

Femur duxit uxorem: et tu, o Aquileia, beata Timavo Ledæo, hic ubi Cyllarus bibit septenas undas: vos fletis perfugium et requies mea senectutis, si otia nostra assuerint in libertatem.

NOTE

5 *Ledæo Timavo*] Timavus, hodie Timauo, fons est in Foro Julii, hodie *le Frioul*, ex quo tanta scaturit aquarum copia, ut septem ostiis influat in mare. Virgilius *Æn.* i. novem ostia refert: 'fontem superare Timavi, Unde per ora novem,' &c. Ledæum

dixit, quia Castor Ledæ filius una cum Argonautis ad Timavum venit, in cujus septem ostiis Cyllarus ejus equus bibisse fingitur. Aquileia autem, *Aquilegia*, urbs Patriarch. Carnorum metropolis, &c.

XXVI.

AD POSTHUMUM.

QUOD te mane domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, Posthume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis; vicanos ter, puto, nummos.
Ignosces; togulam, Posthume, pluris emo.

O Posthume, placet proferam quantum amiserim, quod per annum integrum te mane non salutaverim in ædibus tuis? Opinor centum viginti nummos me perdisse. Veniam dabis, o Posthume, pluris mihi constat togula.

3 Codex Palmanni exhibet, *de nostris computo nummis.*

NOTE

3 *Vis dicam quantum*] Poëta avarum quendam Posthumum irridet, qui tenuissima clientibus mercede data coli volebat. Martialis ergo dicit, quod Posthumum non saluta-

verit, parvam fecisse se jacturam, centum nempe et viginti nummorum, cum togam pluris emeret. Legunt alii: *Tricenos puto bis de nostris computo nummis.*

XXVII.

AD CÆSAREM AUGUSTUM DOMITIANUM.

SÆPE meos laudare soles, Auguste, libellos.
Invidus ecce negat: non minus ergo soles.

O Auguste, consuevisti frequenter commendare meos libros: en invidus inficiatur:

Ad Augustum inscribitur in edd. vett.—2 Raderus reponendum putat cum

Quid, quod honorato non sola voce dedisti,

Non alius poterat quæ dare dona mihi ?

Ecce iterum nigros corrodit lividus unguis.

5

Da, Cæsar, tanto tu magis, ut doleat.

propterea non minus consuevisti. Quid vero, quod non verbis solis mihi laudato largitus es munera, quæ mihi largiri nequibat alius ? en rursus malevolus corrodit nigros unguis. Tu, Cæsar, largire tanto magis, ut marceat.

interrogatione: num minus ergo soles?—5 Codex Vat. *concorrit lividus unguis*; quod habent etiam Ald. Junt. et Colin.

NOTÆ

2 *Non minus ergo*] Hoc loco *ergo* significat propter hanc causam, idcirco. Sensus est: Licet invidus neget, non idcirco liberos nostri Poëtæ minus legebat Domitianus. Legunt alii per interrogationem, et forte melius: num minus ergo soles?

3 *Quid*] Hoc est, quid vero faciet invidus, &c.

4 *Non alius poterat*] De his muneribus dictum lib. II. Epig. 91. et 92.

6 *Da, Cæsar*] Urbanè aliquid sibi mendicat ab Imperatore.

XXVIII.

AD CHLOEN.

DONASTI tenero, Chloë, Luperco

Hispanas, Tyriasque, coccinasque,

Et lotam tepido togam Galeso,

Indos sardonychas, Scythas smaragdus,

Et centum dominos novæ monetæ,

5

Et quicquid petit usque et usque donas.

Væ glabraria, væ tibi misella :

Nudam te statuet tuus Lupercus.

O Chloë, molli Luperco dedisti Hispanas vestes, et Tyrias, et coccinas, et togam ablutam tepido Galeso, sardonichas Indos, smaragdus ex Scythia, et centum dominos novæ monetæ, et semper et semper largiris quicquid postulat. Væ glabraria, væ tibi misella ; tuus Lupercus denudabit te.

3. 4 Hi duo versus transpositi sunt in Ald. Junt. et Colin.—5 *Et centum numeros* in iisdem: nummos in aliis. Numus, (nummus) et numus, i.e. nummus, sæpissime permutata a librariis.—7 *Misella* Beverlandi Mæ.

NOTÆ

1 *Chloë*] Mulier libidinosa.

3 *Togam Galeso*] De hoc fluvio diximus lib. II. Epig. 43. 'Te Lacedæmonio velat toga lota Galeso.' Vestes quoque e lana Bætica summo erant in pretio.

5 *Et centum dominos*] Aureos nummos intelligo Domitiani effigie notatos. Alii legunt *numeros*.

7 *Glabraria*] Proprie dicitur ovis tonsa.

8 *Nudam te*] In Luperi nomine

NOTÆ

Indit Poeta: Luperci enim erant Sacerdotes ab Evandro instituti in honorem Panos; vel, ut alii volunt, a Romulo; qui Lupercales ludos celebrantes nudi per urbem discurrebant, fœminasque sibi obvias percutiebant:

quo ictu fœcundæ fieri credebantur. Juvenalis Sat. II. 'Nec prodest agili palmas præbere Luperco.' Ovid. Fast. II. 'Tertia post Idus nudos aurora Lupercos Aspicit, et Fauni sacra bicornis erunt.'

XXIX.

AD PUDENTEM.

OBSTAT, care Pudens, nostris sua turba libellis:

Lectoremque frequens lassat et implet opus.

Rara juvant: primis sic major gratia pomis:

Hybernæ pretium sic meruere rosæ.

Sic spoliatricem commendat fastus amicam,

5

Janua nec juvenem semper aperta tenet.

Sæpius in libro memoratur Persius uno,

Quam levis in tota Marsus Amazonide.

O dilecte Pudens, sua multitudo officit nostris libris, atque opus ingens defatigat et saturat lectorem. Rara placent: hoc modo prima poma gratiora sunt: hoc modo hyemales rosæ fuerunt aestimata: hoc modo superbia commendat apoliatricem meretricem, nec perpetuo patens janua retinet adolescentem. Uno in libro frequentior fit mentio Persii, quam omni Marci in tota Amazonide. Tu etiam quemcumque

5 Sunt qui legant *Fastus*; at *fastus* hic est illa meretricum ars, qua fastidire fingunt amatores suos, quo acrius incendant. Alii legunt, *Fastus*, littera majuscula, ut sit nomen proprium. *Fustus* Langius, errore forsitan typothetarum.—7 *Sæpius in libro numeratur* Pulmanni codex et Beverlandi Ms.—8 'Sicut duo fuere Codri, unus Poëta celebris a Virgilio laudatus, alter a Juvenale explosus; ita quoque duos crediderim fuisse Marcos: unus ab Ovidio cum Rabirio comparatus, alter hic a Martiale *levis* dictus. Nam quod Scaliger in codd. *Codrus* legerit, vix adducor habere fidem, cum opt. Thnan. Florent. aliosque pervolverim, qui cuncti habent *Marsus*. Scaliger intelligit eum Codrum, de quo in Juvenal. Sat. I. Vereor tamen ne ipsum fefellerit

NOTÆ

1 *Care Pudens*] De quo lib. I. Epig. 32.

4 *Hybernæ pretium*] De rosis hybernæ lib. VI. Epig. 80.

5 *Commendat fastus*] Superbo enim meretricis fastidio alliciuntur juvenes. Alii legunt *Fastus*, ut sit nomen proprium. Quam lectionem minus probo.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

7 *Persius*] Poëta satis notus. Hoc est: Magis placet brevis Persii liber, quam ingens Marci Poëma de Amazonibus. Hic autem Marsus, quicumque ille fuerit, aliud esse videtur ab eo cujus mentio facta est Epistola libri primi.

U

Tu quoque de nostris releges quemcumque libellis,
Esse puta solum: sic tibi pluris erit.

10

evolves ex nostris libris, crede esse solum; sic pluris facies.

corrigendi labor.' *Beverland.*—9 Edd. vett. *quacunque libellis.* Lectio nostra Raderi ingenio debetur.

NOTE

9 *Quemcumque*] Alii *quacunque*, minus bene.

XXX.

AD PISCATOREM.

BAIANO procul a lacu monemus,
Piscator, fuge, ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ,
Qui norunt Dominum, manumque lambunt
Illam, qua nihil est in orbe majus.
Quid, quod nomen habent, et ad magistri
Vocem quisque sui venit citatus?
Hoc quondam Libys impius profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repente cæcus
Captum non potuit videre piscem:
Et nunc sacrilegos perosus hamos,
Baianos sedet ad lacus rogator.
At tu, dum potes, innocens recede,

5

10

O piscator, monemus, longe declina a lacu Baiano, ne reus abeas. Pisces sacri natant his in undis, qui agnoscunt dominum, et lambunt manum illam, qua nihil majus est in mundo. Quid quod nomen est ipsis, et singuli vocati accedunt ad vocem sui magistri? Hoc olim lacu Afer impius, dum calamo tremente trahit prædam, ereptis oculis sub to excrucatus nequivit aspicere piscem: et nunc odio habens sacrilegos hamos mendicis sedet ad lacus Baianos. Sed tu, dum licet, innocens abi, cibus

8 Gruterus legit, *Libys improbus*, quod non spernendum putat Gronovius.

NOTE

3 *Sacris piscibus*] Deo nempe Domitiano consecratis.

4 *Qui norunt*] Domitianum: pisces vero mansuetos fieri docet *Ælianus* lib. viii. de animalibus cap. 4. Hoc idem repetit *Martialis* lib. x. *Epig.* 30.

6 *Quid quod*] Vehementius instendi gratia quid quod in oratione ponitur. Cicero pro lege Manilia: 'Quid quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen adducitur?'

8 *Libys impius*] Miraculum hoc mihi poeticam videtur.

Jactis simplicibus cibis in undas, 15
Et pisces venerare dedicatos.

non dolosis immisis in aquas, et cola pisces consecrates.

—13 Beverlandi Ms. *regare*.—16 *Et pisces sine errare delicatos* in eodem Ms. *delicatos* placet Grutero; nam 'delicata' veteres dixerunt pro 'dedicata,' et 'delicare' pro 'dedicare,' teste Festo.

XXXI.

AD HIPPODAMUM.

Quod cupis in nostris dicique legique libellis;
Et nonnullus honos creditur esse tibi:
Ne valeam, si non res est gratissima nobis,
Et volo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes averso fonte sororum 5
Impositum, mater quod tibi dura dedit:
Quod nec Melpomene, quod nec Polyhymnia possit,
Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.

Quod optas prædicari et legi in chartis nostris, atque inde putas consequi aliquod decus: dispeream, nisi hoc mihi jucundissimum sit, et cupio te inserere meis libris. At tibi contrario fonte Musarum datum est nomen quod tibi imposuit agrestis genitrix; quod celebrare nequeat Melpomene, nec Polyhymnia, nec pia

2 Beverlandi Ms. *creditur iste tibi*.—5 In eodem Ms. *aversa fronte*, et sic legit Scrieverius: in edd. vett. *aversum fonte*.—7 *Quod neque Melpomene* in

NOTÆ

5 *Averso fonte*] Id est, Tuum nomen propter syllabarum contumaciam non convenit carminibus.

7 *Quod nec Melpomene*] Tres Musas pro triplici Carminum genere posuit. Melpomene præest Tragædiis et Elegiis: unde Horatius l. Od. 24. 'præcipe lugubres Cantus, Melpomene,' &c.

7 *Nec Polyhymnia*] Cui curæ sunt

versus lyrici. Horatius l. Od. 1. 'nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton.'

8 *Calliope*] Versibus heroicis præsidet. Virgilius Æn. ix. 525. 'Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti.' Plam dixit, vel quia filii sui Orphei mortem delevit, vel quia heroum et maxime Deorum laudes canit.

Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adopta :

Non semper belle dicitur Hippodamus.

10

Calliope cum Apolline. Igitur facias tibi aliquod nomen jucundum Musis: non semper venuste dicitur Hippodamus.

iiidem. *Polymneia* cod. Pulma. — 9 Beverlandi Ms. *nomen adoptes*. — 10 *Hippodamus* in eodem. Sic ‘*Hippodamna*’ et ‘*Hippodamia*’ apud Justinum M. Cf. Ovid. ex Pont. iv. 12. Rutil. Numat. ad Rufum 419. et Sirmond. ad Sidon. 103. p. 222.

NOTE

10 *Non semper belle*] Nomen Hippodami omnino, sed minus eleganter Carmini Poësiæ quidem non repugnat sæpius accommodaretur.

XXXII.

DE APE ELECTRO INCLUSA.

Et latet et lucet Phaëthontide condita gutta,

Ut videatur apis nectare clausa suo.

Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.

Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Inclusa succino delitescit et splendet apes, ut videatur condita suo nectare. Illa consecuta est mercedem convenientem tantis laboribus: verisimile est ipsam optavisse huiusmodi interitum.

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri excusi.

NOTE

1 *Et lucet Phaëthontide*] Sorores Phaëthontis in populos fuerunt transmutatæ, ex quibus defluit succinum, et de formica lib. vi. Epig. 15.

2 *Nectare clausa*] Id est, suo melle; quod idcirco vocat Phaëthontidem electrum quippe mellis colorem refert.

3 *Tantorum laborum*] De quibus fuse Virgil. Georg. iv.

XXXIII.

AD SOSIBIANUM.

Plena laboratis habeas cum scrinia libris,

Emittis quare, Sosibiane, nihil ?

Sosibiane, cum tibi sint foruli referti libris elaboratis, cur nihil edis in lucem ?

In hoc Epigrammate etiam nulla est lectionis varietas.

Edent hæredes, inquis, mea carmina : quando ?

Tempus erat jam te, Sosibiane, legi.

Hæredes, ais, publicabant meos versus : quando ? O Sosibiane, jam tempus erat te evolvi.

NOTE

4 *Tempus erat*] Sosibianum quendam irridet Poëta : videtur enim ipsum hortari ut edat suos libros ; sed cum nolit Sosibianus legi nisi post suam mortem, intelligit Poëta jam mori illum debuisse, quo legi possent ejus libri. Heraldus sic explicat : Tempus erat decessisse te, et ossa tua esse lecta. Nam ossilegium profecto videtur alludere.

XXXIV.

AD ATTALUM.

SORDIDA cum tibi sit ; verum tamen, Attale, dixit,

Quisquis te niveam dixit habere togam.

O Attale, cum habeas vestem spurcam, nihilominus profert veritatem, quisquis profert tibi niveam esse togam.

1 *Attale dicit* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. &c.
—2 *In iisdem, dicit habere togam.*

NOTÆ

1 *Sordida cum tibi sis*] Attali cujusdam toga tam attrita erat, ut fila nuda albescerent, unde nivea dici poterat ; vel nivea dicitur, quia frigida. Vide Nb. ix. Epig. 50. In eo vero jocus est, quod toga nivea opponatur sordidæ.

XXXV.

DE PUGNA DAMARUM.

FRONTIBUS adversis molles concurrere damas

Vidimus, et fati sorte jacere pari.

Spectavere canes prædam : stupuitque superbus

Venator, cultro nil superesse suo.

Spectavimus imbelles damas congredi adversis frontibus, et procumbere aequali casu fati. Canes viderunt prædam : mirumque seroci venatori visum est, nihil

2 Pulmanni vetus codex : *et fato sorte jacere pari.*

NOTÆ

3 *Spectavere canes*] Nempe se a præda abstinuerunt, cum viderent damas illas mutuum in necem adversa fronte ruere.

4 *Cultro nil*] Cultrum venatorium intellige, quo feras interficere solebant venatores in amphitheatri ventionibus.

Unde leves animi tanto caluere furore ?
Sic pugnant tauri, sic cecidere viri.

5

restare suo cultro. Unde molles animi accensi sunt tanta rabie? hoc modo tauri dimicant, hoc modo viri prostrati sunt.

NOTÆ

5 *Unde leves animi*] Domitiano 6 *Sic cecidere*] Gladiatores sciliadulatur, cujus numine damas fuisse cat.
concitatas intelligit Poëta.

XXXVI.

AD OLUM.

CANA est barba tibi: nigra est coma: tingere barbam
Non potes, hæc causa est: sed potes, Ole, comam.

Ole, habes barbam canam; habes nigros capillos: nequis colorare barbam, hæc ratio est: at potes capillos.

2 Juntina nostra margini ascriptum habet: *qua causa est? sed potes, Ole, comam.*

NOTÆ

1 *Tingere barbam*] Forte quia fucus eodem morbo laborabat, quo
eius in barba minus commode quam in Charinus, de quo lib. I. Epig. 78. unde
capillis tegebatur; vel forte, quod facile dilueretur fucus.

XXXVII.

AD AFRUM.

CENTUM Coranus, et ducenta Mancinus,
Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus,
Decies Sabinus, alterumque Serranus;
Ex insulis fundisque tricies soldum,

Coracinus debet centum, et Mancinus ducenta, Titius trecenta, Albinus sexcenta, Sabinus decies, et Serranus alterum decies. Ex insulis et fundis tricies plene

1 *Centum Coracinus* in quibusdam: *Coranus* habent edd. antiquiss.—2 *Alii legunt Cerranus*, quod exhibet Beverlandi Ms. alii, *Saranus*, alii denique *Serranus*. Similis confusio est ap. Juvenal. vii. 80.—4 Beverlandi Ms. *solidum*.

NOTÆ

1 *Centum, ducenta, Trecenta*] Ad-
junge millia sestertium: adverbis
vero *bis, decies, tricies, ter*, adde cen-
tena millia sestertium.

sola stant, ab aliis separata, dicuntur
insulæ, ex quarum locatione magnam
pensionem percipiebat Afer.

Tricies soldum] Sic lib. I. Epig. 100.
dixit 'vicies plenum.'

4 *Ex insulis*] Edificia in urbe quæ

Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi : 5
 Totis diebus, Afer, hoc mihi narras :
 Et teneo melius ista, quam meum nomen.
 Numeres oportet aliquid, ut pati possim :
 Quotidianam refice nauseam nummis.
 Audire gratis, Afer, ista non possum. 10

percipio, ex pecore Parmensi sexcenta. O Afer, id mihi recenseres per diem solidum; atque ista mihi notiora sunt meo nomine. Par est des aliquid, ut ferre valeam: nummis compenso tedium quotidianum. O Afer, nequeo auscultare ista gratuito.

NOTÆ

5 *Ex pecore Parmensi*] Oves Parmenses interpretare, quarum lana passim laudatur a nostro Poëta.

XXXVIII.

AD GALLAM.

GALLA, nega: satiatur amor, nisi gaudia torquent :
 Sed noli nimium, Galla, negare diu.

O Galla, recusa; amor expletur, nisi lætitia cruciat: at, o Galla, ne recuses diutius.

In hujus Epigrammatis lectione nulla est varietas in libris impressis aut scriptis.

NOTÆ

1 *Galla, nega*] Ejusdem argumenti est lib. i. Epig. 58. et Epig. 82. infra.

XXXIX.

AD CHARINUM.

ARGENTI genus omne comparasti,
 Et solus veteres Myronis artes,

Enumeras omnem argenti speciem, et solus possides antiquas artes Myronis, solus

NOTÆ

1 *Argenti genus omne*] Id est, vasa ne, Praxitele, Scopæ, et Phidiæ; de argentea omnis generis. quibus vide Plinium lib. xxxiv. cap. 8.

2 *Myronis artes*] Vasa nempe cæ-
 lata ab egregiis his artificibus, Myro-

Solus Praxitelis manus, Scopæque,
 Solus Phidiaci toreuma cœli,
 Solus Mentoreos habes labores.
 Nec desunt tibi vera Grantiana,
 Nec quæ Callaico linuntur auro,
 Nec mensis anaglypta de paternis.
 Argentum tamen inter omne, miror,
 Quare non habeas, Charine, purum.

5

10

opera Praxitelis et Scopæ, solus toreuma Phidiaci cœli, solus opera Mentoria. Nec vera Glaniana te deficiunt, nec quæ oblinuntur auro Callaico, nec anaglypta de mensis paternis. Nihilominus inter omne argentum, miror, o Charine, cur tibi non sit purum.

3 *Copæque* Beverlandi Ms.—6 *Bera glaniana* in marg. Junt. quod tribuunt Pithæo. Alii legunt, *vasa glaniana*. Pro *Grantiana* alii legendum putant *Gratiana*, ut est ap. Plin. lib. xxxiii. cap. 11. alii, *Graniana*: Salmasius, *Gentiana*. Raderus putat retinendum *Glaniana*, quod habent edd. antiquiss. cum Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. &c. Vide Var. Notas.—7 *Callaico* in ed. antiq. Ferrar. Ald. 1501. 1517. Junt. Colin. Gryph. &c. *Callaico* Junian. Lang. &c. Vide D. Heins. ad Claud. in Prob. i. 49. *Callanico* Beverlandi Ms.

NOTE

4 *Phidiaci toreuma*] De quo lib. iii. Epig. 35.

5 *Solus Mentoreos*] De Mentore dictum quoque lib. iii. Epig. 41.

6 *Grantiana* [*Glaniana*] Ex officina Glanii. Vel forte legendum, *Gratiana*, ut legitur apud Plinium lib. xxxiii. cap. 11. 'Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana.' Legunt alii *Gentiana*, pocula scilicet, quæ fiebant in castris Gentianis, in septima urbis regione.

7 *Nec quæ Callaico*] Vasa auro Callaico inaurata summo in pretio fue-

runt lib. xiv. Epig. 95. Callaici autem populi Hispaniæ, hodie regnum Galliciæ.

8 *Anaglypta*] Hoc est, vasa in asperitatem excisa, ut scribit Plinius lib. xxxiii. cap. 11. ab ἀνά, *aureum*, et γλύφω, *scalpo*.

Mensis de paternis] Hoc addit ut ostendat illorum poculorum antiquitatem.

10 *Quare non habens*] De Charino dictum lib. i. Epig. 78. cum imparus esset, quicquid tangeret, contaminabatur, et spurcum fiebat: alias argentum purum significat non cœlatum, atque ita in ambiguo ludit Poëta.

XL.

AD POSTHUMUM.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,
 Et docti Senecæ ter numeranda domus;

Atria Pisonum florebant cum toto stemmate, et ter numerandæ ades periti

Prætulimus tantis solum te, Posthume, regnis:
 Pauper eras, et eques, sed mihi consul eras.
 Tecum ter denas numeravi, Posthume, brumas: 5
 Communis nobis lectus et unus erat.
 Jam donare potes, jam perdere, plenus honorum,
 Largus opum: expecto, Posthume, quid facias.
 Nil facis: et serum est alium mihi quærere regem.
 Hoc, Fortuna, placet? Posthumus imposuit. 10

Seneca. O Posthume, te unum anteposimus tantis patrocinis: egenus eras, et eques, at te colebam ut consulem. O Posthume, tecum consumsi triginta annos: unum et commune habebamus cubile. Nunc potes largiri, nunc perdere, divitiis abundans, cumulatius honoribus: præstoler, o Posthume, quid agas. Nihil agis: et tardum est mihi comparare alium patronum. O fortuna, hocne tibi arridet? Posthumus decepit.

4 Pauper eras, sed eques legi vult Scriverius.—10 Fortuna placet hoc Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Atria Pisonum*] Clarissima fuit Romæ Pisonum familia: in primo autem domus aditu nobilitatis insignia collocabant antiqui; unde Seneca de Beneficiis lib. III. cap. 23. 'Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant, noti magis quam nobiles fiunt.' Juvenalis Sat. VIII. 'Stemmata quid faciant?' Sensus est Poëtæ: Poteram colere Pisonem, a quibus multa beneficia accepissem.

2 *Et docti Seneca ter numeranda*] Vel propter Senecam rhetorem, et filium ejus Philosophum, et Lucanum nepotem: vel propter tres filios Rhetoris, Annæum, Novatum, et Melam, de quibus plura apud Lipsium Elect. I. cap. 1. Hanc opinionem refutat Ramiresius; cum enim extincta esset

Senecarum familia, existimat hanc Senecam domum nobilem dici propter Pollam Lucani uxorem, quæ vidua Martialis tempore mortuum maritum summo studio colebat, ejusque diem natalem celebrabat, ut constat ex lib. VII. Epig. 20. 21. 22. Hanc ergo Pollam colere potuisset Poëta. *Ter numeranda domus* dicitur more Græco, domus valde memoranda et celebranda.

9 *Nil facis*] Hoc est, nihil donas.

10 *Posthumus imposuit*] Me, et fortunam decepit Posthumus, quæ illi eo consilio divitias dederat, ut in amicos esset liberalis. Ejusmodi avaros fallaces vocat Poëta lib. I. Epig. 104. 'In jus, o fallax atque inficiator, eamus.' Vide lib. II. Epig. 43. *Hoc, fortuna, placet?* Vel sic intellige: O fortuna, an locupletasti Postumum, ut erga me ingratus foret?

XLI.

IN MALE RECITANTEM.

QUID recitaturus circumdas vellera collo ?
 Conveniunt nostris auribus illa magis.

Quid recitaturus cingis collum lanis? illæ auribus nostris aptiores sunt.

In Poëtam inscribitur in Palmanni codice.

NOTÆ

1 *Circumdas vellera*] Intellige foca- rentur, nec obstrepentium clamore
 lia, quæ erant fasciæ, seu vellera, terrentur.
 quibus aures, fauces, et colla munie- 2 *Conveniunt nostris*] Ne te inep-
 bant recitaturi, ne frigore corripe- tum recitorem audiamus.

XLII.

AD FLACCUM.*

SI quis forte mihi posset præstare roganti:
 Audi, quem puerum, Flacce, rogare velim.
 Niliacis primum puer is nascatur in oris:
 Nequitias tellus scit dare nulla magis.
 Sit nive candidior: namque in Mareotide fusca 5
 Pulchrior est, quanto rarior iste color.

1 Alii legunt *locanti* pro *roganti*: utraque lectio probari potest.—2 Ethic etiam nonnulli legunt *locare* pro *rogare*. Ald. Junt. et Colin. quæ versu primo *roganti* habent, hic *locare* exhibent.—4 *Nequitiam* in edd: vett.—8 *Justina nostra*

NOTÆ

* Landat Flacci puerum Amazon-
 icum artificiosæ: describit enim quem
 puerum optaret, et post longam de-
 scriptionem talem fuisse Amazonicum
 affirmat. *Ramiresius*.

1 *Roganti*] Pretio prostitutum,
 lib. ix. Epig. 7. et 9. Alii legunt *lo-*
canti: utraque lectio probari potest.
 Commodato enim petere, per verbum
rogandi exprimitur. Sequenti etiam
 versu leg. *locare*.

3 *Niliacis primum, &c.*] In *Ægypto*.
 Mareotis autem est lacus *Ægypti*.

4 *Nequitias tellus, &c.*] Lasciviam
 et improbitatem Veneream. Juvenal.
 Sat. xv. 45. Vide lib. iii. Epig. 62.
 4.

5 *Namque, &c.*] Namque inter *Æ-*
gyptios, qui omnes fere fusi sunt,
 majori in pretio est, quo quis sit can-
 didior.

Lumina sideribus certent, mollesque flagellent
 Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.
 Frons brevis, atque modus breviter sit naribus uncis:
 Pæstanis rubeant æmula labra rosis. 10
 Sæpeque nolentem cogat, nolitque volentem:
 Liberior domino sæpe sit ille suo.
 Et timeat pueros, excludat sæpe puellas.
 Vir reliquis, uni sit puer ille mihi.
 Jam scio, nec fallis: nam me quoque iudice verum est: 15
 Talis erat, dices, noster Amazonicus.

margini ascriptum habet *curtas* pro *tortas*, quod probabilius est. Hæc verba facillime permutantur in membranis. Vide Sueton. in Tib. cap. 68. et Ner. cap. 51.—11 Alii ex Palat. et vet. edd. legunt: *Sæpe et nolentem*: recte, inquit Farnabius. *Sæpe et nolentem cogat, lolitq; nolentem* in Junt. an. 1512.

NOTÆ

7 *Flagellent*] Dimissæ et diffusæ suant per colla, non crobilis, annulis, aut cirris calamistratæ.

9 *Frons brevis, &c.*] Frons tenuis veteribus in laude. Sic Horatius Od. 1. 33. ad Tibullum: 'Insignem tenui fronte Lycorida Cyri torret amor.'

Modus brevis, &c.] Sit modus naribus breviter, id est, modice uncis. Sic Petronius loquitur: 'nares paululum inflexæ.' Et Sidonius lib. 1. Epist. 2. de Theodorico rege: 'nasus venustissime incurvus.'

10 *Pæstanis rubeant, &c.*] In Pæsto Lucanæ oppido bis in anno proveniebant rosæ.

11 *Sæpeque nolentem, &c.*] Grata

petulantia et protervitate. Ut sæpe excitentur et quasi cogantur nolentes; sæpeque volentes, quo magis incenduntur, ad tempus frustrentur: ut videre est lib. v. Epig. 47. et 84. et supra 88. Alii vero ex Palatina et vet. edd. legunt: *Sæpe et nolentem*. Recte.

13 *Et timeat, &c.*] Zelotypia testetur amorem.

14 *Vir reliquis, &c.*] Aliis neget, mihi soli det.

15 *Jam scio, &c.*] Respondet voto suo Poëta ex persona Flacci, cujus puerum Amazonicum talem fuisse dicit.

XLIII.

IN CORACINUM.*

Non dixi, Coracine, te cinædum:
 Non sum tam temerarius, nec audax,

NOTÆ

* Est faceta quædam in Coracinum illusio expressa per suspensionem, quæ desinit in paradoxon. Negat

enim quod minus est probum, et fateatur quod est majus. *Ramiresius*.

2 *Temerarius*] Vides distingui te-

Nec mendacia qui loquar libenter.

Si dixi, Coracine, te cinædum,

Iratam mihi Ponticæ lagenam,

5

Iratum calicem mihi Metili.

Juro per Syrios tibi tumores,

Juro per Bercynthios furores.

Quod dixi tamen, hoc leve et pusillum est:

Quod notum est, quod et ipse non negabis:

10

Dixi te, Coracine, cunnilingum.

5 Junt. in marg. *Ponticæ lagenam*. Vide lib. II. Epig. 34.—7 *Juro per Syrios tibi tumores* in codice Pulmanni. *per Syrium tibi cruorem* Juntinæ margo. —9 *Quid dixi tamen? hoc leve, &c.* legit Musæmbertius.

NOTE

merarium ab audaci. Distinxerunt et alii. Titus Livius lib. xxv. 'Martius ad consilium, prima specie temerarium magis quam audax, animum adjecit, ut ultro castra hostium oppugnaret.'

5 *Iratam mihi*] Supple 'precor,' 'habeam,' aut 'experiar.' Imprecationis formula. *Ponticæ*] Veneficæ. Lib. II. Epig. 34.

Lagenam, calicem mihi] Vas quo miscetur venenum. Epig. 69. infra vs. 4. et lib. XII. Epig. 98.

6 *Metili*] Venefici: vel etiam putidi, qui fœtebat anima.

7 *Syrios tumores, Bercynthios, &c.*] Cl. J. Seldenus Syntagm. II. cap. 3. de Diis Syris. Beroaldus Annot. cap. 25. intelligit tumores et vibices a

cultris et flagris quibus sacerdotes Cybeles, quam Deam Syriam esse volunt, se sauciabant. Ego autem censo magis dici tumores illos, ulcera et morbos quibus credebatur irata Isis inflare pejerantes, ex mente Persii Sat. v. 187. ut et Furores quibus incitat; Bercynthiæ matris Cybeles sacerdotes, cultris sibi lacertos, pectus, et humeros secant.

9 *Quod dixi, &c.*] Alii, *Quid dixi tamen? hoc leve, &c.*

11 *Dixi te, &c.*] Negabat levius, fatetur sarcastice quod gravius est. Sic Junius Bassus, referente Quintiliano, lib. VI. cap. 4. 'Non dixi, inquit, te calceos veteres vendere; sed emere solere dixi.'

XLIV.

DE VESUVIO MONTE.

Hic est pampineis viridis modo Vesuvius umbris:

Presserat hic madidos nobilis uva lacus.

Ecce Vesuvius paulo ante virens umbris pampineis: hoc in loco præstantes racemi

De Vesbio monte in edd. vett.—1 *Vesbium* in illdem.—3 *Beverlandi Ms. modo Bacchus amavit.*

Hæc juga, quam Nysæ colles, plus Bacchus amavit :

Hoc nuper Satyri monte dedere choros.

Hæc Veneris sedes, Lacedæmone gratior illi :

5

Hic locus Herculeo nomine clarus erat.

Cuncta jacent flammis, et tristi mersa favilla :

Nec Superi vellent hoc licuisse sibi.

impleverant humidus cupas. Hi vertices Baccho cariores fuerunt collibus Nysæ : nuper Satyri hoc in monte egerunt choreas. Hæc Veneris habitatio jucundior illi Lacedæmone : hic locus erat celebris nomine Herculis. Omnia sunt prostrata flammis, et sepulta mæstis cineribus : nec Dii vellent habuisse hanc potestatem.

NOTÆ

1 *Vesuvius*] Vel Vesuvius, mons prope Neapolim vitibus fertilis, qui flammæ interdum evomit. Sætenius in Tito c. 8.

2 *Presserat hic*] Hoc est, vinum expressum ex uva nobili impleverat lacus : est autem lacus vas quod excipit vinum prelo expressum. Lib. vii. Epig. 27.

3 *Quam Nysæ*] 'Nysam urbem plerique Indiæ ascribunt, montem-

que Merum Libero sacrum.' Plinius lib. vi. cap. 21.

4 *Satyri*] Comites Bacchi.

5 *Hæc Veneris sedes*] Veneri et Herculi templum in Veavio dicatum fuit : Lacedæmone autem colebatur Venus. Pausanias in Laconica.

8 *Nec Superi vellent*] Hyperbolicus innuit Poëta Deos ipsos hujus incendii posuisse.

XLV.

VOTUM PARTHENII AD PHÆBUM PRO BURRO.

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra,

Phoebe, Palatinus munera Parthenius.

Ut qui prima novo signat quinquennia lustro,

Impleat innumeras Burrus Olympiadas.

O Apollo, Parthenius Palatinus pro filio tibi offert hæc dona pleno thuribulo. Ut Burrus, qui novo lustro claudit primum quinquennium, perficiat plures Olympiadas.

Ad Phæbum est lemma in edd. vett.—5 Codex Scriv. sic te tua diligit arbor :

NOTÆ

2 *Parthenius*] Barri sui filii quinquennis natalem diem celebrans Phæbo thus adolebat, cui utpote semper juveni commendatur juvenus. Parthenius autem in Palatio Imperatori serviebat a cubiculo, de quo Suetonius in Domitiano cap. 16. et Noster

lib. v. Epig. 6.

3 *Lustro*] Lustrum est spatium quinque annorum, Olympias vero quatuor ; quarto enim anno expleto, quinto ineunte Olympici ludi celebrabantur. Vide lib. vii. Epig. 40.

Fac rata vota patris : sic te tua diligat arbor, 5
 Gaudeat et certa virginitate soror.
 Perpetuo sic flore mices : sic denique non sint
 Tam longæ Bromio, quam tibi, Phoebe, comæ.

Approba vota genitoris : sic te depereat tua conjux, et soror letetur virginitate non dubia : sic niteas perpetuo juventutis flore : sic tandem, o Apollo, Bacchus habeat capillos tuis breviores.

in edd. vett. *sic te tua diligat uxor* : i. e. Daphne, quam amabas. Nostram lectionem exhibet codex Bodl. et sic omnino legendum ex opt. membranis docuit Heins. ad Ovid. ex Pont. II. 2. 82.

NOTE

5 *Diligat arbor* [uor] Daphne nempe, quam uxorem ducere cupiebat Apollo. Ovid. Met. I.

6 *Soror*] Diana scilicet, cujus pudicitiam tentaverat Orion. Horatius III. Od. 4. 'et integræ Tentator Orion Dianæ Virginea domitus sagit-

ta.' Et Callimachus in Hymnis : *Δός μοι παρθένῃσιν αἰθέριον, ἕκτα, φιλῶσσαν. Da mihi, tata, virginitatem in æternum conservare.*

7 *Non sint Tam longæ*] Bacchus enim, ut Apollo, gloriatur æterno juventutis flore. Ovid. Met. IV.

XLVI.

DE SABELLO.

SATURNALIA divitem Sabellum
 Fecerunt : merito tumet Sabellus :
 Nec quenquam putat esse, prædicatque
 Inter cauidicos beatiorem.
 Hos fastus animosque dat Sabello 5
 Farris semodius, fabæque fressæ,

Saturnalia locupletarunt Sabellum : jure inflatur Sabellus : et credit et commemorat nullum esse locupletiores inter cauidicos. Hanc arrogantiam et hos spiritus Sabello conciliat semodius frumenti, et fabæ fractæ, et tres semilibrae

NOTE

1 *Saturnalia*] Quorum tempore patronis suis munera mittebant clientes, lib. XIII. Sabellum atque alios cauidicos irridet, quorum merces Romæ erat perexigua, nisi locupletes essent. Juvenalis Sat. VII. 'Quod vocis pretium? Siccus petasunculus, et vas Pelamidum,' &c.

6 *Semodius*] Mensura aridorum dimidiam modii partem continebat : modius vero, inquit Raderus, capiebat viginti sex libras et octo uncias.

Fabæque fressæ] Frondere idem est ac frangere : fabæ frangebantur ut ex his pulvis fieret.

Et thuris piperisque tres selibræ,
 Et Lucanica ventre cum Falisco,
 Et nigri Syra defruti lagenā,
 Et ficus Libyca gelata testa, 10
 Cum bulbis, cochleisque, caseoque.
 Piceno quoque venit a cliente
 Parcæ cistula non capax olivæ,
 Et crasso figuli polita cœlo
 Septenaria synthesis Sagunti, 15
 Hispanæ luteum rotæ toreuma,
 Et lato variata mappa clavo.

thuris et piperis, et Lucanica cum ventre Falisco, et Syra lagenā nigri defruti, atque ficus Africana testa gelata, cum bulbis, et cochleis, et caseo. Accipit etiam cistulam non amplam paucarum olivarum a cliente Piceno, et data est septenaria synthesis Sagunti elaborata crasso cœlo figuli, luteum toreuma rotæ

9 Beverlandi Ms. *defricti*.—10 *Et ficus Libycæ* Ald. Junt. Colin. &c. *cellata testa* Beverlandi Ms.—12 In eodem, *cliente*.—14 Ed. vett. *polita cæno*, et sic in codice Palat. probante Grutero. *polluta cæno* Beverlandi Ms.—15 *Septenaria* in edd. vett.

NOTE

8 *Et Lucanica*] Farciminis genus quod milites a Lucania, quorum regio hodie *Basilicata*, atque a Faliscis Tuscis populis ventrem porcinum condire didicerant, lib. XIII. Epig. 35.

9 *Et nigri Syra*] Syra lagenā, hoc est, vitrea, quia vitrum in Syria inventum, teste Plinio lib. XXXI. cap. 26. Defrutum vero Columella lib. XII. cap. 21. sic explicat: 'Mustum quam dulcissimum decoquitur ad tertias, et decoctum sicut supra dixi, defrutum vocatur.' Idem dicit Plinius lib. XIV. cap. 9.

10 *Et ficus Libyca*] Aliæ sunt ficus hybernæ, aliæ æstivæ. Plinius lib. XV. cap. 18. testa antem condebatur, lib. VII. Epig. 53. 'Et Libycæ fici pondere testa gravis.' Gelatam testam dixit, quod brumali tempore missa esset; vel quod ficum cortex easset tactu frigidus; vel quod re vera ficus gelatæ et condensatæ essent

in testa. Judicet lector.

12 *Piceno quoque*] Hodie, *Marche d'Ancone*, ubi sunt olivæ optimi saporis.

14 *Et crasso figuli*] Synthesis pro veste sumitur lib. II. Epig. 46. hic autem synthesis septenaria significat vas capax septuncis: septunx autem septem cyathos continet: nisi malis cum Turnebo lib. XXIII. cap. 19. synthesisi sumere pro septem poculis Saguntinis.

16 *Luteum toreuma*] Dicitur, quia synthesis illa figuli Saguntini torno facta fuit. Synthesis ex Budæo, teste Roberto Stephano in suo Thesauro Linguae Latinæ, est vasorum compositio qua multa ejusdem generis vasa in se invicem includuntur. Statius Sylv. lib. IV. 'Aut unam dare synthesisi, (quid horres?) Alborum calicum, atque cacaborum?'

**Saturnalia fructuosiora
Annis non habuit decem Sabellus.**

Hispanæ, et mappa variata lato clavo. Decem annis Sabellus non habuit Saturnalia utiliora.

NOTE

17 *Et lato variata*] Mantilia purpureis clavis distingui solebant: latus autem clavus Senatorum erat insigne, angustus vero equitum. Petronius mappam ejusmodi laticlaviam ap-

pellat.

18 *Fructuosiora*] Vilissima tamen munera acceperat Sabellus, quem hoc scommate carpit Poëta.

XLVII.

DE PHAËTHONTE.

ENCAUSTUS Phaëthon tabula depictus in hac est.

Quid tibi vis, dipyron qui Phaëthonta facis?

Encaustus Phaëthon depictus est in hac tabula. Quæ tua mens est, o Pictor, qui facis Phaëthonta dipyron?

1 *Encaustus Phaëthon* Beverlandi Ms. tabula tibi pictus in hac est Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.

NOTE

1 *Encaustus Phaëthon*] Encaustice genus est picturæ, quæ in cera vel ebore ignitis instrumentis fiebat, ab *ἐγκαλῶμαι*, inuro. Vide Plinium lib. xxxv. cap. 11.

2 *Dipyron*] Alludit ad casum Phaë-

thontis, qui fulmine ictus in Padem præceps actus est: nunc vero ignitis instrumentis depictus eundem rursus casum subire videtur. Dipyros ergo, hoc est, bis ustus, merito dici potest.

XLVIII.

IN PAPILUM.

PERCIDI gaudes : percisus, Papile, ploras.

Cur, quæ vis fieri, Papile, facta doles?

Pœnitet obscenæ pruriginis? an magis illud

Fles, quod percidi, Papile, desieris?

1 *Præcidi gaudes, præcisus* in edd. antiquis. cum Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Pulman. Lang. &c. Mox versu 4. *quod præcidi*. De permutatione præ et per vide nos ad Tibull. II. 5. 74. III. 1. 11. et III. 3. 9.

NOTE

1 *Percidi* [*Præcidi*] Alii *Percidi*. Vide lib. II. Epig. 72.

2 *Cur, &c.*] Si enim pœniteat facti,

cur ultra pateris? immo a desiderio lacrymæ tuæ.

XLIX.

AD FLACCUM.

NESCIS, crede mihi, quid sint Epigrammata, Flacce,

Qui tantum lusus illa, jocosque putas.

Ille magis ludit, qui scribit prandia sævi

Tereos; aut coenam, crude Thyesta, tuam;

Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas,

Pascentem Siculas aut Polyphemon oves.

A nostris procul est omnis vesica libellis:

Musa nec insano syrmate nostra tæmet.

Ille tamen laudant omnes, mirantur, adorant.

Confiteor: laudant illa, sed ista legunt.

O Flacce, mihi fidem adhibe, ignoras quid sint Epigrammata, qui credis illa esse duntaxat ludos atque argutias. Ille magis jocatur, qui memorat prandia crudelis Tereos, aut coenam tuam, o sæve Thyesta; vel Dædalum accommodantem puero penas liquidas, aut Polyphemum pascentem oves in Sicilia. Omnis tumor longe removetur a nostris libris: nec Musa nostra turgescit vesano syrmate. Nihilominus illa omnibus sunt admirationi, celebrantur, coluntur. Fateor: illa commendantur, et hæc coluntur.

3 Pulmanni codex, jocosque vocas.

NOTE

3 Prandia sævi] Terei et Thyestæ filios comedentium historia satis nota est ex Seneca in Thyesta, et Ovid. Met. vi.

5 Aut puero liquidas] Aptantis penas Icaro Dædalii fabula constat ex lib. viii. Met. Ovidii.

Liquidas alas] Ex cera nempe, quam solis ardore liquefacta est.

6 Polyphemon] Cyclopem satis notum, maxime ex Theocriti Idyll. xi.

7 Omnis vesica] Hoc est, meum scribendi genus non est tumidum.

8 Nec insano syrmate] Syrma vestis

est tragica, a *σῆμα*, *trachis*, oblonga nempe et solum verrit, quam in Tragædiis trahebant Heroës. Metaphoricè intelligit Poëta stylum suum non esse Tragicum.

9 Illa tamen] Flaccus objicit, tamen laudantur Poëmata Tragica et Epica.

10 Sed ista legunt] Respondet Martialis, tumida illa et longa Poëmata laudari, sed sua Epigrammata, brevi et venusto argumento scripta, ab omnibus legi.

L.

IN THAIDEM.

QUID me, Thai, senem subinde dicis?

Nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

In hoc Epigrammate nihil variant aut libri impressi aut manuscripti.

Delph. et Var. Clas.

Martialis.

X

NOTÆ

2 *Nemo est, &c.*] Namque hic non berio Suetonius cap. 44. et Juvenalis Sat. x. 208. et ipsam Thaidem arguit magis gaudere vitio fellationis.

LI.

AD CÆCILIANUM.

CUM tibi non essent sex millia, Cæciliane,

Ingenti late vectus es hexaphoro.

Postquam bis decies tribuit Dea cæca, sinumque

Ruperunt nummi: factus es, ecce, pedes.

Quid tibi pro meritis, et tantis laudibus optem ?

5

Di reddant sellam, Cæciliane, tibi.

O *Cæciliane, cum non haberes sex millia, gestatus es hexaphoro valde amplo. Postquam Dea cæca concessit viciis, et nummi frugerunt sinum; ecce pedes factus es. Quid tibi præcer pro meritis, et tantis præconiis? O Cæciliane, numina tibi restituant sellam.*

2 *Ingenti late vectus hexaphoro* in Junt. an. 1612. *vectus es asse foro Beverlandi Ms. laxè vectus es hexaphoro* in aliis.—4 *Beverlandi Ms. factus es ipse pedes.*

NOTÆ

1 *Sex millia*] Sestertium. Carpit Cæcilianum quendam, qui pauper sella vehebatur, factus vero dives pedes incedebat. Hexaphorum lectica erat, quæ a sex servis gestabatur.

3 *Postquam bis decies*] Centena sestertium millia.

Sinumque] Solebant veteres ea in sinu reponere, quæ secum ferre necesse erat: his verbis pecunia abun-

dasse Cæcilianum significat.

5 *Et tantis laudibus*] Frugalitatis nempe per ironiam.

6 *Di reddant*] Hoc est, hexaphorum, seu pristinam conditionem reddant, cum fortunæ muneribus abataris: vel morbos illi precatur Poëta; morboi enim gestabantur; cum videtur opes illi optare.

LII.

IN HEDYLUM.

GESTARI junctis nisi desinis, Hedyle, capris :

Qui modo ficus eras, jam caprificus eris.

O *Hedyle, nisi cessas vehi capris junctis, qui paulo ante ficus eras, mox caprificus fies.*

In *Ædium* inscriptio est in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. &c. et in Epig. *Ædile*. Beverlandi Ms. *Hedyle*.

NOTÆ

1 *Gestari junctis*] Flico laborans *Ædylus*, seu *Hedylus*, ut scribunt alii, de quo verbo dictum lib. I. Epig. 66. Capris simul junctis vehebatur, ut lib. I. Epig. 105. de pardia, cervis, &c. diximus. Illinc colligit Poëta illum mox fore caprificum, habita ratione

vocum, non veræ significationis; ex capra enim et sicu fit caprificus. Similis locus est in voce 'Argonastas' lib. III. Epig. 67. Alii has capras metrices fuisse putant. Hic locus mihi videtur perobscurus.

LIII.

AD COSMUM.

HUNC, quem sæpe vides inter penetralia nostræ
Pallados, et templi limina, Cosme, novi,
Cum baculo, peraque senem: cui cana, putrisque
Stat coma, et in pectus sordida barba cadit:
Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati,
Cui dat latratos obvia turba cibos:

5

O Cosme, delusus vana specie credis Cynicum esse hunc senem, quem cum baculo et pera crebro spectas inter penetralia nostræ Palladis, et introitus mei templi; qui habet canos, et putridos capillos, et cui squalida barba latitur in pectus: qui obtegatur abolla uxore cerea nudi grabati, cui multitudo occurrunt

1 Pulmanni codex, *intra penetralia nostræ*, quod placet Ramiresio. Alii legunt: *inter penetralia vestra*. 'Noster' et, 'vester' sæpius permutantur ob similitudinem n et v, et quia 'vester' nonnunquam legitur 'voster' in antiquis membranis. Vide nos ad Catull. LXVII. 7. 18. Tibull. III. 4. 4. et Drakenb. ad Liv. v. 44. 6. *inter penetralia Vestæ*; *Pallados et templa* legit Musambertius. Nam quomodo Cynicus ille inter penetrabile et limen? sive quis inter penetrabile templi et limen locus habitatori Cynico?—5 *Cerea quem nudum* legit Heraldus, et ineptire eos dicit qui nudi legunt.—6 Sunt qui legant: *Cuique datis latrant obvia turba cibis*, improbante Farnabio.

NOTE

1 *Inter penetralia*] Templum intelligit erectum a Domitiano in honorem Minervæ, quam summo studio colebat. Lib. IX. Epig. 4.

3 *Cum baculo*] Hæc est descriptio cultus Cynici. Anonius Epig. 52. 'Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex Ista fuit Cynici.'

5 *Cerea quem*] Abolla vestis erat duplicis generis, altera militum, altera vero philosophorum propria.

Cerea dicitur, nempe quod attrita flavesceret, vel quod sebo et sudore quasi incerata videretur. Uxor autem, quod cum ea cubaret Cynicus sola abolla tectus pro lodice. Vide lib. XIV. Epig. 119.

Nudi grabati] Hoc est, sine sindone et lodice.

6 *Cui dat latratos*] Suis enim latratibus stipem a prætereuntibus extorquebant Cynici. Legunt alii: *Cuique datis latrant obvia turba cibis*.

Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa.

Non est hic Cynicus, Cosme : quid ergo ? canis.

perrigit cibos extortos. latratu. Hic non est Cynicus, o Cosme : Quid ergo ? canis.

NOTE

8 *Non est hic*] Sensus est: iste haec doctrinam autem non proficitur, sed bitum quidem Cynici prae se fert, mere in canem degeneravit.

LIV.

AD COLINUM.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus,

Et meritas prima cingere fronde comas :

Si sapis, utaris totis, Coline, diebus,

Extremumque tibi semper adesse putes.

Lanificas nulli tres exorare puellas

5

Contigit : observant, quem statuere, diem.

Divitior Crispo, Thræsea constantior ipso,

Lautior et nitido sis Meliore licet ;

O Coline, cui fas fuit tangere quercum Capitollinas, et prima fronde circumdare dignos capillos ; si sapiens es, fruere diebus integris, et orede semper tibi terminare ultimum. Nemo potuit flectere puellas nentes lanam, custodiunt diem quem decreverunt. Quamvis sis locupletior Crispo, firmior ipso Thræsea, et splendidior nitido

5 Beverlandi Ms. *exorare sorores.*—7 *Divitior Cræso* in quibusdam. *Cræso*

NOTE

1 *O cui Tarpeias*] Colinus adeptus erat coronam e quercu, qua donabantur victores in ludis quos in honorem Jovis Capitolini instituerat Domitianus. Suetonius in Domitiano cap. 4. et Noster Epig. 1. supra, et lib. VIII. Epig. 82. Juvénalis Sat. VI. 387. 'Cum fære et vino Janum Vestamque rogabat, An Capitollinam deberet Pollio quercum Sperare, et adibus promittere.'

2 *Prima fronde*] Vel quod Jovi sacra, vel quod ab Imperatore prima data fuerat omnium victori Coline.

5 *Lanificas*] Hoc est, tres Parcas, Cloton, Lachosim, et Atropom, quæ dicuntur metiri vitam hominum ex fuis et staminibus quæ ex sua colu-

ment et deducunt. Earum vero officia sic distinguuntur a poetis, ut velint unam esse quæ vitam hominis ordiatur, alteram quæ conterat, tertiam demum quæ filium rescindat. Seneca in Hercule Farente choro primo : 'Dura peragunt pensa sorores, Nec sua retro fila revolvunt.'

7 *Divitior Crispo*] Fuit is vitricus Neronis. Suetonius in Nerone cap. 6. 'Sed et Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est.' De Thræsea actum lib. I. Epig. 9.

8 *Lautior et nitido*] Hinc Meliori librum secundum Sylvarum dedicavit Statius. Nitidus dicitur, quod tanto convivaretur. Lib. II. Epig. 69.

Nil adicit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, et semper de tribus una secat,

10

Meliorē; Lachesis nihil addit penso, atque evolvit fusos sororum, atque una ex tribus semper interfecit.

legit Beverlandus.—10 *Pro secat, alii legunt necat.*

NOTE

10 *Una secat* [*necat*] Alii, *una se-* maneret. Vide lib. I. Epig. 89. lib
cat. Sensus est: Etiamsi dū exarari IX. Epig. 88.
possint, tamen inexorabilis per-

LV.

AD LUCIUM.

LUCI, gloria temporum tuorum;
Qui Graium veterem Tagumque nostrum
Arpis cedere non sinis disertis;
Argivas generatus inter urbes,
Thebas carmine cantet, aut Mycenæ,
Aut claram Rhodon, aut libidinosa

5

O Luci, decus tui avi, qui non permittit ut Graius antiquus, et Tagus noster primas det facundis Arpis; natus in urbibus Græciæ versibus celebret Thebas, aut Mycenæ, aut nobilem Rhodon, aut Lædææ palæstræ libidinosa Lacedæ-

1 Codex Bodl. *temporum novorum.* Gruterus ex Palat. legit *temporum duorum*; præteriti sc. et præsentis.—2 *Qui Gaurum* Ald. Junt. Colin. Gryph.

NOTE

1 *Luci*] Is fuit Poëta Hispanus egregius, qui floruit tempore Domitiani.

2 *Qui Graium*] Veterem dixit, quia, veteribus 'Graius,' posteris vero 'Gravius' fluvius scilicet dictus est, ut affirmant Interpretes, de quo nihil reperi. Gravii populi sunt citerioris Hispaniæ, teste Plinio lib. IV. cap. 20. Legunt alii *Gaurum*: sed Gaurus mons est Campaniæ in Italia: Poëta vero de locis Hispaniæ loquitur, Forte ejusdem nominis mons fuit in Hispania.

3 *Arpis cedere*] Arpi urbs Apuliæ, in

sinibus cujus natus est Horatius. Sensus est: Tu, o Luci, gloria Hispaniæ, qui contendis laude carminis cum Horatio.

4 *Argivas generatus*] Hoc est: Poëtæ Græci celebrent quas urbes, nos Hispani nostras commendemus. Idem Horatius I. Od. 7. 'Laudabunt alii claram Rhodon,' &c.

5 *Aut libidinosa*] Lædææ palæstræ dixit puellarum luctas, quæ nudæ simul cum viris ludos Lacedæmonæ exercebant in honorem Lædæ, quæ cum Jovi placuit, nuda erat in balneo. De his ludis agit Propertius lib. III.

Ledæas Lacedæmonis palæstras.
 Nos, Celtis genitos et ex Iberis,
 Nostræ nomina duriora terræ
 Grato non pudeat referre versu : 10
 Sævo Bilbilin optimam metallo,
 Quæ vincit Chalybasque, Noricosque,
 Et ferro Plateam suo sonantem,
 Quam fluctu tenui, sed inquieto,
 Armorum Salo temperator ambit : 15
 Tutelamque, choroque Rixamarum,
 Et convivia festa Carduarum,
 Et textis Peteron rosis rubentem,
 Atque antiqua patrum theatra Rigas,
 Et certos jaculo levi Silaos, 20

monis: nos vero geniti a Celtis atque ab Iberis, non erubescamus carmine memori dicere asperiora nomina nostræ patriæ: Bilbilim nobilissimam crudeli metallo, quæ superat et Chalybas, et Noricos, et Plateam strepentem suo ferro, quam circumit Salo temperator armorum fluctu exili, sed turbulento, Tutelamque, et choros Rixamarum, et latus epulas Carduarum, et Peteron rubrum rosis textis, et Rigas vetera theatra majorum, et Silaos peritos levis jaculi, et lacus Turgentis, et Petusie,

quod falso attribunt Junio.—16 *Tutelamque* legunt alii. *Rixamarum* edd. vett. *Rixamarum* in aliis.—18 *Petoror* in quibusdam: in aliis *Peterem*, vel *Paterem*.—19 In edd. vett. *ripas*, pro *Rigas*; quod prisci juxta *ripas* ederent spectacula et anrigationes.—20 *Suevos* in Ald. Junt. et Colin. *Suellos* legit Raderus: alii *Suebos*, vel *Silebos*. Raderus dicit *Suellum* sive *Suelum* oppi-

NOTE

Eleg. 12. *Libidinosæ*, vel quod ejus-

modi luctæ parum honestæ essent; vel quod Venus præcipue illic cole-
retur, Epig. 44. supra; vel propter
Helenam.

8 *Nos Celtis*] Hispaniæ populis ad
Iberum, de quibus jam lib. i. Epig.
50.

10 *Grato versu*] Erga patriam.

11 *Sævo Bilbilin*] De qua lib. i.
Epig. 50. et lib. xii. Epig. 18. Fuit
patria Martialis.

12 *Quæ vincit Chalybas*] Populi
sunt Asiæ minoris ad Pontum Euxi-
num circa Bithyniam, ubi ferrum op-
timum.

Noricosque] Germaniæ populos,
hodie, *Bavares*, ubi etiam ferrum

præstans.

13 *Plateam*] Hispaniæ oppidum
ferrariis officinis nobile. Vide lib.
xii. Epig. 18.

15 *Salo*] Flavius Celtiberiæ Lib. i.
Epig. 50.

16 *Tutelamque*] Forte hodie est,
Tudela, ad Iberum. De aliis urbibus
quæ subsequuntur nihil reperio.

Choroque Rixamarum] *Rixamaræ*
sane choreis gaudebant. Legunt alii,
Rixamarum.

19 *Rigas*] Raderus legit *ripas*, si-
minum nempe, juxta quas spectacula
edebant antiqui. Sed prior lectio
videtur retinenda, nempe juxta urbem
Rigas erat forte convallis quæ thea-
trum naturale efficiebat.

Turgentisque lacus, Petusiæque,
 Et parvæ vada pura Vetonissæ,
 Et sanctum Baradonis ilicetum,
 Per quod vel piger ambulat viator;
 Et quæ fortibus excolit juvencis
 Curvæ Manlius arva Matinessæ.
 Hæc tam rustica, delicate lector,
 Rides nomina? rideas licebit.
 Hæc tam rustica malo, quam Bituntos.

26

atque equas limpidas parvæ Vetonissæ, et sanctum ilicetum Baradonis per quod viator ælian iners ambulat, et agros curvæ Matinessæ, quos Manlius excolit validis tauris. O delicate lector, deridesne nomina tam agrestia? Fas erit derideas. Hæc tam agrestia magis mihi placent, quam Britannii.

dum esse Hispaniæ, hodie, *Molena*.—21 *Turentique lacus* codex Bodl. *Turasiæque lacus* in Palat. *Turentique lacus* Beverlandi Ms. *Turisiæque lacus*, vel *Petusiæque lacus* in aliis.—22 *Tovenissæ* in Ald. Junt. et Colin. *Tetonissæ* in aliis: *Vetonissæ* in Pulmanni codice.—23 *Duradonis* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. alii legunt *Baradonis*, vel *Parateonis*.—24 *Et quod* Ald. Junt. et Colin. *Et quæ* in aliis.—25 *Et quod* in edd. vett.—26 *Curvæ Manlius* in Junt. *Matinessæ* Beverlandi Ms. *Vatinessæ*, vel *Vativenessæ* in aliis.—28 Beverlandi Ms. *ridebis*.—29 *Bitunnos* in codice Vaticano. Musambertinus legendum censet, *Britannos*, quod habent Ald. Junt. et Colin. ut sit contentio inter provincias Hispaniarum et Britannorum. Alii legunt, *Butuntos*; alii, *Bitundos*.

NOTE

23 *Illicetum*] Locus est in quo consitæ sunt multæ ilices.

24 *Vel piger*] Ea quippe loca tam amœna sunt, ut vel iners viator in illis libenter ambulet.

29 *Quam Bituntos* [*Britannos*] Hoc est: Licet hæc Hispaniæ loca aspera sint, minus tamen horrida videntur quam Britannica: quasi esset contentio inter Britanniam et Hispa-

niam. Hoc vix capio. Alii itaque melius meo iudicio legunt *Bituntos*, villissimum Apulim oppidum, quod nominis rusticitate superat barbara Hispaniæ oppida quæ hic enumerantur: quasi diceret Poëta: O delicate lector Itale, magis irridere debes tuos Bituntos, de quibus lib. II. Epig. 48, quam nostra hæc oppida.

LVI.

IN GARGILIANUM.

MUNERA quod senibus, viduisque ingentia mittis,
 Vis te munificum, Gargiliane, vocem?

O Gargiliane, cupisne te appellem liberalem, quod mittis senibus et viduis dona

1. Pulmanni codex, *retulique ingenia mittis*, improbante Ramireslo.

Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,

Qui potes insidias dona vocare tuas.

Sic avidis fallax indulget piscibus hamus :

5

Callida sic stultas decipit esca feras.

• Quid sit largiri, quid sit donare, docebo,

Si nescis : dona, Gargiliane, mihi.

maxima ? Nihil fardius est, nec turpius te uno, qui potes munera appellare tuas insidias. Hoc modo dolens hamus obsequitur famelicis piscibus : hoc modo esca versuta fallit feras satuas. Explicabo quid sit largiri, et donare. Si ignoras, O Gargiliane, esto munificus in me.

NOTE

2 Vis te munificum] Viduarum et senum hereditates ais donis captabat, atque ita liberalis haberi non debebat ; sed ejus dona erant insidiae, quibus senum hereditates, tanquam

placens esca, caperet. Lib. v. Epig. 18. et Epig. 69.

8 Dona] Tunc enim sine controversia liberalis videberis, cum nulla a me merces tibi sit expectanda.

LVII.

AD FAUSTINUM.

DUM nos blanda tenent lascivi stagna Lucrini,

Et quæ pumiceis fontibus antra calent ;

Tu colis Argivi regnum, Faustine, coloni,

Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.

Horrida sed fervent Nemesei pectora monstri :

5

Neo satis est, Baias igne calere suo.

Dum fruimur mollihus stagnis lascivi Lucrini, et speluncis quæ fervent pumiceis fontibus ; O Faustine, tu habitas regnum Argivi coloni, quo pervenis cimenens duo millia passuum ab urbe. At terribile pectus monstri Nemesei ardet : nec sufficit

2 Et quæ pumicis fontibus antra rigant in Beverlandi Ma.—3 Argivi codex

NOTE

1 Lascivi stagna] Lucrinus lacus est in Campania, de quo jam lib. i. Epig. 63. Lascivum dixit ob delicias, et loci amoenitatem, et hominum illic lascivientium frequentiam.

2 Et quæ pumicis] Hoc est, fontibus e pumice vel topho scaturientibus, quorum aquæ sunt calidæ.

3 Tu colis] Hoc est, tu manes Tiburæ, quod condidit Catillus quidam

Argivus qui et Tiburnus dictus est. Vide Statium Sylv. lib. i. in Tiburtino Manili. Horatius ii. Od. 6. 'Tibur Argeo positum colono.'

5 Nemesei pectora] Hoc est, leonis in sylvâ Nemeæ ab Hercule intercepti, et relati inter astra. Sol autem mense Augusto ingressus Leonem ardores augeat. Pectora dixit, quod in Leonis pectore, inquit Ramiresius,

Ergo sacri fontes et littora grata valete,
 Nympharum pariter Nereidumque domus.
 Herculeos colles gelida vos vincite bruma,
 Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

10

Batas fervere suo aestu. Itaque valete, o sacri fontes, et sacra littora, domicilium Nympharum simul et Nereidum. Vos quidem hyema frigida superate Herculeos colles, nunc primas date frigoribus Tiburis.

Pulmanni. *Argoi Thuan. Argolici cod. Vat.*—7 Salmasius legit, *littora Grata*: alii, *littora sacra*. Lectionem nostram e vett. codd. dedit Gruterus. Vide Var. Notas, ubi *Grata* perperam Grutero ascribitur.

NOTÆ

astrum est fulgentissimum, ab Astrologis dictum cor Leonis.

6 *Nec satis est*] Aquis enim ferventibus Solis calor additur.

7 *Littora grata*[*sacra*] Legunt alii, *littora grata*, aliis scilicet anni tempestatibus.

8 *Nympharum*] Pontes III Nymphis sacri, mare vero Nereidibus sacrum.

9 *Herculeos colles*] Tibure enim Hercules colebatur: lib. I. Epig. 18. 'Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces.'

LVIII.

IN GALLAM.

IN tenebris luges amissum, Galla, maritum.
 Nam plorare pudet te, puto, Galla, virum.

O Galla, secreto desles virum mortuum. O Galla, numquid, opinor, erubescis deslere maritum?

2 *Jam plorare pudet* Beverlandi Ms. *Non plorare pudet* Gruterus. *Num plorare pudet* in edd. vett. *Nam plorare pudet* eodd. Pulmanni et Scriverii. Vide Var. Notas.

NOTÆ

2 *Nam* [*Num*] *plorare*] Galla vivente viro tam impudica fuerat, ut eum mortuum palam deslere, merito illam puderet: vel fiebat, quod illam utpote infamem mortuo marito uxorem nullus esset ducturus. Lib. IX.

Epig. 6. Epig. vero 34. lib. I. secretas lacrymas laudat noster Poëta: 'Ille dolet vere, qui sine teste dolet.' Legunt alii: *Nam plorare pudet te, puto, Galla, virum.*

LIX.

DE VIPERA ELECTRO INCLUSA.

FLENTIBUS Heliadum ramis dum vipera repit,

Fluxit in obstantem succina gemma feram:

Quæ dum miratur pingui se rære teneri,

Concreto riguit vincta repente gelu.

Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulcro;

Vipera si tumulo nobiliore jacet.

5

Dum vipera serpit per flentes ramos Heliadum, succina gemma lapsa est in feram obstantem: quæ dum miratur se astringi humore denso, subito induruit implicita concreto gelu. O Cleopatra, ne te jactes de tumulo regio, si vipera conditur splendidiore monumento.

1 Pulman. Lang. Junian. Delph. &c. *dum vipera serpit*: Gruterus præfert, *dum vipera repit*.—2 In quibusdam, *gutta feram*.—4 Codex Pulmanni, *vincta repente gelu*. Verba *vincta* et *vincta* sæpe permutantur a librariis. Vide nos ad Tibull. 1. 2. 2.

NOTÆ

1 *Flentibus Heliadum*] Heliades dictæ sunt Phaëthontis sorores, cujus casum deflentes ad Padi ripas in populos fuerunt conversæ, ex quarum ramis fuit electrum. Vide Epig. 25. et 32. supra.

2 *Fluxit in obstantem*] Poëtice laudat hujus operis artificium: nam adeo affabre electro inclusa fuerat vipera, ut casu succini visco implicita videretur.

Succina gemma] Legunt alii suc-

cina gutta, ut lib. vi. Epig. 15. 'Implevit tenuem succina gutta feram.'

3 *Ne tibi*] De morte Cleopatrarum vide Suetonium in Augusto, cap. 17. 'Qui ambobus,' Cleopatrarum scilicet et Antonio, 'communem sepulturam honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit.' Nobilius erat hoc viperæ mausoleum, quippe quod totum electro esset ædificatum.

LX.

DE CURIATIO.

ARDEA solstitio, Castranaque rura petantur,

Quique Cleonæo sidere fervet ager;

Solstitio adeamus Ardeam, et rura Pestana, et agrum qui calet sidere Leo-

1 *Pestannaque rura* in Junt. *Pastannaque rura* in aliis vett.—5 Beverlandi Ms. *quin mora*.

NOTE

1 *Ardea solstitio*] Æstivo scilicet, dea vero urbs erat Latii sub celo quo calor est vehementissimus. Ar-

calidissimo posita, de qua Livius lib.

Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras,
Inter laudatas ad Styga missus aquas.
Nullo fata loco possis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

5

nis: cum Curiatius damnet coelum Tiberis, missus ad inferos inter celebratas aquas illius. Nullo loco possis arcere fata: cum mors accenderit, Sardinia est in medio Tibure.

NOTÆ

1. 'Dum Tarquinius obsidet Ardeam, exactus est regno.' Latium hodie, *Campania di Roma.*

Castranque[Pæstanaque]rura] Pæstanus sinus in Lucania, a Pæsto urbe nomen sortitus, hodie, *Golfo di Selterno.*

2 *Quique Cleonæ*] Intelligo Leonem, in cœlum relatum, quem Hercules interfecit in Nemæa Peloponnesi sylva, juxta Cleonam urbem. Augusto mense vehementissimis caloribus terram accendit Leo. Ager hic Baianus intelligitur; Balas enim

aquis et pectore Leonis fervere dixit supra Epig. 57.

3 *Cum Tiburtinas*] Hoc est, cum Curiatius perierit Tibure loco saluberrimo, hodie, *Tivoli.*

4 *Ad Styga*] ~~Pons~~ est Arctadium, cujus aqua est frigidissima, omnibus animalibus est exitiosa. Poëtæ fabulantur paludem esse apud inferos.

5 *Sardinia est*] Insula nota: hoc est, Cum fati necessitas advenerit, perinde morieris Tibure, ac in Sardinia, etsi Tiberis cœlum salubre, Sardinie vero pestilens est.

LXI.

IN MANCINUM.

DONASSE amicum tibi ducenta, Mancine,
Nuper superbo lætus ore jactasti.
Quartus dies est, in schola Poëtarum
Dum fabulamur, millibus decem dixti
Emtas lacernas munus esse Pompillæ;
Sardonycha verum, lineisque ter cinctum,

5

O Mancine, hilaris nuper gloriatus es ore superbo, te dono accepisse ducenta ab amico. Quarta lux est, dum fabulamur in schola Poëtarum, dixisti lacernas emtas decem millibus esse donum Pompillæ. Jurasti Bassam et Catiam tibi donasse sar-

~~~~~

6 *Sardonychas auro Anteisque ter cinctum* in Ald. Junt. Colln. &c. *Sardonychas auro lineisque ter vinctos* in aliis. *Sardonychia* veris citat Pulmannus, et *Sardonycha* verum legi jussit. Codex Palatinus habet: *Lychenitisque cerytum*;

## NOTÆ

1 *Ducenta*] Millia sestertium.

2 *In schola Poëtarum*] In quam ad recitandum conveniebant Poëtæ. Ille autem locus confabulationibus erat

aptissimus.

3 *Emtas lacernas*] Lacerna togæ superinduebatur ad arcendum frigus, inquit Bayfius.

Duasque similes fluctibus maris gemmas

Dedisse Bassam Cæliamque jurasti.

Here, de theatro, Pollione cantante,

Cum subito abires, dum fugis, loquebaris,

10

Hæreditatis tibi trecenta venisse :

Et mane centum; et post meridiem centum.

Quid tibi sodales fecimus mali tantum ?

Miserere jam, crudelis, et sile tandem.

Aut, si tacere lingua non potest ista,

15

Aliquando narra, quod velimus audire.

*donycha verum, et circumdatum tribus lineis, et duas gemmas concolores fluctibus maris. Cum heri repente discederes ex theatro, Pollione cantante, dum fugis, dicebas, tibi obvenisse hæreditatem trecentorum; et mane centum, et post meridiem centum. Quo tanto malo te affecimus nos socii ? O inhumane, jam miserere, et tandem tace. Aut si ista lingua allere nequit, o Mancine, aliquando narra quod cupiamus.*

unde Rutgersius conj. *Lychnin atque ceritis*; quæ nomina gemmarum. *lychni-*  
*danque et ceritem* tamen ex Palat. citat Beverlandus.—16 In edd. vett. quod  
*Mancine* velimus. Cod. Pulmanni, *quod velimus audire*.

#### NOTÆ

6 *Sardonycha verum*] Sic lib. ix. Epig. 60. 'Sardonychæ veros mensaqueavit in omni,' id est, non adulterinos.

*Lincisque ter cinctum*] Sardonyx enim tribus lineis, nigra scilicet, candida, et miniata cingitur. Plinius lib. xxxvii. cap. 12. 'Sardonyches a Cerannis glutinantur gemmis, ita ut ars deprehendi non possit, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio sumtis.' Legunt alii: *Sardonychas auro, lincisque ter cinctum*.

7 *Duasque similes*] Forte *cyaneos*,

Gallice, *turquoises*.

8 *Bassam Cæliamque*] Nomina mulierum ficta.

9 *Pollione cantante*] Citharædo nobili, de quo Juvenalis Sat. vi. 388.

13 *Quid tibi fecimus*] Ut nos vanissimis felicitatum tuarum narrationibus quotidie cruciaretur.

16 *Aliquando narra*] Te nempe aliquam fecisse jacturam, atque hoc nobis erit auditu jucundissimum; vel narra aliud quidpiam, unde nobis lucrum obvenire possit.

## LXII.

DE LYCORI.

TIBUR in Herculeum migravit nigra Lycoris,

Omnia dum fieri candida credit ibi.

*Nigra Lycoris petiit Tibur dicuntur Herculi, dum putat illic albescere omnia.*

1 Beverlandi Ms. exhibet: *migravit fusca Lycoris*, ut infra.

## NOTE

1 *Tiber]* Cujus cœlum erat frigidum, eoque candidior illic mulierum Tiburtinis albescere collibus audit Antiqui dentis fusca Lycoris ebur.'  
 Forma. Vide lib. vii. Epig. 12. 'Dum

## LXIII.

## DE CÆRELLIA.

DUM petit a Baulis mater Cærellia Baias,  
 Occidit insani crimine mersa freti.  
 Gloria quanta perit vobis! hæc monstra Neroni  
 Nec quondam jussæ præstiteratis aquæ.

*Dum mater Cærellia à Baias a Baulis, demersa perit crimine maris furentis. O munda, quantum decus amittitis! olim nec imperata exhibueratis hæc monstra Neroni.*

1 *Cærellia* in edd. vett. *Cærellia* Heins. ad Ovid. Art. Am. i. 255.

## NOTE

1 *Dum petit a Baulis]* Villa in litore Campaniæ non procul a Baia. cupierat. Suetonius in Nerone cap. 34. et Tacitus Annal. xiv. Hanc gloriam amiserant illæ aquæ, cum sponte et ultro Cærelliam hausissent.  
 2 *Gloria]* Hæc aquarum gloria Hæc monstra] Naufragium nempe, et mortem.  
 nequidem jussæ, ut fingit Poëta, fuerant obsecutæ Neroni, qui matrem suam Agrippinam his in aquis perire

## LXIV.

## DE HORTIS JULII MARTIALIS.

JULI jugera pauca Martialis,  
 Hortis Hesperidum beatiora,

*Pauca jugera Julii Martialis fertiliora hortis Hesperidum recubant in longo ver-*

*De Hortis Martialis* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. &c.—  
 1 *Tullii* in iisdem. *Julii* codd. Pulmanni, Junii, Græteri et Palat.—4 Ald. Junt.

## NOTE

1 *Julii]* Ut lib. vii. Epig. 16. 'Julii bibliotheca Martialis,' cujus commendat hortum. Huic Martiali mit-  
 tit sextum librum, ut patet ex primo Epigrammate. Male ergo alii scri-  
 bunt *Tullii Martialis*.  
 2 *Hesperidum]* Atlantis filie, quibus hortos tribuunt Poëta aureis pomis pretiosos. Vide lib. Spect. Epig. 21.

Longo Janiculi jugo recumbunt:  
 Lati collibus imminent recessus:  
 Et planus modico tumore vertex 5  
 Cœlo perfruitur serenior:  
 Et curvas nebula tegente valles  
 Solus luce nitet peculiari:  
 Puris leniter admoventur astris  
 Celsæ culmina delicata villæ. 10  
 Hinc septem dominos videre montes,  
 Et totam licet æstimare Romam,  
 Albanos quoque, Tusculosque colles,  
 Et quodcumque jacet sub urbe frigus,  
 Fidenas veteres, brevesque Rubras, 15  
 Et quod virgineo cruore gaudet,

*tice Janiculi: amplæ solitudines impendent collibus: atque exiguo tumulo cacumen æquum potitur aëre puriore: et solum nitescit proprio lumine, caligine occultante curvas valles: delicata fastigia villarum alta placide accedunt ad sidera serena. Hinc fas est spectare septem montes dominos, et circumspicere totam Romam et Albana juga, et Tuscula, atque omnia loca frigida suburbana, Fidenas antiquas, et parvas Rubras, et sylvam pomiferam Anna Perenna, quæ latatur vir-*

Colin. Gryph. *eminent*; et sic Beverlandi Ms.—11 Pulmanni codex *domino*, i. e. Julio Martiali.—15 Beverlandi Ms. *brevesque Rufas*. Rufarum meminuit Livius. Sic Virgilii codex Florent. 'Rufas'.—16 *Et quod virgineo canore gaudet* Heins. ad Ovid. Fast. III. 675. 'Nec Interpp.' inquit, 'quid sibi velit cruor iste virgineus assequuntur. Si quis apud Martialem malit, *virgineo rubore gaudet*, ut ad obscœna carmina respiciatur, nil repugno.' Vide lib. VI.

## NOTE

8 *Longo Janiculi*] Ab Aventino et Vaticano ad pontem Mulvium, vel Milvium, usque porrigebatur Janiculum.

11 *Hinc septem*] Palatinus, Capitolinus, Quirinalis, Cælius, Æsquilius, Viminalis, Aventinus vocantur, quibus imposita Roma orbis domina.

12 *Æstimare Romam*] Hoc est, prospicere et considerare. Lib. VII. Epig. 16. 'Ruris bibliotheca delicati Vicinam videt unde lector urbem.'

13 *Albanos*] Colles Latii intellige.

15 *Fidenas veteres*] Quia Roma antiquiores. Rubras vero parvum oppidum circa Tibur fuisse existimat

Ortellius.

16 *Et quod virgineo*] Anna Perenna, vel Perenna, Didonis soror, in Italia apud Æneam exulavit, atque in amnem Numicum, ut Lavinia insidias declinaret, se præcipitem dedit, et tandem pro Dea culta est. Ovid. Fast. III. 'Ipsa loqui visa est: Placidi sum Nympha Numici, Amæ perenne latens, Anna Perenna vocor.' Macrobius lib. I. cap. 12. 'Eodem quoque mense, (Martio nempe,) et publice et privatim ad Annam Perennam sacrificatum itur; ut annare perennareque commode liceat.' Hoc est, per annos durare. Virgineum

Annæ pomiferum nemus Perannæ.  
 Illic Flaminiae Salariaeque  
 Gestator patet, essedo tacente,  
 Ne blando rota sit molesta somno, 20  
 Quem nec rumpere nauticum celeusma,  
 Nec clamor valet helciariorum;  
 Cum sit tam prope Mulvius, sacrumque  
 Lapsæ per Tiberim volent carinæ.  
 Hoc rus (seu potius domus vocanda est) 25  
 Commendat dominus; tuam putabis:  
 Tam non invida, tamque liberalis,  
 Tam comi patet hospitalitate.  
 Credas Alcinoi pios Penates,  
 Aut facti modo divitis Molorchi. 30

*gineo sanguine. Illic prospicitur gestator curtus in via Flaminia et Salaria curru non strepente, ne rota sit incommoda molli somno, quem nec turbare potest cohortatio nautarum, nec clamor helciariorum: licet Mulvius sit tam vicinus, et naves volent dilapsæ per sacrum Tiberim. Hæc villa, seu potius domus est appellanda, commendatur ab hero, existimabis tuam: tam amica, tam benigna, tam liberali hospitalitate aperta est. Putes piam domum Alcinoi, aut Molorchi paulo ante*

~~~~~  
 Epig. 47.—17 Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Perenna*; et sic legit ad Ovid. loco modo citato.—19 *Gestator tacet* Beverlandi Ms. *Gestator jacet* codex Pulmanni.—21 Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. &c. *nauticum celeusma*.—28 *Tam comi pater* Beverlandi Ms.—31 In eodem, *quæ*

NOTÆ

cruorem dixit propter victimarum sanguinem, quæ Dianæ virginis in nemore Aricino immolarentur, teste Strabone lib. v. Vel quod illic, ut ait Domitius, flagellis caderentur pueri, ut Lacedæmone ex ritu Thoantio. Alii Annam Perennam affirmantem fuisse ortam Bovillis prope Romam, quæ populo in montem per seditionem digresso victum tulerit; in ejus memoriam hæc celebritas tandem instituta est. Hæc est Raderi sententia, quæ mihi verisimilior videtur.

18 *Flaminia*] Via sic dicta a Flaminio consule, qui ad lacum Trasimenum ab Annibale interfectus est. Salaria ducebat in Sabinos, atque a

sale nomen sortita est, quia per eam Sabini sal a mari Romam deferebant.

19 *Gestator*] Currus nempe in quo ambulantes per urbem gestabantur: etenim pro lecticario summi non mihi videtur, propter sequentia verba, *essedo tacente*.

21 *Nauticum celeusma*] Est verbum Græcum nautarum proprium, Latine cohortatio.

22 *Helciariorum*] Helciarli sunt ii qui onera moliuntur funibus, vel qui naves deducunt, aut remulco trahunt.

28 *Mulvius*] Alii *Milevius*, pons, hodie, *Ponte Molo*, ultra primum ab urbe lapidem.

29 *Credas Alcinoi*] Alcinoüs regna-

Vos nunc omnia parva qui putatis,
 Centeno gelidum ligone Tibur,
 Vel Præneste domate, pendulamque
 Uni dedite Setiam colono:
 Dum, me iudice, præferantur istis
 Julii jugera pauca Martialis.

35

*locupletati. Vos nunc, qui creditis omnia exigua, colite frigidum Tibur centum
 ligonibus, aut Præneste, et tradite uno agricultori acclivem Setiam: dum me
 arbitro, pauca jugera Julii Martialis anteponantur istis.*

putatis.—34 Uni deditis etiam in eodem Mo.—36 Tulli edd. vett. ut supra vs. 1.

NOTE

vit in Corcyra insula, et benigno hospitio Ulysses naufragum excepit. Homer. Odys. 2.

30 *Divitis Molorchi*] Molorchas pastor venientem ad leonem Nemeam opprimendum humanissime excepit Herculem: factus vero dives dicitur, quia Domitianus fanum Herculi exstruxerat, lib. III. Epig. 65. juxta quod Molorcho sacellum ædificavit multis donis locupletatum, de quo Statius Sylv. 17.

32 *Centeno ligone*] Hoc est, centum

servis colite fundos amplissimos.

Tibur Vel Præneste] Latii urbes, hodie Tivoli, et Pilastrina.

34 *Setiam [Setiam]* Alti Setiam, Latinorum urbs mediterranea, hodie Sezza. Lib. XIII. Epigr. 112. 'Pendula Pontinos qua spectat Setia campos.'

35 *Dum, me iudice*] Sensus est: Fundi Tiburtini, Prænestini, et Setini sunt optimi: attamen Julii Martialis horti omnibus illis sunt anteponendi.

LXV.

DE PHILÆNI.

OCULO Philænis semper altero plorat.
 Quo fiat istud, quæritis, modo? lusca est.

Philænis perpetuo flet altero oculo. Rogatis qua ratione id fiat? Lusca est.

In hoc Epigrammate exhibendo non variant libri exarsi aut manu exarati.

NOTE

2 *Lusca est*] Obiter naturæ vitium utroque oculo plerasset, nisi altero in illa muliere irridet Poëta, quæ carnisset.

LXVI.

AD LINUM.

EGISTI vitam semper, Line, municipalem:

Qua nihil omnino vilius esse potest.

Idibus, et raris togula est excussa Kalendis:

Duxit et æstates synthesis una decem.

Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemtum: 5

Sylvæ graves turdos exagitata dedit.

Raptus flumineo venit de gurgite piscis:

Vina rubens fudit non peregrina cadus.

Nec tener Argolica missus de gente minister,

Sed stetit inculti rustica turba foci. 10

Villica vel duri compressa est nupta coloni,

Incaluit quoties saucia vena mero.

O Line, semper duxisti vitam municipalem, qua nihil prorsus suavius potest esse. Togula est excussa Idibus, et raris Kalendis: atque una synthesis egit decem annos. Saltus tibi suppeditavit aprum, campus leporem non emtum; sylva vexata præbuit turdos pingues. Piscis allatus est tractus ex voragine fluviali: cadus ruber fudit vina non externa. Nec servus mollis missus ex natione Græca, sed agrestis multitudo foci inculti stetit. . . . Nec flamma obfuit aedibus, nec

2 In edd. vett. *dulcius esse potest*. Ramiresius legit: *durius esse potest*; dure nimis, inquit Farnabius. Gruterus ex trium codd. fide correxit: *vilius esse potest*, ut lib. vii. Epig. 27. 'vilius esuro,' i. e. minori sumtu.—3 Heraldus e vet. cod. legit: *togula est tibi sumta*, quod interpretamentum esse alicujus Grammatistæ existimat Ramiresius: ita tamen codex Pulmanni.—9 *Nec tenet Junt. an.*

NOTÆ

1 *Egisti vitam*] Linum quendam ad inopiam redactum irridet Poëta. Municipalem vitam dixit pro agresti; in Municipiis enim, quæ erant oppida civitate donata certa lege, vita ducebatur sobria et frugalis, at vero in urbe lauta et delicata.

2 *Vilius [dulcius] esse*] Legunt alii *vilius*, alii *durius*.

3 *Togula est excussa*] Alii *est tibi sumta*. Kalendis et Idibus sacrificia publica fiebant, populusque togatus conveniebat. Kalendæ autem Junoni, Idus vero sacræ erant Jovi. Ovid. Fast. i. 'Vindicat Ausonias Junonis

cura Kalendas; Idibus alba Jovi grandior agna cadit.' Excussa, hoc est, explicata est togula, dum enim ex arca depromuntur collectæ vestes, ut plurimum excutuntur.

4 *Synthesis*] Vestis nempe cœnatoria, de qua lib. ii. Epig. 46.

5 *Saltus aprum*] Hoc est, venaris, piscaris, et vindemias colligis in tuis prædiis.

9 *Nec tener Argolica*] Hoc est, nec Græcus puer ingenti pretio comparatus, sed rustica proles a pedibus stetit.

Nec nocuit tectis ignis, nec Sirius agris :

Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis.

Supposita est blando nunquam tibi tessera talo : 15

Alea sed parcæ sola fuere nuces.

Dic ubi sit decies, mater quod avara reliquit ?

Nusquam est : fecisti rem, Line, difficilem.

Canicula campis : nec ulla navis tua demersa est mari, nec fluit. Tu nunquam substituiisti tesseram talo jucundo : sed subiisti solam aleam parcarum nucium. Profer, ubi sit decies, quod reliquit avara genitrix ? nullibi est : O Line, fecisti rem difficilem.

1512.—14 *Nec merces pelago perdidit ulla ratis, vel Nec merces pelago prodidit ulla ratis* conj. Ant. de Rooy. Cf. lib. v. Epig. 43. Hand ineleganter, inquit, navis merces pelago 'prodere' dicitur pro 'effundere,' atque adeo possessorem spe fraudare. Vide quæ de hac verbi hujus notione dat Gronov. Obs. lib. III. cap. 20. Deinde dubitat scripseritne Martialis : *Nec mersas pelago obruit unda rates*, vel *Nec mersas pelagi obruit unda rates*. Cf. Virg. *Æn.* I. 73. Nostr. infra IX. 41. Lucan. III. 195. Ovid. *Amor.* II. 11. 1. Pont. I. 5. 39. Trist. II. 196. Nec est, quod hiatum moremur. Sæpius hunc vel primi ordinis Vates neglexisse, noverunt illi, qui Veterum monumenta versarunt. Vide Canneget. ad Avian. Fab. XXVIII. 12. Vonk. Lect. Lat. II. 6. Miscell. Obs. Vol. X. p. 190. Barth. ad Calpurn. *Ecl.* v. 12. Wasii Senar. c. 4. et Voss. Art. Gramm. lib. II. cap. 14. *nec fuit ulla ratis* Beverlandi Ms.—16 Idem Ant. de Rooy conj. *tota fuere nuces*. Cf. Ovid. *Nuc.* 75.

NOTE

15 *Supposita est blando*] Hoc est, non decoxisti patrimonium tesseras : lusores autem solebant a minori ludo, a talis nempe, incipere, mox animis incalcescentibus, depositis talis, supponebantur tesserae, in quibus major erat alea : lib. XIV. Epig. 15. 'Non sim talorum numero par tessera, dum sit Major, quam talis, alea sæpe mihi.'

16 *Alea sed parcæ*] Hoc est, sed victoriæ præmium erant nuces.

17 *Ubi sit decies*] Post adverbium 'decies,' 'trices,' &c. intellige semper centena millia sestertium.

18 *Fecisti rem*] Hoc est, rem familiarem dissipans : fecisti rem difficilem sane, et cujus ratio non apparet. Hic est sensus istius loci, licet referendus videatur ad vitam municipalem gravem et laboriosam : vel forte intelligit secretum Lini flagitium, quod totum ejus patrimonium exhaurerat.

LXVII.

IN PRÆTOREM.

PRÆTOREM pauper centum sestertia Gaurus

Orabat cana notus amicitia.

Gaurus egenus cognitus cara amicitia rogabat Prætorem centum sestertia.

2 *Orabat cara* in edd. vett. ut lib. I. Epig. 20. *nota carus amicitia* in Bever-

Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis,
 Ut posset domino plaudere justus eques.
 Prætor ait: Scis me Scorpo, Thalloque daturum; 5
 Atque utinam centum millia sola darem.
 Ah pudet ingratae, pudet ah male divitis arcæ!
 Quod non vis equiti, vis dare, Prætor, equo?

Atque aiebat hæc tantum deesse suis trecentis, ut justus eques posset plaudere domino. Prætor respondet: Teneas me donaturum Scorpo, et Thallo: atque utinam donarem tantum centum millia. Ah erubescio arcam ingratam, et male locupletem. O Prætor, placeatne donare equo quod non donas equiti?

landi Ms.—4 In eodem Ms. *jussus eques*; et sic Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Lang. &c. Cf. lib. i. Epig. 104. Verba *jussus* et *justus* passim permutantur. —5 *Strope* Beverlandi Ms. *Thalloque daturum* in edd. vet. *Thalloque* debetur Lipsio Epist. Quæst. i. 5.—8 *Quod non das equiti* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. Delph. &c.

NOTÆ

3 *Deesse trecentis*] Quadringenta sestertia in censu habere debebant equites. Vide lib. v. Epig. 26.

4 *Posset domino*] Hoc est, ut posset intra equites sedere, et advenienti in amphitheatrum domino Domitiano plausum dare: lib. vi. Epig. 34.

5 *Scis me Scorpo*] Thallus et Scopus nobilissimierant agitadores: mortem Scorpi deflet Poëta lib. x. Epig. 50. 53. 74. Alii legunt *Thalloque*. Sed legendum *Thallo*, inquit Raderus, ad-

ducta veteri inscriptione ubi fit mentio *Thalli*.

7 *Male divitis arcæ*] Quia Prætor abutebatur suis opibus, nec illas cum amicis communicabat.

8 *Equo*] Status equestres, inter alia victoriæ præmia, agitatoribus excitabantur ab iis qui fautores illorum se profitebantur. *Dare equo*, hoc est, status equestri erigendæ, vel homini qui nihil aliud novit quam equos agitare?

LXVIII.

AD SEXTUM.

INVITAS centum quadrantibus, et bene coenas.
 Ut coenem invitor, Sexte, an ut invideam?

Vocas ad cenam centum quadrantibus, tu laute epularis. O Sexte, an vocer ut epuler, an ut invideam?

Hujus Epigrammatis lectionem non variant libri manuscripti aut impressi.

NOTÆ

1 *Invitas*] Sexti cujusdam impudentiam carpit, a quo tenui sportulæ pretio fuerat invitatus, hoc est, cibos

viliis pretii Poëtæ, sibi autem lautissimæ apponi jusserat Sextus. Vide lib. iiii. Epig. 7.

LXIX.

AD PAPILUM.

Tu Setina quidem semper, vel Massica ponis,
 Papile: sed rumor tam bona vina negat.
 Diceris hac factus cœlebs quater esse lagena.
 Nec puto, nec credo, Papile, nec sitio.

O Pamphile, tu quidem semper apponis Setina aut Massica; sed fama inficiatur esse vina tam bona. Diceris quater evasisse viduus hac lagena. Nec opinor, nec fidem adhibeo, o Pamphile, nec sitio.

Ad Papyllum inscriptio est in codice Thuan. Ad Pamphilum in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. &c.—1 Massica potas Beverlandi Ms.

NOTE

1 *Tu Setina*] De Setia Latii urbe, unde vinum Setinum dictum, Epig. 51. supra. De vino Massico egimus lib. III. Epig. 26.

2 *Sed rumor*] Serpebat quippe rumor vina a Pamphilo apponi infecta

veneno.

3 *Diceris hac factus*] Hoc est, quatuor uxores veneno necasse.

4 *Nec puto*] Sensus est: Non credo quidem verum esse illum rumorem: attamen experimento discere nolo.

LXX.

DE AMMIANO AD MARONILLUM.

NIHIL Ammiano, præter aridam restem
 Moriens reliquit ultimis pater ceris.

Genitor occumbens ultimis tabulis nihil reliquit Ammiano præter aridam vestem.

1 *Mamiano* in cod. Florent. Ramiresius legit *vestem* pro *restem*, et, ut credit, meliorem sensu; quod arida vestis sit sola vestis, nulla alia re adhibita.

NOTE

1 *Præter aridam restem* [*vestem*] Hoc est, tritam, inquit Domitius: at Lipsius Elect. I. cap. 18. legit *restem*. Sensus est: Pater perditio filio Ammiano restem seu laqueum, quo se suspenderet, testamento reliquit.

2 *Ultimis pater ceris*] Hoc est, in

suo testamento, vel ultima testamenti parte: in prioribus vero ceris alios sane hæredes scripserat: in tabulis autem incertis scribere solebant veteres, unde quævis scriptum, vel etiam tabulæ, dicerentur ceræ.

Fieri putaret posse quis, Maronille,
Ut Ammianus mortuum patrem nollet ?

O Maronilla, quis credat potuisse fieri ut Ammianus cuperet genitorem non esse defunctum ?

Sic est etiam in edd. vett. Ald. Junt. Colin. Gryph.—3 *Fieri putet potuisse in iisdem vett. putat posse cod. Vat. putaret posse cod. Florent. Marulline Beverlandi Ms.*—4 *Mamianus cod. Florent.*

NOTÆ

4 *Mortuum nollet*] Vivum patrem prodigus Ammianus optabat mortuum, quia sperabat copiosam adepturum se hereditatem: mortuum optabat vivum, quia moriens nihil ipsi reliquerat præter restem: ab eo autem dum viveret, semper aliquid accipiebat, quo vitam hilarem duceret. Turpior sensus posset colligi ex lib. II. Epig. 4.

LXXI.

AD SOPHRONIUM RUPUM.

QUÆRO diu totam, Sophroni Rufe, per urbem,
Si qua puella neget; nulla puella negat.
Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare,
Tanquam non liceat; nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? castæ sunt mille: quid ergo 5
Casta facit? non dat; non tamen illa negat.

O Sophroni Rufe, diu investigo per totam civitatem, si qua puella recusat: nulla puella recusat. Quasi non æquum sit: quasi inhonestum sit recusare: quasi non liceat, nulla puella recusat. Ergo nulla est pudica. Mille sunt pudicæ. Quid igitur agit pudica? Non dat ultro: nihilominus illa rogata non recusat.

Ad Sophronium inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. Julian. &c. *Ad Sempronium* in aliis. *Ad Saphronium* in cod. Thuan.—1 *Beverlandi Ms. per urbem.*

NOTÆ

2 *Si qua puella*] Forte negantem puellarum, in quam tanta propensione feruntur, ut roganti negare nequeant.

LXXII.

AD QUINTUM.

EXIGIS, ut donem nostros tibi, Quinte, libellos.
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.

O Quinte, postulas ut tibi dam nostros libros. Illi non sunt penes me, at sunt

Æs dabo pro nugis, et emam tua carmina sanus?

Non, inquis, faciam tam fatue: nec ego.

penes bibliopolem Tryphonem. An dabo pecuniam pro ineptiis, et sanus emam tuos versus? Non tam stulle agam, ais: nec ego.

3 Beverlandi Ms. *et emam tua carmina si vis.*

NOTÆ

2 *Bibliopola Tryphon*] De quo iterum lib. XIII. Epig. 8.

4 *Nec ego*] Hoc est, nec ego tam fatuus ero, qui tibi gratis donem meos libros. Istius Quinti avaritiam argute

carpit, qui paucos impendere nummos recusabat, ut sibi hos libros compararet, quos tamen legere summo studio expetebat. Lib. I. Epig. 118.

LXXIII.

DE VESTINO.

Cum gravis extremas Vestinus duceret horas,

Et jam per Stygias esset iturus aquas;

Ultima volentes orabat pensa sorores,

Ut traherent parva stamina pulla mora.

Jam sibi defunctus, caris dum vivit amicis;

5

Moverunt tetricas tam pia vota Deas.

Tum largas partitus opes, a luce recessit:

Seque mori post hoc credidit ille senem.

Cum Vestinus agrotus ageret ultimas horas, et jam esset petiturus undas Stygias, rogavit sorores versantes pensa extrema, ut afferrent brevem dilationem nigris staminibus. Jam sibi mortuus, dum spiritum ducit pro dilectis amicis, vota tam pia flexerunt Deas truces. Distributis tam copiosis divitiis exiit e vita: et deinde existimavit se interire senem.

2 *Et tam* Junt. an. 1512.—3 *Ald. Junt. Collin. Gryph. &c. oravit.*—4 *Codex Vat. stamina nulla.* Alii legunt, *stamina nigra.*—5 *Codex Florent. carus.*—6 Alii legunt, *posthac:* alii *post hæc.*

NOTÆ

1 *Vestinus*] Filius fuit illius Vestini, teste Lipsio in lib. xv. Annalium Taciti, qui damnatus a Nerone præter omnem culpam est interfectus.

3 *Ultima volentes*] Parcas intellege, quæ hominum vitam nere diennatur: pulla vero earum stamina mortem cito minantur, lib. vi. Epig. 58. candida autem protrahunt. Juvenalis Sat. xii. 65.

5 *Jam sibi defunctus*] Non vitæ desiderio tenebatur Vestinus: sed hanc moram orabat, ut bona sua amicis partiretur.

6 *Senem*] Idem ingeniose dixit lib. x. Epig. 52. de Scorpo: 'Dum numerat palmas credidit esse senem:' a virtute enim et præclare factis annos numerare debent mortales.

LXXIV.

DE DAMIS.

ASPICIS, imbelles tentent quam fortia damæ
 Prælia? tam timidis quanta sit ira feris?
 In mortem parvis concurrere frontibus audent.
 Vis, Cæsar, damis parcere? mitte canes.

Videsne quam strenua certamina experiantur damæ imbecilles? quantam iracundiam habeant feræ tam ignavæ? Non dubitant exiguis frontibus oppetere mortem. O Cæsar, placetne ignoscere damis? Immitte canes.

Ad Cæsarem inscribitur in Beverlandi Ms.—3 In eodem frontibus ardent; et sic Gruterus ex marginali lectione Collinæ legere mallet, modo illa lectio aliquo codice confirmaretur.

NOTÆ

1 *Aspicis, imbelles*] Nota hoc distichum elegantibus antithetis ornari, et vide Epig. 35. supra, ubi pugnam huic similem descripsit Poëta.

4 *Mitte canes*] Argute Epigramma concludit: quid enim magis abhorrent damæ, quam canes? Tam ferociter tamen inter se decertabant damæ

ut essent casuræ, nisi canum latratu a se invicem diremtæ fuissent. Similis est joens lib. 1. Epig. 49. 'Si vitare canum morsus, lepus improbe, queris, Ad quæ confugas, ora leonis habes.' Sic intelligo: Minus damis timendum est a canibus, quam a semetipsis.

LXXV.

DE NIGRINA.

O FELIX animo, felix, Nigrina, marito,
 Atque inter Latias gloria prima nurus!
 Te patrios miscere juvat cum conjuge census
 Gaudentem socio, participique viro.

O Nigrina, beata animo, beata viro, et primum decus inter nurus Latias. Placeat communices libenter cum marito divittas paternas, gaudens conjuge socio et

3 *Jam patrios Beverlandi Ms. cum conjuge census in edd. vett.—4 In fisdem,*

NOTÆ

3 *Te patrios*] Nigrinæ liberalitatem ternam adepta communicavit cum commendat, quæ hæreditatem marito.

Arserit Evadne flammis injecta mariti,
 Nec minor Alcestem fama sub astra ferat.
 Tu melius: certo meruisti pignore vitæ,
 Ut tibi non esset morte probandus amor.

5

consorte. Evadne combusta fuerit immissa in rogam conjugis, nec minus decus extollat Alcestin ad cælum. Tu melius sane merita es pignore vitæ, ut amor non esset tibi probandus interitu.

participemque.—5 Beverlandi Ms. *intenta mariti; sed flammis injecta maritis* correxit Heius. ad Claud. xv. 407.—6 *Nec minus* Ald. Juut. Colin. an. 1528. &c.—7 *Tu melius certe* in iisdem. *Tu melius certo* cod. Palat. et Beverlandi Ms. et sic legit Musambertius. *Tu melius certa* ed. Colin. recentior. *Tu melius certæ* legendum putabat Ramiresius. *pignora vitæ* codex Pulmanni.

NOTE

5 *Arserit Evadnæ*] Iphixæ filia et uxor Capanei, quem tanto amore prosequabatur, ut, cum mortuum illum cremari videret, in eundem se rogam immiserit. Virg. *Æn.* vi. Ovid. *Trist.* iv. Elegia 3. 'Cum cecidit Capaneus subito temerarius ietu, Num legis Evadnen erubuisse viro,' &c. Et *Art. Am.* iii. 'Accipe me, Capaneu: cineres miscemus, inquit Iphias, in medios desiluitque rogos.'

6 *Alcestem* [*Alcestin*] Alii *Alcestem*. Pelixæ fuit filia, et uxor Admeti regis Thessaliæ, pro quo lubens se morti objecit, cum Oraculum respondisset, brevi Admetum moriturum, nisi ali-

quis ex propinquis pro eo mortem sponte oppeteret. Ovid. *Art. Am.* iii. 'Si mea mora redimenda tua, quod abominor, esset, Admeti conjux, quam sequereris, erat.'

7 *Tu melius: certo* [*certe*] Vivens nempe pignore vitæ, seu opibus paternis cum viro communicatis, quibus sustentatur vita, melius tuum erga illum amorem probasti, quam morte. Lib. i. *Epig.* 9. 'Nolo virum facili redimit qui sanguine vitam: Hunc volo laudari qui sine morte potest.' Legunt alii, *Tu melius: certo meruisti pignore vitæ.*

LXXVI.

IN AVARUM AMICUM.

MILLIA misisti mihi sex, bis sena petenti:
 Ut bis sena feram, bis duodena petam.

Misisti ad me sex millia rogantem duodecim: ut duodecim impetrem, rogabo viginti quatuor.

In Bissenam inscriptio est in codice Florentino.

NOTE

2 *Ut bis sena feram*] Avarum quendam amicum carpit, a quo se petiturum dicit duplum summæ illius, qua

sibi opus fuerit, cum ille postulati dimidium concedere solitus sit.

LXXVII.

IN ZOILUM INVIDUM.

NUNQUAM divitias Deos rogavi,
 Contentus modicis, meoque lætus.
 Paupertas, veniam dabis, recede.
 Causa est quæ subiti, novique voti?
 Pendentem volo Zoilum videre.

5

Nunquam petii opes a Diis, contentus mediocribus, et gaudens meo. Paupertas, ignoscere, abi. An ratio est voti adeo repentini, et novi? cupio aspicere Zoilum suspensum.

In Zoilum invidum de voto est Lemma in Beverlandi Ms.—2 Ant. de Rooy conj. Contentus modico. Cf. Galli (sive Maximil.) Eleg. i. 53. Tibull. i. 1. 47. Claud. in Rufin. i. 214. et Veget. lib. i. cap. 3.—4 Causa est tam subiti Ald. Junt. Colin. &c.

NOTE

4 *Causa est quæ [tam]* Untle fit, ut petur invidia, et præ livore se sus-
 ego divitias nunc optem, cum semper pendet, cujus rei desiderio teneor.
 paupertatem amaverim? quia, inquit, Alii, *Causa est quæ subiti, &c.*
 cum Zoilus ditescere me viderit, rum-

LXXVIII.

IN VARUM.

AD coenam nuper Varus me forte vocavit;

Ornatus dives, parvula cœna fuit.

Auro, non dapibus oneratur mensa: ministri

Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.

Tunc ego: Non oculos, sed ventrem pascere veni:

5

Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

Cum Varus forte me invitavit ad coenam nuper, opulentus apparatus fuit, parvula vero cœna. Mensa instruitur auro, non cibis, servi obijciunt multa oculis: pauca gula. Tunc ego dixi, Non accessi, ut explorem oculos, sed ventrem: Vare, aut appone cibos, aut tolle divitias.

Hoc Epigramma deest in edd. antiquis. Ferrar. Ald. 1501. 1517. 1550. Junt. 1512. Colin. 1528. Gryph. 1535. &c. Certe Janns Gruterus in codice suo non reperit. Extat in edd. Junian. Pulman. Ramires. Lang. et recentt.

NOTE

2 *Ornatus dives*] Poëta irridet Varum quendam, qui ornatum quidem divitem, parvulam vero coenam apponebat: per se patet hoc Epigramma, quod aliqui Martialis esse negant. Vide lib. i. Epig. 44. lib. iii. Epig. 59. et Epig. 68. supra.

LXXIX.

IN AFRUM.

CONDITA cum tibi sit jam sexagesima messis,
 Et facies multo splendeat alba pilo;
 Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra est,
 Cui non mane feras irrequietus, ave.
 Et sine te nulli fas est prodire tribuno, 5
 Nec caret officio consul uterque tuo;
 Et sacro decies repetis Pallatia clivo,
 Sigeriosque meros, Partheniosque sonas.
 Hæc faciant sane juvenes: deformius, Afer,
 Omnino nihil est ardelione sene. 10

Cum jam natus sis sexaginta annos, et vultus fulgeat canus multo pilo; incertus vagaris per totam civitatem, nec ulla est cathedra, cui sollicitus non portes matutinum ave. Nec licet ulli tribuno exire sine te, et prætas officia tua utrique consuli, et decies redis in palatia sacro clivo, et prædicas solos Sigerios, et Parthenios. Juvenes agant quidem ista, o Afer, nihil prorsus est turpius sene ardelione.

Ad Rufum senem inquietum inscribitur in cod. Thuan.—7 Beverlandi Ms. repetis Pallatia divo. De permutatione ci et d, vide quæ diximus ad lib. i. Epig. 90.—8 Sydereosque codex Vat. Sunt qui legant Sigeriosque modos, ut est in Ald. Junt. Colin. &c. sed Musambertius legendum censet, Sigeriosque modo, i. e. tantum Sigerios, sive nihil aliud sonas quam Sigerios et Parthenios.

NOTÆ

3 *Nec ulla*] Cathedra significat sellam muliebrem, lib. iii. Epig. 63. et lib. xii. Epig. 32. Horatius i. Sat. 10. 'Discipularum inter jubeo plorare cathedras.' Afer iste domo egredientes, vel admissus intro sedentes in cathedris salutabat. De modo salutandi vide lib. i. Epig. 56.

5 *Et sine te*] Hoc est, tribunos et consules domo exeuntes comitaris. Vide lib. xi. Epig. 99.

8 *Sigeriosque*] Sigerius et Parthenius duo erant cubicularii Domitiani, quos Afer semper habebat in ore, ut ancillis familiariter uti videretur. Sic Horatius i. Epist. 7. 'ex nitido fit

rusticus, atque Sulcos et vineta crepat mera.' Sic et Martialis lib. vii. Epig. 53. 'Semper mane mihi de me mera somnia narra.' Legunt alii, *Sigeriosque modos*, &c. et Raderus interpretatur orationem ad Sigerii et Parthenii aures accommodatam, qua illorum amicitiam sibi conciliare conaretur Afer. Musambertius legit: *Sigeriosque modo*, hoc est, tantum Sigerios loquitur Afer. Hic sensus in primum recidit.

10 *Ardelione*] Is nempe est, qui totus occupatur in nihil agendo, qui ubique et nusquam est. Vide lib. ii. Epig. 7.

LXXX.

AD MATHONEM.

HOSPES eras nostri semper, Matho, Tiburtini.

Hoc emis: imposui; rus tibi vendo tuum.

Matho, semper eras hospes nostri Tiburtini. Hoc mercaris: decepi: tibi vendo tuam villam.

Ad Maronem inscribitur in cod. Scrivenerii.—1 Codex Vat. *semper, Maro, Tiburtini.*—2 *Hoc emas* in eodem. *jus tibi vendo* in codd. Florent. et Fulman.

NOTE

1 *Matho*] De quo Epig. sequenti, tanquam suo fruebatur. Tibur hodie, quem facete dicit deceptum fuisse Tibuli, Tiburtina vero villa, teste Ortelio, dicitur hodie, *Villa Hadriani*.

LXXXI.

IN MATHONEM.

DECLAMAS in febre, Mathon: hanc esse phrenesim

Si nescis, non es sanus, amice Mathon.

Declamas æger, declamas hemitritæus.

Si sudare aliter non potes, est ratio.

Magna tamen res est: errans cum viscera febris

5

Exurit, res est magna tacere, Mathon.

O Mathon, declamas in febre: si ignoras hanc esse insaniam, o amice Mathon, insanis. Egrotus declamas, semitertiana laborans declamas: si nequis aliter sudare, est ratio. Nihilominus est quid arduum. Cum intestina ardent febris discurrante, o Mathon, est quid arduum silere.

Ad Maronem febricitantem in codice Thuan.—1 *Maron* Thuan. et Florent. et sic in versu seq. et ver. 6.—5 Alii pro *errans*, legunt *erras*; et referunt ad Poëtam redarguentem: Non est magna res, inquit Poëta, declamare in febris: *erras* Matho; magna res est, tum posse tacere.

NOTE

1 *Mathon*] Insaniæ arguit Mathonem, qui tacere nequiret. De quodam Mathone cauidico loquitur Juven. Sat. 1. Nescio an hic idem sit. 'Causidici nova cum veniat lectica Mathonis Plena ipso.'

3 *Hemitritæus*] *ἡμιτρίτης*, semitertianus: hoc est, semitertiana febre laborans, lib. XII. Epig. 92. 'Cui

gravis et fervens hemitritæus erat.' subauditur *superis*: febris vero semitertiana est tertiana imperfecta, et accedens ad quotidianam: quod citius recurrat, quam vera tertiana.

5 *Magna tamen*] Respondet Matho, Magna tamen res est in febre declamare.

Errans cum viscera] Subjicit Poëta:

NOTÆ

Cum vehementi febre laboras, summis clamare; hoc enim phrenesim, seu in doloribus nec clamare nec ingemiscere difficile est. Vel sic intellige: Res magna non est in febre de- insaniam notat. At vero tacere, quod est argumentum sanæ mentis, res est sane ardua.

LXXXII.

DE FABULLA.

EPIGRAMMA nostrum cum Fabulla legisset,
Negare nullam quo quoror puellarum,
Semel rogata bisque terque neglexit
Preces amantis. Jam, Fabulla, promitte:
Negare jussi, pernegare non jussi.

5

Cum Fabulla evolvisset nostrum Epigramma, quo conqueror nullam puellam negare, semel rogata bis et ter contempsit vota amatoris. O Fabulla, jam promitte: volui quidem negare, non jussi prorsus negare.

3 *Semel rogata bis terque* in Ald. Junt. et Colin.

NOTÆ

1 *Epigramma*] Supra Epig. 71. 'Nolo nimis facilem, difficilemque
5 *Pernegare*] Lib. 1. Epig. 58. nimis.'

LXXXIII.

AD RUFUM.

Hos quoque commenda Venuleio, Rufe, libellos;
Imputet et nobis otia parva, roga:
Immemor et paulum curarum, operumque suorum,
Non tetrica nugas exigat aure meas.
Sed nec post primum legat hæc, summumve trientem; 5
Sed sua cum medius prælia Bacchus amat.

O Rufe, commenda etiam hos libros Venuleio, atque ora ut nobis faciat brevem audientiam. Et parum oblitus solitudinum et operum suorum examinet meas ineptias aure non severa. At nec evolvat hæc post primum aut ultimum trientem, sed

Ad Rufum in edd. vett.—2 Pulmanni codex *rogo*.—8 Junt. nostra in marg.

NOTÆ

2 *Imputet*] Hoc est, concedat. nuleius initio mensæ, nec in fine, sed
5 *Sed nec post primum*] Triens quatuor cyathorum poculum est: hoc est, in media cœna cum fervet convivii
nugatoria mea carmina nec legat Ve- alacritas.

Si nimis est legisse duos; tibi charta plicetur
 Altera: divisum sic breve fiet opus.

cum sua pugna sunt grata medio Baccho. Si nimium est evolvere duos libros, complica alteram chartam: opus divisum hoc modo contrahetur.

pro breve, exhibet leve; et Beverlandi Ms. onus pro opus.

NOTÆ

7 *Si nimis est*] Hoc est, ne nimium x. Epig. 1. 'Si nimius videor, sera-
 defatigeris legens duos libros, divide que coronide longus Esseliber: legito
 opus, brevius fiet. Idem dixit lib. pauca, libellus ero.'

LXXXIV.

IN NÆVOLUM.

SECURO nihil est te, Nævole, pejus: eodem
 Solicito nihil est, Nævole, te melius.
 Securus, nullum resalutas, despicias omnes:
 Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.
 Solicitus, donas: dominum regemque salutas;
 Invitas: esto, Nævole, sollicitus.

5

O Nævole, nihil est deterius quam tu tranquillus. O Nævole, nihil est melius quam tu idem anxius. Tranquillus nemini reddis salutem, contemnitis cunctos. Nec quisquam liber tibi placet, nec ullus servus. Anxius largiris, nuntias salutem domino et regi, vocas ad carnem. O Nævole, esto anxius.

4 Codd. Thuan. et Palat. *natus homo est*, et sic Gruter. at in Florent. Vat. et Pulman. *notus homo est*. Bodl. exhibet: *visus nec tibi notus homo est*.

NOTÆ

1 *Securo nihil est*] Securus, hoc est, Usufructu, et Reditu, &c. Legunt alii, *Nec quisquam visus, nec tibi notus homo est*. Alii, *Nec liber quisquam, nec tibi natus homo est*.

4 *Gratus homo est*] Vox homo significat servum. Lege II. ff. de Usu, et

5 *Dominum regemque*] De hac salutatione vide lib. I. Epig. 113.

LXXXV.

IN THAIDEM.

Non est in populo, nec urbe tota,
 A se Thaida qui probet fututam;

In hoc Epigrammate nulla lectionis varietas est in editionibus impressis aut libris scriptis, nisi quod Beverlandi Ms. vs. 2. habet *Fraudat pro Prodat*.

Cum multi cupiant, rogentque multi.
 Tam casta est, rogo, Thais? immo fellat.

NOTE

Fellat] Supra epig. 50.

LXXXVI.

IN PONTICUM.

Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice: quare?
 Prodat perspicuus ne duo vina calix.

Nos potamus vitro, tu myrrha, o Pontice: cur? Ne crater perlucidus patefaciat duo vina.

NOTE

1 *Tu myrrha*] Propter cuius opa- XIV. Epig. 113.
 citatem vinum perspicui nequibat, lib.

LXXXVII.

AD LIBRUM SUUM DE APOLLINARI.

Si vis auribus Atticis probari,
 Exhortor, moneoque te, libelle,
 Ut docto placeas Apollinari.
 Nil exactius, eruditiusque est,
 Sed nec candidius, benigniusque: 5
 Si te pectore, si tenebit ore,
 Nec ronchos metues maligniorum,
 Nec scombris tunicas dabis molestas.

O liber, si cupis placere auribus Atticis, tibi suadeo et auctor sum, ut arrideas erudito Apollinari; nemo est politior et doctior, at nec humanior et candidior. Si te excipiet amplexu et basio, nec timebis irrisiones invidiorum, nec præbebis scombris

Ad librum suum in edd. vett. Cetera, nulla est lectionis varietas.

NOTE

1 *Auribus Atticis*] Hoc est, politis: Attici enim ceteris politiores habiti sunt.

3 *Apollinari*] De quo etiam lib. VII. Epig. 25.

6 *Si tenebit ore*] Vide lib. I. Epig. 4.

8 *Nec scombris*] Carmina quippe

inornata, et alia opera minus elegantiascombris involvendis inserviebant. lib. III. Epig. 2. Tunica molesta dicitur, ut conjicit Farnabius, qua non tam involuti, quam frixi fuerint illi pisciculi. Metaphora ducta a tunica illa molesta, pice et bitumine illita,

Si damnaverit, ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inversa pueris arande charta. 10

jucunda tegmina. Si improbaverit, o libelle in tergo scribende a pueris, poteris subito properare ad arcam salariorum.

NOTE

qua induti ardebant damnati. Lib. x. Epig. 25. 'Nam cum dicatur tunica præsentem molesta, Ure manum.'

11 *Inceras pueris*] In una tantum chartæ facie scribi solebant Poëmata: unde Juvenalis Sat. i. arguens longam ejusdam Poëtæ Fabulam ait: 'Scrip-

tus, et in tergo, necdum finitus Orestes.' Salariorum ergo pueri nacti hanc chartam per ludibrium a tergo scribent. Arare per metaphoram significat scribere, quod in chartis incoeratis stylo literas, veluti sulcos, designabant antiqui.

LXXXVIII.

DE BASSA.

INFANTEM secum semper tua Bassa, Fabulle,
Collocat, et lusus deliciasque vocat.
Et quod mireris magis, infantaria non est.
Ergo quid in causa est? pedere Bassa solet.

O Fabulle, tua Bassa secum semper constituit infantem, atque appellat jocos et voluptates. Et quod magis mireris, non amat infantes. Quid igitur in causa est? Bassa consuevit pedere.

Ad Fabullam inscribitur in edd. vett.—1 *Catulle* Beverlandi Mss.—2 In eodem: *deliciasque facit.*

NOTE

3 *Infantaria non est*] Verbum a ventris emitteret Bassa, in infantem Poëta fictum: hoc est, non est amatrix infantum, sed cum crebro flatum

ventris emitteret Bassa, in infantem rejiciebat culpam.

LXXXIX.

IN DISSIMULATOREM.

NULLA remisisti parvo pro munere dona;
Et jam Saturni quinque fuere dies.

Pro exiguo munere nulla remisisti dona, et jam quinque dies Saturni præterie-

Ad Septiciannum lemma est in cod. Thuan. *In Dissimulatorem Septicianum*

Ergo nec argenti sex scriptula Septitiani

Missâ, nec a querulo mappa cliente fuit ;

Antipolitani nec quæ de sanguine thynni

5

Testa rubet, nec quæ coctana parva gerit ;

Nec rugosarum vimen breve Picenarum :

Dicere te posses ut meminisse mei.

Decipies alios verbis vultuque benigno :

Nam mihi jam notus dissimulator eris.

10

runt. Itaque nec missa sunt sex scrupula argenti septitiani, nec mappa fuit missa a queribundo cliente ; nec testa quæ rubra est a sanguine thynni Antipolitani, nec quæ fert exigua coctana ; nec parvum canistrum olivarum rugosarum ex Piceno : ut posses dicere, te mei memorem fuisse. Dictis et vultu blando circumvenies alios : jam enim te existimabo dissimulatorem.

in Ald. Junt. Colin. &c.—3 Pulmanni codex, *scriptula*. in quibusdam, *Septitiane*, ad quem Epigramm. ult. lib. XI.—5 *Antipolitano* in odd. vett. et omnibus codd. teste Grutero. Beverlandi Ms. *de sanguine cyrri*.—8 *Dicere te possis* Beverlandi Ms.—9 In eodem, *benigne*.—10 *Nam mihi jam notus* in eodem Ms.

NOTE

2 *Quinque fuere*] Saturnalium tempore dona sibi invicem mittere solebant Romani. Quinque vero diebus dabant Saturnalia, de quibus agit Lipsius Saturn. lib. I. cap. 3. et 4.

3 *Sex scriptula* [*scrupula*] Hoc est, exiguum munus. Scrupulum, teste Roberto Stephano in suo Thesouro Linguae Latinae, est nomen ponderis : Latine 'obolus' dicitur, et sex siciliquis conficiebatur, et ex tribus scrupulis drachma. Denarium nostrum valet. Alii *scriptula*.

Septitiani] Lib. VIII. Epig. 71. meminuit libræ septitianæ. Legunt alii *Septitiane*, ad quem scribit, lib. XI. Epig. 108.

4 *A querulo*] De mappis, quæ mense Decembri mitterentur, supra Epig. 46. Querulum clientem vocat, quia apud patronum de egestate semper queritur, atque auxilium rogat.

5 *Antipolitani*] Nec missa est mu-

ria, quæ ex sanguine thynni optima conficiebatur Antipoli in urbe Asiae, ut aiunt Interpretes. Vide lib. XIII. Epig. 108. Antipolis urbs etiam fuit in Gallia Narbonensi, hodie, *Antibe*, vel *Ragni*, ut refert Ortelius.

6 *Nec quæ coctana*] Parvæ sunt ficus ex Syria, de quibus lib. XIII. Epig. 28. Olivæ vero optimæ mittebantur ex Piceno, hodie, *la Marche d'Ancone*.

8 *Dicere te*] Mittendis in muneribus hæc usitata fuisse videtur formula, ut amicus amici memorem se diceret.

10 *Dissimulator*] Quidam interpretantur ingratum ; est enim ingratus qui beneficium accepisse se dissimulat. Alii sic explicant, *dissimulator eris*, quia simulas te non intelligere quid vellem ; munus enim ad te misi, ut vicissim munus ad me remitteres. Ergo non mittam ad te deinceps vel levis momenti donum.

XC.

DE RUSTICATIONE.

RURE morans quid agam, respondeo pauca, rogatus :
 Luce Deos oro, famulos, post arva reviso,
 Partibus atque meis justos indico labores.
 Inde lego, Phoebumque cio, Musamque laceссо.
 Hinc oleo corpusque frico, mollique palæstra
 Stringo libens, animo gaudens, ac fœnore liber.
 Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco,
 Dum parvus lychnus modicum consumat olivi.
 Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

5

Interrogatus quid faciam manens rure, respondeo pauca. Diluculo precor Numina, reviso servos, deinde agros, et meis famulis distribuo opus per partes æquas. Hinc lego, atque invoco Apollinem, et provoco Musam. Inde ungo corpus oleo, et habens comprimō illud molli palæstra, mente hilari, et solutus fœnore. Pondero, bibo, canto, ludo, lavo, cœno, quiesco, dum exigua lucerna absumat parum olei. Nos concedit nocturnis Musis elaborata hæc carmina.

5 *Hinc oleo corpus frico* Ald. an. 1501. 1517. Junt. Colin. &c. repugnante lege carminis. *corpus frigo* Pulmannus. *corpus fingo* Cujacina.—7 *Prandeo* cod. Pulmanni et Beverlandi Ms. et sic omnes uno ore emendant, neque enim prandium omnino Latio exulabat.—9 *Nec dat nocturnis lucubrata* Beverlandi Ms.

NOTÆ

2 *Famulos, post arva*] Hoc est, famulos, deinde arva; vel arva reviso, et deinde famulos, si præpositio fuerit.

3 *Justos indico*] Transpositio est, hoc est, Indico labores justis partibus. Sic Virgilius *Æn.* 1. 'Jura dabat, legesque viris, operumque laborem Partibus æquabat justis,' &c.

4 *Phœbumque cio*] Compono carmina.

6 *Stringo*] Uctione laxatur cutis, lucta vero astringitur, vel forte palæstræ pulvere.

7 *Prandeo* [*Pondero*] Vetus codex sic habet. Alii emendant *Prandeos*. Non sæpe quidem, attamen aliquando senes et pueri, immo et sani prandebant. Videat lector.

9 *Lucubrata*] Intellige carmina ad lucernam elaborata. Hoc Epigramma a quibusdam rejicitur.

XCI.

AD LIBRUM.

OHE jam satis est, ohe libelle.

Jam pervenimus usque ad umbilicos :

Ohe jam sufficit, ohe libelle, jam pervenimus usque ad umbilicos. Tu vis pergere

2 *Juntina nostra in margine: usque ad umbilicum.*—4 *Nec summa potes in Delph. et Var. Clas.* Martial. Z

Tu procedere adhuc, et ire quæris :
 Nec summa potes in scheda teneri.
 Sic tanquam tibi res peracta non sit,
 Quæ prima quoque pagina peracta est.
 Jam lector queriturque, deficitque ;
 Jam librarius hoc et ipse dicit :
 Ohe jam satis est, ohe libelle.

5

adhuc, et progredi, nec potes consistere in extrema pagina. Sic tanquam non perfeceris rem, quam perfecisti etiam prima pagina, jam lector exprobat, et defessus est: jam et ipse librarius loquitur idem: Ohe jam sufficit, ohe libelle.

~~~~~

*scola codex Florentinus. Nec summa potes in schola codex Vaticanus. Nec summa potes in stola conj. Beverlandus.—6 Pulmanni cod. pagina notatur.—8 Jam librarius ohe et ipse dicit legendum forte credit Heraldus.*

#### NOTÆ

1 *Ohe*] Satietaſem et faſtidium ſignificat.

2 *Uſque ad umbilicos*] Opus abſolutum eſt. De hoc loquendi modo dictum lib. i. Epig. 67.

4 *In ſcheda*] Hoc eſt: O libelle, tu nec contentus eſ pagine extremam etiam partem implere. *σχη*, tabella,

vel papyrus, aut phylira, aliæve in quo ſcribebant antiqui.

6 *Quæ prima quoque*] Nam, o libelle, vel prima pagina lectorem tædio expleviſti, et tamen modum tenere non viſ.

8 *Librarius*] Ille eſt qui libros tranſcribit.

M. VAL. MARTIALIS  
EPIGRAMMATUM  
LIBER V.

---

I.

AD CÆSAREM.

Hoc tibi, Palladiæ seu collibus uteris Albæ,  
Cæsar, et hinc Triviam prospicias, inde Thetin;  
Seu tua veridicæ discunt responsa sorores,  
Plana suburbani qua cubat unda freti;

*O Cæsar, felix præsidium rerum, et salus, quo incolumi putamus Jovem esse memorem; mittimus ad te hunc librum, seu es in montibus Albæ Palladiæ, atque ex hac parte spectas templum Dianæ, ex illa mare; seu veraces sorores accipiunt tua*

~~~~~

1 *Hæc tibi Palladiæ* codex Thuanens. *uteris Albis* codex Vat.—2 *Thetym* in edd. vet.—3 *Seu tua veridicæ discunt* cod. Pulmanni: *dicunt* Beverlandi Ms.—4 *Plena suburbani qua cubat unda maris* in eodem.—8 Pulmanni codex:

NOTÆ

1 *Palladiæ seu collibus*] In honorem Minervæ Quinquatria quotannis celebrabat Domitianus in monte Albano prope Romam. Lib. iv. Epig. 1.

2 *Et hinc Triviam*] A monte Albano prospiciebatur hinc Dianæ templum ad Ariciam, hodie, Rizza, illinc vero Thetis, quam sumit pro mari. Vide lib. x. Epig. 18. et lib. Spect. Epig. 3. Dianam jam vocavit Triviam lib. Spect. Epig. 1. Eodem lib. irrep-sit mendum in Epig. 26. ubi lege *Thetis*.

3 *Seu tua veridicæ*] Hoc est, sive et Antii ubi sub imagine duarum sororum Fortuna colebatur. Suetonius in *Calligula* cap. 57. 'monuerunt et sortes *Antianæ*.' Horatius i. Od. 35. 'O di-va gratum quæ regis Antium.' Germanas vero sorores dixisse videtur, quod una prospera, altera adversa sit. De Fortunæ templi fuscæ agit Alexander ab Alexandro Genial. Dier. lib. i. cap. 18. Antium, hodie, *Antio*. *Tua responsa*] His verbis Domitiano adulatur Poëta; nam ostendit Fortu-

Seu placet Æneæ nutrix, seu filia Solis,
 Sive salutiferis candidus Anxur aquis:
 Mittimus, o rerum felix tutela, salusque,
 Sospite quo gratum credimus esse Jovem.
 Tu tantum accipias: ego te legisse putabo,
 Et tumidus Galla credulitate fruam.

5

10

responsa, qua jacet aqua maris suburbani: sive placet nutrix Æneæ, sive filia Solis, sive albus Anxur undis salubribus. Tu solummodo accipias, ego credam a te lectum esse, et superbus potiar Galla credulitate.

querimus esse Jovem.—9 Tu tantum aspicias codex Pulmanni. Tu tantum accipies Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Junlan. &c.—10 Et tumidus falsa cod. Pulmanni et Beverlandi Ms.

NOTE

nam a Domitiano velut a majore Deo discere responsa, ut inferiores Dii a superioribus affari solent.

4 *Plana suburbani*] Mare enim alluit urbem Antium, atque ita illius suburbium esse videtur.

5 *Æneæ nutrix*] Hoc est, Caieta, urbs maritima in finibus Latii versus Campaniam, hodie *Gaieta*. Virgil. *Æn.* vii. 'Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix Æternam moriens famam, Caieta, dedisti.' Strabo lib. v. *Τὰ γὰρ κοῖλα πέραν Καλάρρας οἱ Ἀδωνες προσαρροφουσιν*: Omnes enim cavitates Caiattas appellarunt Lacones. Non tamen negat ab Æneæ nutrice etiam dictam Caietam.

Seu filia Solis] Sive es Circeis, hodie, *Circelli*: oppidum est Latii maritimum, a Circe filia Solis denominatum.

6 *Candidus Anxur*] Latii oppidum, hodie *Terracina*, cujus aquæ sunt valde

salutares: dicitur candidus vel a candore saxorum, vel a calce quæ conficitur ex lapidibus inde petitis. Neutrius generis reperitur apud Horatium i. Sat. 5. 'Impositum late saxis candidibus Anxur.'

8 *Gratum credimus*] Hoc est, memorem beneficii a te accepti: nam bello Vitelliano Domitianus adhuc puer, una cum patre Sabino, Capitolium pro viribus suis defenderat, incensum tamen postea restituit. Suetonius in Domitiano cap. 5. Vide etiam lib. ix. Epig. 104.

9 *Accipias*] Alii accipies; alii vero aspicias.

10 *Galla credulitate*] Galli enim vera simplicitate boni sunt, atque hinc creduli. Strabo lib. iv. *Ἄλλως δὲ ἀπλοὺν καὶ οὐ κακὴν φῶλον Γαλλικόν*: Ceterum Gallica gens ingenio simplici, ac nulla malignitate devincto.

II.

AD LECTORES.*

MATRONÆ, puerique, virginesque,
 Vobis pagina nostra dedicatur.

O Matronæ, juvenes, et puella, noster libellus vobis dedicatur. Tu, cui nimis

NOTE

* *Ad Lectores*] Alii, *De Eodem*.

Tu, quem nequitiae procaciores
Delectant nimium, salesque nudi,
Lascivos lege quatuor libellos;
Quintus cum Domino liber jocetur;
Quem Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella.

5

placent lascivia petulantiores et nudi joci, evolue quatuor praecedentes libros petulantes. Quintus libellus ludat cum domino, quem Germanicus sine rubore evolcat, praesente virgine Atheniensi.

6 *Quintus cum Domino liber jocatur* Beverlandi Ms.

NOTÆ

7 *Quem Germanicus*] Domitianus a devictis Germanis Germanici nomen assumsit. Hunc vero librum tam verendum et castum esse dicit Poëta, ut ab Imperatore legi possit *Coram Cecropia puella*, hoc est, coram Miner-

va, quæ Athenis colebatur, quam et summo studio colebat Domitianus. Suetonius in Domitiano cap. 4. Alii interpretantur virginem Palladi sacram, quæ ritu Vestalium viveret.

III.

AD DOMITIANUM.

ACCOLA jam nostræ Degis, Germanice, ripæ,

A famulis Istri qui tibi venit aquis,

Lætus et attonitus, viso modo præside mundi,

Affatus comites dicitur esse suos:

Sors mea quam fratris melior! cui tam prope fas est

5

Cernere, tam longe quem colit ille Deum.

O Germanice, Degis jam accola nostræ ripæ, qui te adiit ab undis Danubii subditis, hilaris et stupens, paulo ante conspecto moderatore orbis fertur allocutus suos socios: Quanto sum felicitior fratre meo: cum possim tam prope intueri Deum, quem ille veneratur tam procul.

1 Inedd. vett. *degis*.—2 *A domitis Istri* Juntina nostra in margine. At apud Ovid. Fast. i. 385. 'Pax erat; et vestri, Germanice, causa triumphi Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas:' ubi vulgo legitur 'domitas,' quod proculdubio interpretamentum est. Vide Heins. ad hunc locum. Cf. ex Pont. ii. 2. 80.

NOTÆ

1 *Accola jam nostræ*] Hoc est, jam Tiberis accola; Romam enim venerat Degis accola sc. Danubii, qui nobis nunc subditus est. Ad Domitianum, a Germania devicta dictum Germanicum, pacis sancientiæ gratia lega-

tum misit Decebalus Dacorum rex. Hæc refert Raderus ex fragmento Theodosii, unde tamen non constat quis Degis ille, vel Diegia, fuerit.

6 *Quem colit ille Deum*] Domitianum nempe: eodem sensu Quidius

NOTÆ

lib. II. de Ponto : ' Felices illi, qui Deum coram corpora vera vident.'
non simulacra, sed ipsos Quique

IV.

AD PAULUM DE MYRTALE.

FÆTERE multo Myrtale solet vino :
Sed fallat ut nos, folia devorat lauri,
Merumque cauta fronde non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire, Paule, videris contra ; 5
Dicās licebit : Myrtale bibit laurum.

Myrtale convulsum male olere multo mero: at comedit frondes lauri ut decipiat nos, et calidum temperat vinum fronde non aqua. O Paule, quoties conspexeris hanc tibi occurrere rubicundam venis inflatis: poteris dicere, Myrtale potavit laurum.

Lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Junian. &c. *Ad Myrtalem*: in cod. Pulmanni, *Ad Paulum*.—1 *Fætere multo Tuccius solet vino* in eodem codice.—3 *Merumque cauta fronte* Ald. Junt. et Colin.

NOTÆ

3 *Merumque cauta*] Lauri folia ebrietatem arcant: laurum ergo comedit Myrtale, ut ebrietatem, simul et vini graveolentiam vitaret, lauri quippe vis potentior vini odorem obruit. Alii *cauta* jungunt cum *fronde*.

Judicet lector.

6 *Bibit laurum*] Non Baccho, sed Apolline inflata est, cum lauro Phœbo sacra ebrietatem dissimularet Myrtale.

V.

AD SEXTUM.

SEXTÆ, Palatinæ cultor facunde Minervæ,
Ingenio frueris qui propiore Dei ;

O diserte Sente, cultor Minervæ Palatinæ, qui penitus pervadis montem Dei :

In hoc Epigrammate exhibendo nihil variant libri scripti aut impressi.

NOTÆ

1 *Palatinæ cultor*] Hic Sextus erat Domitiano a sacrae religionis cultu, et a studiis ingenii, atque a consiliis

secretioribus. Epig. 8. supra jam Domitianum ' Deum ' vocavit.

Nam tibi nascentes Domini cognoscere curas,
 Et secreta ducis pectora nosse licet;
 Sit locus et nostris aliqua tibi parte libellis,
 Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit.
 Ad Capitolini coelestia carmina belli,
 Grande cothurnati pone Maronis opus.

5

nam tibi fas est notas habere primas cogitationes domini, et discere intimos sensus Imperatoris. Des etiam locum nostris libris aliqua parte qua collocabitur Pedo, qua Marsus, et qua Catullus. Et colloca dicinos versus belli Capitolini iuxta opus sublime cothurnati Virgilii.

NOTÆ

6 *Qua Pedo*] De quo jam dictum lib. 11. Epig. 77. Restat adhuc ex eo elegia ad Liviam de morte Drusi Neronis. De Marso etiam dictum lib. 11. Epig. 71. et 77. cujus Epigrammata apud antiquos summis laudibus fuerunt celebrata, teste Gyrardo Dialogo 10. de Historia Poëtica: Catullus vero satis est notus.

7 *Ad [Et] Capitolini*] Puer adhuc Domitianus Capitolium cum patre Sabino a Vitellianis defendit. Suetonius in Domitiano cap. 1. Illa propugnatio dicta est bellum Capitoli-

num, postea descriptum ab ipso forte Domitiano, vel ab ipso Sexto, vel ab aliis, quorum Carmina comparat cum Æneide Virgilii, atque eodem in loco reponenda esse dicit. Legunt alii: *Ad Capitolini coelestia carmina belli*: pone, hoc est repone, et colloca.

8 *Cothurnati Maronis*] Cothurnus genus fuit calceamenti Tragicorum proprium, de quo lib. 111. Epig. 29. Itaque cothurnatum Maronem dicit, propter gravitatem heroici ejus Poë-
 matis.

VI.

AD MUSAS: VEL LIBRUM COMMENDAT PARTHENIO.

Si non est grave, nec nimis molestum,
 Musæ, Parthenium rogate vestrum:
 Sic te serior et beata quondam
 Salvo Cæsare finiat senectus,

O Musæ, si non displicet, nec nimis grave est, orate Parthenium vestrum his verbis: Sic tardior senecta et felix quondam absolvat tuam vitam sospite Impera-

Ad Musas inscribitur in edd. vett.—6 *Sic Burrus cito neciat codex*

NOTÆ

2 *Parthenium*] Cultorem vestrum: Parthenius vero Domitiani cubiculo erat præpositus. Suetonius in Domit. cap. 16. de quo lib. 1v. Epig. 45.

lib. viii. Epig. 28. lib. xi. Epig. 1.

3 *Sic te serior*] Oratio Musarum ad Parthenium.

Et sis invidia favente felix ; 5
 Sic Burrus cito sentiat parentem ;
 Admittas timidam brevemque chartam
 Intra limina sanctioris aulae.
 Nosti tempora tu Jovis sereni,
 Cum fulget placidus, suoque vultu, 10
 Quo nil supplicibus solet negare.
 Non est, quod metuas preces iniquas :
 Nunquam grandia nec molesta poscit,
 Quæ cedro decorata purpuraque
 Nigris pagina crevit umbilicis. 15
 Nec porrexeris ista, sed teneto,
 Sic tanquam nihil offeras agasque.
 Si novi dominum novem sororum,
 Ultro purpureum petet libellum.

tore: et sis beatus suffragante invidia. Sic Burrus mox sapiat genitorem, excipias libellum pavidum et exiguum intra limina aulae sanctioris. Tibi innotescunt tempora Jovis placidi, cum tranquillus micat et sua fronte, qua consuevit nihil recusare rogantibus. Non est, quod timeas obsecrationes injustas. Libellus, qui ornatus cedro et purpura adauctus est nigris umbilicis, nunquam petit res immodicas nec importunas. Nec obtuleris ista: at habeto prae manibus, sic velut nihil porrigas et facias. Si novi dominum novem Musarum, sponte poscet librum ornatum purpura.

Pulmanni.—8 *Intrat limina* Junt. an. 1512. *sanctioris avi* codex Pulmanni.

NOTE

6 *Sic Burrus*] Parthenii filius indolis paternae det specimen. Vide lib. iv. Epig. 45.

8 *Sanctioris aulae*] Hoc est, introduce in conclave Caesaris, seu in intimam aulam, quam sanctam dicit, vel quod illic coleretur Minerva, vel quod Domitianus ipse vellet haberi Dens.

9 *Jovis sereni*] Caesaris Domitiani.

10 *Suoque vultu*] Vultus quidem Domitiani venustus erat, teste Suetonio in Domit. cap. 18.

11 *Nil supplicibus*] Initio enim omnes circa se largissime prosecutus est.

Sueton. in Domit. cap. 9.

15 *Crevit umbilicis*] De quibus dictum lib. iii. Epig. 2. umbilici autem erant ornamenta vel ex osse, vel ex ebore, quæ extremis librorum partibus addebantur: significat Poëta magnam non petere, sed contentum fore iis, quæ ultro donabit Imperator.

18 *Dominum novem sororum*] Domitianum intellige, qui, teste Suetonio in Domit. cap. 2. in primis Poëticæ studium simulavit. Musas ergo colebat, immo ipsis imperabat, inquit Poëta adulator.

VII.

AD VOLCANUM.

QUALITER Assyrios renovant incendia nidos,

Una decem quoties sæcula vixit avis;

Taliter exuta est veterem nova Roma senectam,

Et sumsisit vultus præsidis ipsa sui.

Jam precor oblitus nostræ, Volcane, querelæ

5

Parce: sumus Martis turba, sed et Veneris.

Quemadmodum flamma instaurat nidos Assyrios, quoties unica ales vixit mille annos; sic nova Roma deposuit antiquam senectulem, atque ipsa induit frontem juvenilem sui Imperatoris. O Volcane, jam rogo oblitus nostræ querimonie ignosce; ducimus quidem genus a Marte, sed a Venere quoque. Ignosce, o Parens;

Ad Vulcanum in edd. vett. Ad Volcanum in libris manu scriptis.—3 Talis exuta est Beverlandi Ms.—4 In eodem ista pro ipsa.—5 In quibusdam codd. nota, Volcane, querela: in aliis, nota.—6 'Rescribendum hic enset turba, si turba semper de re abjecta et vili diceretur, quod quidam volunt: sed hic turba, τὸ νῶν, seu potius τὸ ἔκων significat.' Heraldus. turba pro turma, et versa vice, error solennis est. Vide Guilielm. Quæst. Plantin. p. 240. Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 2. Drakenb. ad Sil. v. 277. XII. 185. et XIV.

NOTE

1 *Qualiter Assyrios*] Urbem incendiis et ruinis vastatam, a Domitiano vero instauratam, confert Poëta cum Phœnice, qui, constructo in Assyria rogo, cremando se renovatur. Ovid. Met. xv. 'Una est, quæ repareret, seque ipsa reseminet ales. Assyrii Phœnica vocant. Nec fruge, nec herbis, Sed thuris lacrymis, et succo vivit amomi. Hic ubi quinque suæ complevit sæcula vitæ, Illic in ramis, tremulæque cacumine palmæ, Unguib., et duro nidum sibi construit ore; Quo simul ac casias, et nardi lenis aristas, Quassaque cum fulva snbstravit cinnama myrrha, Se superimponit, finitque in odoribus ævum.' De Phœnice fuse agit Tacitus Annal. vi. 'Sacrum soli id animal, et ore ac distinctu pinnarum a ceteris avibus

diversum, consentiunt qui formam ejus definire. De numero annorum varia traduntur; maxime vulgatum, quingentorum spatium. Sunt qui asseverent, mille quadringentos sexaginta unum Phœnicem vivere.' Lege etiam Plinium lib. x. cap. 2.

4 *Et sumsisit vultus*] Hoc est, Roma facta est venusta: vultus enim Domitiani venustus erat, ut diximus præcedenti Epigrammate.

5 *Oblitus nostræ*] Quæ inter te et nos Martis posteros intercessit. Alii legunt *nota* melius meo iudicio: hoc est, Obliviscere querelam omnibus notam, quod scilicet Venerem tuam uxorem compresserit Mars, a quo genus suum repetunt Romani. Vulcanus est Deus ignis.

Parce, pater: sic Lemniacis lasciva catenis

Ignoscat conjux, et patienter amet.

sic petulans uxor parcat Lemniacis catenis, et placide diligit te.

209.—8 Rntgersius legendum censet: *et sapienter amet*; ut illud 'Deprensi veto te, Lesbia, non, &c. Gronovius exponit *patienter amet*, moderate amet, et ne laboret impatientia erga Martem. Pulmanni codex: *et patienter ames*.

NOTÆ

7 *Parce, pater*] Vulcanum patrem appellat eo sensu, quo Deos omnes patres hominum vocantur; etenim Vulcanus non est Romanorum pater, sed Mara.

Sic Lemniacis] In Lemno insula Egei maris, hodie dicta, *Stalimene*,

catenas fabricavit Vulcanus, quibus Martem cum Venere in adulterio deprehensum illigavit. Hæc fabula satis nota. Sensus est: Venus injuriæ a te acceptæ obliviscatur, teque quamvis claudum et deformem patienter amet.

VIII.

DE PHASIDE.

EDICTUM Domini, Deique nostri,

Quo subsellia certiora fiunt,

Et puros eques ordines recepit,

Dum laudat modo Phasis in theatro,

Phasis purpureis rubens lacernis,

5

Et jactat tumido superbus ore :

Dum Phasis in theatro, Phasis ruber purpureis lacernis, modo commendat edictum Domini, et Numinis nostri, quo sedes certius distinguuntur, atque ordines non permixti cum plebe assignati sunt equiti, atque arrogans gloriatur ore superbo :

De edicto Cæsaris inscribitur in codice Pulmanni.—5 Phasis purpureis ruber in Ald. Junt. Collin. Gryph. Junian. Lang. Pulman. &c. rubens Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Edictum Domini*] Domitiani. Suetonius in Domitiano cap. 13. 'Dominus et Dens noster sic fieri jubet.' Domitianus ergo renovavit legem Rosciam, qua nulli in quatuordecim equitum subselliis sedere liceret, nisi illi qui haberet census equestrem, quadraginta nempe sestertium millia.

2 *Subsellia*] Quæ triplicis fuere generis: in primis sedebant Senatores, in secundis Equites, plebs vero occupabat tertia.

3 *Et puros eques*] Scorsim a plebe ludos spectabant equites.

4 *Phasis*] Libertus, qui veste purpurea indutus erat, ut videretur eques. Lib. iv. Epig. 2. Legimus Romanos, cum spectaculis adessent, vestibus candidis, immo et nigris, hoc autem loco etiam rubris usos fuisse; unde colligere licet, nullam legem jussisse ut candida veste, quamvis solerent, uterentur. Augustus, teste Suetonio in Augusto cap. 40. prohibuerat ne

Tandem commodius licet sedere,
 Nunc est reddita dignitas equestris ;
 Turba non premimur, nec inquinamur :
 Hæc, et talia dum refert supinus, 10
 Illas purpureas et arrogantes
 Jussit surgere Lectius lacernas.

Tandem fas est sedere commodius, nunc dignitas equestris est restituta, non urgemur multitudine, nec fœdamur. Dum supinus profert hæc et similia, Lectius imperavit surgere lacernas illas purpureas et superbas.

NOTÆ

quis in foro circove nisi positis lacer-
 nis togatus consisteret : attamen diu
 non obtinuit.

8 *Nunc est reddita*] Hoc est, equites
 amissum bellis civilibus equestrem
 honorem tandem recuperarunt.

9 *Nec inquinamur*] Sordibus plebis.

11 *Illas purpureas*] Metonymia est ;
 id est, designator Lectius, qui bene
 noverat Phasidem, jussit illum lacer-
 nis purpureis indutum loco cedere,
 atque ad plebem transire.

IX.

IN SYMMACHUM.

LANGUEBAM : sed tu comitatus protinus ad me
 Venisti centum, Symmache, discipulis.
 Centum me tetigere manus Aquilone gelatæ.
 Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

*Flaccesebam : at subito, o Symmache, me convenisti comitatus centum discipulis
 Centum manus gelatæ Aquilone me attrectare : non laboravi febre, o Symmache,
 nunc laboro.*

1 *Beverlandus* ex quodam codice affert, *comitatus omnibus ad me ; sed pro-
 tinus retinendum censet.*

NOTÆ

1 *Languebam*] Nondum plane æger
 eram, sed me tantum deficiebant
 vires.

2 *Venisti centum*] Poëta irridet
 Symmachum quandam medicum, qui

cum suis auditoribus illum invisit :
 cum vero omnes illius arteriam manu
 gelata exploravissent, frigidissimo
 illo tactu febrem contraxisse se
 dicit.

X.

AD REGULUM, DE FAMA POETARUM.

ESSE quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,
 Et sua quod rarus tempora lector amat ?

Quid causæ dicam, cur æstimatio denegetur viventibus, et cur pauci lectores

Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores,

Præferat antiquos semper ut illa novis.

Sic veterem ingrati Pompeii quærimus umbram ;

5

Sic laudant Catuli vilia templa senes.

Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone ;

Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Rara coronato plausere theatra Menandro :

Norat Nasonem sola Corinna suum.

10

amantes sint sui sæculi? O Regule, hæc scilicet natura est livoris, ut semper anteponat veteres novis. Sic immemores cupimus umbram veteris porticus Pompeiana, et senes commendant ædem Juliam Catuli. O Roma, legisti Ennium vivo Virgilio: atque Homerus irrisus est suo ævo. Infrequentia theatra plausere Menandro vic-

Ad Regulum inscribitur in edd. vett.—3 *Insunt invidiæ* codices Vat. et Florent.—6 *Et laudant Catuli Julia templa senis* edd. antiquiss. cum Ald. Junt. Collin. Gryph. Calderin. Junian. Pulman. &c. *Sic laudant Catuli Julia templa senes* in codice Florent. *Sic laudant Catuli vilia templa senes* in Vaticano. *Et laudant Catuli vilia templa senes* codex Thuaneus. *Julia* (sic *Julia*) et *vilia*

NOTÆ

3 *Regule*] De quo lib. i. Epig. 112. semper fastidio esse nova, antiqua vero pluris æstimari demonstrat Poëta.

5 *Pompeii quærimus*] De porticu Pompeii dictum lib. ii. Epig. 14. Sensus est: Porticus atque ambulacra Domitiani, licet pulcherrima, nos ingrati spernimus, antiquam vero Pompeii porticum præferimus. Lib. xi. Epig. 48.

6 *Sic laudant Catuli vilia* [*Julia templa*] Lutatius Catulus Syllæ temporibus incensum Capitolium et a Sylla restauratum dedicavit: cujus 'Lutatii Catuli nomen inter tanta Cæsaram opera usque ad Vitellium mansit.' Tacitus Hist. lib. iii. *Julia templa* dixit, quia, teste Dione lib. XLIII. 'decretum ut eraso Catuli nomine substitueretur Cæsaria.' Quod decretum executioni mandatum negat Tacitus, cum Lutatii Catuli nomen ad Vitellium usque permanserit. Lipsius existimat, inscriptum quidem Capitolio Julii Cæsaris nomen, et Catuli nomen erasum quidem, sed in hominum memoria hæsisse. Alii Ju-

lia templa interpretantur basilicam Cæsaris in foro Romano a senibus laudari præ templis novis a Domitiano exstructis. Alii vero *Julia templa* intelligunt ædem Veneris a Julio Cæsare ædificatam. Tandem legunt alii *vilia templa*, nimirum præ Capitolio a Domitiano instaurato. Vide Suetonium in Julio cap. 15. Valerium Maximum lib. vi. cap. 9.

7 *Ennius*] Latinus Poëta antiquus, cujus restant adhuc Fragmenta.

8 *Mæonidem*] Dicitur Homerus, quod secundum aliquos in Mæonia regione Asiæ patriam habuerit. Verum Plutarchus in Homeri vita dicit Mæonem Lydorum regem loco filii educavisse Homerum, atque inde Mæonidem fuisse dictum.

9 *Menandro*] Qui Græce scripsit plures Comædias, de quo Gyraldus de Historia Poëtica Dialogo 7.

10 *Corinna*] Nomen fictum puellæ ab Ovidio adamatæ. Ipse Ovidius de se Trist. iv. 'Noverat ingenium, totam cantata per urbem, Nomine non vero dicta Corinna mihi.'

Vos tamen, o nostri, ne festinate libelli:
Si post fata venit gloria, non propero.

tori: una Corinna noverat suum Ovidium. Vos itaque, o nostri libri, ne properate: si decus pendet a morte, non festino.

vix distingui possunt in vet. membranis.—12 D'Orleans legit, *max propero*.

XI.

DE STELLA.

SARDONYCHAS, smaragdus, adamantas, iaspidas uno
Versat in articulo Stella, Severe, meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas,
Invenies: inde est hæc, puto, culta manus.

O Severe, meus Stella gestat uno digito sardonychas, smaragdus, adamantas, iaspidas. Reperies multas gemmas in digitis, plures in versibus: illinc, opinor, hæc manus ornata est.

1 In quibusdam *zmaragdus*. Sic scribunt Broukh. Burm. et Knin. ad Propert. II. 16. 43. ubi omnes codd. habent, *smaragdus*: sic etiam Broukh. et H. Voss. ad Tibull. I. 1. 61. et II. 4. 57. contra codd. fidem: sic Burm. ad Ovid. Met. II. 24. Vide Broukh. ad Propert. I. c. Pier. ad Virg. Æn. VII. 648. Dausq. Orthogr. Vol. II. Tract. 21. Voss. ad Catull. p. 321. Gud. ad Phædr. III. 11. p. 73. Hemsterh. ad Lucian. Ind. Vocal. I. 94. Turneb. Adv. XVI. 2. Lambin. ad Lucr. II. 1122. Mart. Capell. lib. III. p. 57. Gruter. DLXXVI. 5. Inscript. ap. Donium, Class. XVII. 18. et Buber. ad Marm. Brett. p. 10. et 24. Athenæus tamen lib. III. p. 94. contendit '*maragdum*,' *ἀντὶ τοῦ μαργαρίτου, splendere*, scribendum esse, adducto Menandri loco. Calderinus ad h. l. stulte annotavit: 'Scilicet in fine abjicias S; demum facias collisionem vocalium.' At *smaragdus* Bacchius est, nonnunquam etiam Anapæstus, ut h. l. nullibi vero Molossus.—2 *Portat in articulo* ed. vet. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. Lang. &c. *Versat in articulo* codd. Florent. et Vat. Verba '*porto*' et '*verso*,' sive '*verso*' sæpe permutantur in codd.

NOTÆ

1 *Smaragdus*] Hujus vocis mediam syllabam, quæ longa videtur, corripuit Græcorum exemplo, qui geminatas breves faciunt. Sic Theocritus Idyl. XVII. brevem facit secundam syllabam ultimæ vocis in hoc versu: *Θωρηχθεὶς ἐπὶ βορῶν ἐνδραχὺς Ἀφύρτιπρον*: *Thorace munitus invadens injuste botres Egyptias*. Varias gemmarum species enumerat poëta, de quibus Plinius libro ultimo. De Stella dictum lib. I. Epig. 8.

3 *In carmine gemmas*] Elegantiam atque ornamenta versuum appellat gemmas.

4 *Inde est*] Hoc est, Manus Stellæ non tam dicitur culta a gemmis, quam a versuum venustate et elegantia. Farnabius vero sic explicat: Gemmeis annulis ornatur, quod elegantias et lumina in carmine ponere sciat: et gemmas forte consequebatur ab iis, quorum laudes celebrabat.

XII.

DE EODEM.

QUOD nutantia fronte perticata
 Gestat pondera Masthilion superbus,
 Aut grandis Linus omnibus lacertis
 Septem quod pueros levat, vel octo;
 Res non difficilis mihi videtur:
 Uno cum digito, vel hoc, vel illo,
 Portet Stella meus decem puellas.

5

Quod arrogans Masclion obfirmato capite portat vacillantia pondera, vel quod ingens Linus ambobus brachiis attollit septem pueros, vel octo; non existimo rem arduam, cum Stella meus hoc vel illo digito gestet decem puellas.

De annulus Stella lemma est in codice Florent. De Masclione in codice Pulmanni.—1 Scriverius e cod. suo reposuit perticata pro pertinaci, quod exhibent omnes edd. vett.—2 Masclion edd. antiq. Ferrar. Ald. Junt. Colln. Gryph. Pulman. Junian. Lang. &c. Masthilion supinus conj. Farnabius.—7 Levat stella in cod. Florent.

NOTÆ

1 *Fronte perticata* [*pertinaci*] Scriverius legit *fronte perticata*, et interpretatur contum, seu perticam stupendæ molis erectam in area frontis gestatam a Masclione.

2 *Masthilion* [*Masclion*] *Linus*] Viri duo maximis viribus præditi. Alii, *Masthilion*.

7 *Decem puellas*] Lepide jocatur Poëta in gemmis quas digito gestabat Stella. Varia est hujus loci interpre-

tatio. Hoc est: Cum Stella uno digito gestet decem annulos a puellis donatos, totidem nempe puellarum pignora, vel pretium decem puellarum, ut intelligit Domitius. Sed meo judicio omnium optime Raderus intelligit decem annulos, in quorum singulis unius puellæ effigies cæset insculpta; vel unum tantum annulum gemma ornatum, in qua expressæ viderentur decem puellarum imagines.

XIII.

IN CALLISTRATUM.

SUM, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
 Sed non obscurus, nec male notus eques:

O Callistrate, confiteor, sum inops et semper fui; at eques non ignobilis, nec

Hic nulla lectionis varietas est in codd. aut libris prelo excusis.

NOTÆ

1 *Callistrate*] Fuit is divitiarum amantissimus, quem irridet Poëta.

2 *Nec male notus*] Ingenio nempe fuit clarus: attamen equestrem cen-

Sed toto legor orbe frequens; et dicitur, Hic est:

Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.

At tua centenis incumbunt tecta columnis, 5

Et libertinas arca flagellat opes:

Magnaue Niliacæ servit tibi gleba Syenes;

Tondet et innumeros Gallica Parma greges.

Hoc ego, tuque sumus: sed quod sum, non potes esse:

Tu quod es, e populo quilibet esse potest. 10

ignotus: at multi legunt meos libros toto orbe, et aiunt, Hic est; et virum assequor quod pauci post mortem: sed ædes tuæ fulciuntur centum columnis, atque arca coercet libertinas divitias: atque ampli fundi Syenes Ægyptiæ sunt in tuo dominio, et Gallica Parma tibi tondet innumerabiles greges. Ego et tu sumus hoc; sed nequis esse quod sum: quilibet autem e populo potest esse quod tu es.

NOTÆ

sum quadringenta scilicet sestertium millia non possidebat, at jus ædendi inter equites fuerat illi concessum ex munere Cæsaris Domitiani. Lib. III. Epig. 94. 'vidit me Roma tri-bunum, Et sedeo quatescitat Oceanus.' De censu equestri clare Ju-venalis Sat. XIV. 324.

4 *Quodque cinis*] Sic lib. III. eodem Epig. 'Ore legor multo, notumque per oppida nomen Non expectato dat mihi fama rogo.' et Ovidius Trist. IV. Eleg. 10. 'Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti Nomen, ab ex-quis quod dare fama solet.'

6 *Libertinas*] Prope immensas in-terpretare, quales possederunt liberti locupletissimi Narcissus et Pallas, Claudio regnante, et Crispinus etiam,

quem exagitat Juvenalis Sat. I. *Arca flagellat*] Opes quæ vix contineri pos-sunt in arca. Hoc verbo jam usus est lib. II. Epig. 30.

7 *Magnaue Niliacæ*] Syene urbs Ægypti quondam nobilissima. Lib. I. Epig. 87. 'Glebam' dixit pro 'fundo.'

8 *Gallica Parma*] Urbs Galliæ Cis-alpinæ ad Padum, ubi lana optima. Lib. II. Epig. 43. 'Vel quam sepo-sito de grege Parma dedit.'

9 *Hoc ego*] Ego quidem sum inops, tu vero dives.

Non potes esse] Non intelligit Mar-tialis Callistratum a paupertate posse esse semper immunem, sed nobilem Poëtam illum evadere posse negat.

10 *E populo quilibet*] Ignarus enim, et quilibet ex plebe, rem facere potest.

XIV.

DE NANNEIO.

SEDERE primo solitus in gradu semper,

Tunc cum liceret occupare, Nanneius;

Manneius consuetus semper sedere in primo gradu, tunc cum fas esset præcipere

~~~~~

*De Manneio lemma est in edd. vett.—2 Tunc cum licebat Ald. Junt. Colin.*

Bis excitatus terque transtulit castra,  
 Et inter ipsas pæne tertius sellas  
 Post Caiumque Luciumque consedit. 5  
 Illinc cucullo prospicit caput tectus,  
 Oculoque ludos spectat indecens uno.  
 Et hinc miser dejectus in viam transit,  
 Subsellioque semifultus extremo,  
 Et male receptus altero genu, jactat 10  
 Equiti sedere, Lectioque se stare.

*locum, bis et ter suscitatus migravit loco, et tertius consedit fere inter ipsas sellas post Caium et Lucium: inde spectat capite aperto cucullo, atque indecore prospicit spectacula uno oculo, et hinc infelix expulsus migrat in viam, et semifultus ultimo subsellio, et male receptus altero genu, gloriatur sedere equiti, et se stare Lectio.*

Gryph. &c.—11 *Equiti sedere se in* [isdem. *rd se post sedere* delevit Farnabius.

## NOTE

2 *Cum liceret*] Ante legem theatrali a Domitiano revocatam, quæ plebs ab Equite, Eques a Senatore discernetur in theatro, primi advenientes subsellia prima occupabant.

3 *Transtulit castra*] A designatore coactus est sellam suam in locum remotiorem transferre: et hoc facete dicit transferre castra: sellas vero in theatrum inferre solebant Romani.

5 *Post Caium Luciumque*] Equites scil. Posnerat sellam suam Nanneius in ipsis forte gradibus, ex quo loco, licet tectus cucullo, et vix uno oculo ludos spectans, nihilominus agnitus a designatore fuit expulsus. De sellis in theatrum allatis Suetonius in Nerone cap. 26. Lipsius cap. 18. de

amphitheatro dubitat an sic intelligendus sit hic versus, an sellæ sumendæ pro subselliis graduum ipsorum.

8 *In viam transit*] Ad plebem. Via autem erat interstitium quoddam inter ordines et cuneos. Vide Lipsium de amphitheatro capite citato.

10 *Jactat*] Dimidia corporis parte sedebat Nanneius velut eques, altera vero stabat, ut designatori Lectio obtemperaret, metuens ne et illinc expelleretur, ex quo Nannei situm captat Martialis.

11 *Equiti sedere*] Alii addunt *se*, sed contra legem carminis. Equiti sedet, hoc est, velut eques. Interpretes omnes sic explicant.

## XV.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

QUINTUS nostrorum liber est, Auguste, jocorum,  
 Et queritur læsus carmine nemo meo.

*O Auguste, quintus libellus continet nostros ludos, et nullus queritur offensus meus*

## NOTE

2 *Et queritur læsus*] Ubi enim laudat aliquem, verum illius nomen po-

nit: at vero si improbos carpat, fictis nominibus utitur.

Gaudet honorato sed multus nomine lector,

Cui victura meo munere fama datur.

Quid tamen hæc prosunt, quamvis venerantia multos? 5

Non prosint: sane me tamen ista juvant.

*versibus. At multi lectores latantur nomine cohonestato, quibus fama non peritura donatur meo benefacto. Nihilominus quid hæc proficiunt licet coletia multos? Non proficiunt quidem, attamen iis delector.*

3 Gaudet honoratus, sed multum carmine Beverlandi Ms. honorato, sed multus carmine codex Pulmanni.—5. 6 Quid tamen hæc prosunt? quamvis venerantia multis non prosunt: sane, &c. in cod. Bodl. Non prosunt sane, me, &c. in Ald. Junt. Colin. &c. et sic distingui malit Ant. de Rooy. sane eleganter concedenti inservit. Vide Burm. ad Ovid. Heroid. Epist. xxi. 218. Nostr. infra lib. vi. Epig. 32.

NOTÆ

3 Gaudet honorato] Hoc est, Meis nullum quidem mihi fructum afferunt, sed tamen me delectant. Hoc idem repetit Epigrammate sequenti.

5 Quid tamen hæc] Versus mei

XVI.

AD LECTOREM.

SERIA cum possim, quod delectantia malim

Scribere, tu causa es, lector amice, mihi,

Qui legis, et tota cantas mea Carmina Roma.

Sed nescis, quanti stet mihi talis amor.

Nam si falciferi defendere templa tonantis, 5

Solicitisque velim vendere verba reis;

*O amice lector, tu mihi causa es, cur malim componere res jucundas, cum possim graves, qui evolvis, et canis meos Versus tota Roma: at ignoras quanti mihi constet hæc benevolentia. Nam si placeat tueri ades Tonantis falciferi, et vendere verba*

1 Beverlandi Ms. malo.—3 Qui legis, et cunctas codex Thuaneus. Qui legis,

NOTÆ

4 Sed nescis] O lector, ut meis Versibus captem tuam benevolentiam, ad inopiam redigor; sed aliis ex studiis, quæ omitto, mercedem consequer amplissimam. velim causas perorare in foro, juxta quod Saturno falcem gerenti dicatum erat templum, teste Macrobio Saturn. lib. i. cap. 8.

5 Nam si falciferi] Hoc est, Si

Delph. et Var. Clas.

Martial.

6 Vendere verba] Causas agere.

2 A

Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas,

Et fiet vario sordidus ære sinus.

At nunc conviva est, commissatorque libellus,

Et tantum gratis pagina nostra placet.

10

Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,

Cum minimum vati munus Alexis erat.

Belle, inquis, dixi: satis est: laudabimur usque.

Dissimulas? facies me, puto, causidicum.

*reis amicis: multi nautæ ad me mittent metretas ex Hispania, et sinus sordescet pecunia variis generis. At meus liber nunc vacat conviviis et comensationibus, et nostra Carmina jucunda sunt tantum gratuite: et antiqui non satis habuerunt hanc laudem, cum Alexis erat Poëta minimum donum. Recte dixisti, eis: satis est. Laudibus perpetuis offeremur. Dissimulas? opinor, me efficias causidicum.*

*et jactas in cod. Florent.—8 Et fiet Phario scribendum putabat Rutgersius. Et fieret vario codex Pulmanni.—9 Beverlandi Ms. miseraturque libellus.—11 Sed non et veteres codex Thuan. Sed non ut veteres codex Vaticanus.—13 Beverlandi Ms. juvat et laudabimus.*

#### NOTÆ

7 *Metretas*] Metretam, amphoram, et cadum pro eodem genere mensuræ a Romanis usurpari Raderus contendit, et capere 48. sextarios existimat. Alii aliter.

9 *Comissator*] Libri mei apti sunt tantum conviviis et comensationibus. Est autem comessatio, vel comissatio, intempestivum convivium, præsertim nocturnum et quidem post cœnam, cum non cibis tantum, sed et lascivis indulgerent veteres.

10 *Et tantum gratis*] Juvenalis Sat. VII. 81. 'Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?' Lib. XI. Epig. 4. 'Nescit sacculus ista mens.'

12 *Munus Alexis*] Puer elegantis forma Virgilio donatus a Mæcenate, vel Pollione, de quo Virg. Ecl. II.

14 *Dissimulas*] Surdus es, nec vis intelligere me aliud poscere præter laudem. Vide Epig. 26. infra.

*Facies me*] Cum nihil dones, coges me mutare studia, et causas agere.

### XVII.

#### IN GELLIAM.

DUM proavos, atavosque refers, et nomina magna;

Dum tibi noster eques sordida cœditio est:

Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo

Nubere: nupsisti, Gellia, cistifero.

*Dum recenseres proavos atque atavos et nomina magna; dum fastidis equestrum nostrum ordinem; dum dicis te non posse nubere nisi lato clavo; O Gellia, nupsisti cistifero.*

4 Pulmannus malit *Celtifero*. Beverlandus conj. *cantifero*, i. e. pegili, qui

flagellum fert, etiam cujus cæsto clavi erant ferrei. Virg. 'Terina boum plumbo insuto, ferroque rigeant.' Turnebus Advers. III. 21. *cistigero*.

## NOTE

3 *Lato, Gellia, clavo*] Hoc est, viro Senatorii ordinis, cujus insigne erat latus clavus, quem sic describit Budæus in Pandectas lib. I. Ex dictis apparet, inquit, latum clavum tunicam fuisse purpura prætextam, latioram tunica vulgari, longioraque, ac discinctam, cui toga superinduebatur ut tunicæ. Suetonius in Augusto 94. 'Sument virilem togam tunica lati clavi ex utraque parte resuta ad

pedes decidit.'

4 *Cistigero*] Turnebus lib. III. cap. 21. legit *cistigero*, quem pro contemptissimo et villissimo homine poni existimat: erat autem cistifer Cybeles sacrificulus, qui ferebat cistulam, in qua erant quædam Cybeles arcana. Alii Judæum intelligunt, cujus, ut ait Juvenalis Sat. III. 'Cophinus, sœnamque anpellex.'

## XVIII.

## AD QUINTIANUM.

Quon tibi Decembri mense, quo volant mappæ,  
Gracilesque ligulæ, cereique, chartæque,  
Et acuta senibus testa cum damascenis,  
Præter libellos vernulas nihil misi:  
Fortasse avarus videar, aut inhumanus.  
Odi dolosas munerum et malas artes.

5

*Forte existimer pareus, aut inurbanus; quod exceptis libris vernulis ad te nihil misi mense Decembri, quo mappæ circumferuntur, et ligulæ tenues, et cerei, et chartæ, et acuta testa cum prunis Damascenis vetustis. Fraudulenta et improba*

5 *Forte avarus videor legunt alii, probante Farnabio.*—8 Brodæus legendum

## NOTE

1 *Volant mappæ*] Quas patronis mittebant clientes. Lib. IV. Epig. 89.

2 *Ligulæ*] Lingulam Grammatici dicunt lib. XIV. Epig. 120. quam Gellius sic definit lib. X. cap. 25. 'Existimo lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem lingue factum.' Ligula vero in calceis a ligando deducitur. Ligula est etiam apud Plinium lib. XX. cap. 5. genus mensuræ; hic autem puto sumendam esse pro gladiolo argenteo.

*Cereique, chartæque*] Dona nimirum quæ mitti solebant: lib. XIV. Epig. 10.

et 11. 'Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus; quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.' Festus.

3 *Et acuta*] Vas testaceum intellige, plenum prunis Damascenis, quorum mentionem facit Plinius lib. XIII. cap. 5. Damascus, vel Damascus, nobilis Syriæ civitas: alii, *Schem*; alii, *Siam* a Tureis vocari affirmant. Vide lib. XIII. Epig. 20.

4 *Libellos vernulas*] Hoc est, domi scriptos.

Imitantur hamos dona : namque quis nescit,  
 Avidum vorata decipi scarum musca ?  
 Quoties amico diviti nihil donat,  
 O Quintiane, liberalis est pauper.

10

*artes donorum mihi odiosa sunt. Munera imitantur hamos: etenim quis ignorat, avidum scarum circumveniri hausta musca? O Quintiane, quoties inopè nihil dat amico locupletis, munificus est.*

~~~~~

censet: Avidum vorato decipi scarum musco: i. e. alga; nam Athenæus lib. vii. Χαλπὴ δὲ τῇ τῶν φουκῶν τροφῇ διὰ καὶ τοῖς θηπέβαι. Gaudet algis vesci, quare et illis capitur.

NOTÆ

8 *Scarum*] Piscem. Vide lib. iv. num valeat; unde avaritia est, nedum liberalitas. Vide Isocratis Oratio-

10 *Liberalis est pauper*] Donando nem ad Nicoclem.

enim plus petere videtur, quam do-

XIX.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

Si qua fides veri, præferri, maxime Cæsar,
 Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
 Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
 Quando Palatini plus meruere Dei?
 Pulchrior et major quo sub duce Martia Roma?
 Sub quo libertas principe tanta fuit?

5

Si credendum veritati, o maxime Cæsar, nulla sæcula possunt anteponi tuo ævo. Quando fas fuit videre triumphos nobiliores? quando Numina Palatii plus merita sunt de nobis? quo sub Imperatore Martia Roma fuit major atque ornatior? sub quo principe fuit tanta libertas? Nihilominus reperitur hoc vitium, at non parci

~~~~~

1 *Si qua fides veris* Beverlandi Ms.—5 *Pulchrior et melior* Beverlandi

## NOTÆ

1 *Si qua fides veri*] Immo, si qua fides adulationis.

3 *Dignos triumphos*] In spectaculis nempe; nam de hostibus non retulit triumphos nisi indignos, ut colligere est ex Suetonio in Domitiano cap. 6.

4 *Quando Palatini*] Hoc est, Quando Juno, Minerva, et Jupiter qui colebantur in Palatio, plus de nobis meriti sunt, quam tu, o Cæsar? Alii

aliter explicant: Quando majoribus culti fuerunt honoribus, quam nostro ævo? Summo quippe studio Minervam in Palatio colebat Domitiana. Eligat lector.

6 *Sub quo*] His verbis Domitiano blanditur Poëta; nunquam enim minor fuerat libertas, cum nemini de Republica sermones habere liceret.

Est tamen hoc vitium, sed non leve, sit licet unum,

Quod colit ingratas pauper amicitias.

Quis largitur opes veteri fidoque sodali,

Aut quem prosequitur non alienus eques ? 10

Saturnaliæ ligulam misisse selibræ,

Flammatae togæ scriptula tota decem,

Luxuria est, tumidique vocant hæc munera reges.

Qui crepet aureolos, forsitan unus erit.

Quatenus hi non sunt, esto tu, Cæsar, amicus. 15

Nulla ducis virtus dulcior esse potest.

*momenti, quomodo sit unum, quod inops observat ingratos amicos. Quis donat divitiis veteri et fidei socio, vel quis dona accipit a vero equite? Profusio est, misisse ligulam selibræ Saturnaliæ, aut togam purpuream valentem decem scrupulis integris, et hæc appellantur dona a superbis dominis. Forte unus erit qui numeret aureolos. Tu, o Cæsar, esto amicus, quandoquidem hi non sunt amici. Nulla virtus Imperatoris potest esse gratior largitate. O Germanice, jampridem*

Ms.—11 'Hic vulgo faciunt novum Epigramma: sed recte notarunt Gruterus et Scriverius hanc partem et conclusionem esse prioris.' *Grenovius*.—12 *Flammatae togæ* codex Pulmanni. *Flammatae togæ* in codd. Thuan. et Florent. *Palmaris togæ*, vel *stola* legi jussit Beverlandus. 'Palmata tunica' legitur apud Festum. *veripala* pro *scriptula* citat idem Beverlandus. Alii, *scrupula*.—13 Beverlandi Ms. *tumidique vocant hæc munera regis*. Muneribus pacem sibi redimebant a Romanis reges timentes.

#### NOTÆ

10 *Non alienus eques*] Triplex Romæ fuit equitum ordo. Alii enim stirpe sua et censu erant equites, et quidem veri equites: alii qui equo stipendia mererent, atque opponebantur peditibus. Tertius denique equitum ordo sub Cæsaribus primum natus, quibus honoris causa in quatuordecim gradibus sedere licebat, in quo numero fuit noster Poëta: Lipsius in *Amphitheatro* cap. 14. Hoc vero loco *non alienus eques* stirpe et censu eques. Sensus est: Veri equites neminem prosequuntur donis. Alii aliter. Eques non alienus, secundum Turnebum lib. ix. cap. 24. est ille quem dives aliquis censu equestri donatum equitem fecerit: hoc est, quem patronum deducit, quem regem comitatur eques factus liberalitate ipsius regis seu patroni. Vide lib. xiv.

Epig. 123.

11 *Saturnaliæ*] Ligula mensuræ genus est: hic videtur sumi ut supra v. 11. pro gladiolo argenteo, qui constaret selibra argentea sane, ut in versu sequenti loquitur de toga, quæ constaret decem scrupulis: interpretes tamen sumunt pro mensura.

12 *Flammatae*] Togam purpuream intelligit, a flammæ ardentis similitudine, qua micat purpura.

*Scriptula* [*scrupula*] *decem*] Auri nemp; nam decem argenti scrupulis non emeris togam purpuream. Est autem scrupulum vicesima quarta pars uncie; in libra autem 12. erant uncie. De scrupulis jam dictum lib. iv. Epig. 89.

14 *Qui crepet aureolos*] Nam non aureos clientibus numeret; nam dam numerantur crepitum edunt.

Jamdudum tacito rides, Germanice, naso :

Utile quod nobis, do tibi consilium.

*rides tacite naso : affero tibi consilium fructuosum, quod respuis.*

—17 *Jamdudum adunco* Juntina nostra in margine.—18 *Utile quod non vis edd.* vett. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Utile quod nobis* codex Vaticanus, et optt. Scriverii.

## XX.

### AD JULIUM MARTIALEM.

Si tecum mihi, care Martialis,

Securis liceat frui diebus ;

Si disponere tempus otiosum,

Et veræ pariter vacare vitæ :

Nec nos atria, nec domos potentum,

5

Nec lites tetricas, forumque triste

Nossemus, nec imagines superbas :

Sed gestatio, fabulæ, libelli,

Campus, porticus, umbra, virgo, thermæ ;

Hæc essent loca semper, hi labores.

10

*O dilecte Martialis, si mihi fas sit tecum consumere dies tutas, si frui tempore vacuo, et simul indulgere veræ vitæ : nec cognovissemus aulam, nec ædes divitum, nec causas molestas, et forum maritum, nec fastosas imagines. At gestatio, fabulæ, tibri, campus, porticus, umbra, virgo, thermæ, hæc perpetuo essent loca, hæc occipa-*

*Ad Martialem* inscribitur in edd. vett.

## NOTÆ

1 *Si tecum*] Vide lib. iv. Epig. 64. de eodem Julio Martiali.

4 *Et veræ*] Lege lib. i. Epig. 16. et lib. ii. Epig. 90. Vera vita apud nostrum Poëtam accipitur, pro eo tempore quo indulgemus voluptatibus honestis, ut jam dictum est supra.

7 *Imagines superbas*] Hoc est, Non celeremus nobiles superbos, qui de longa stemmatum, atque imaginum serie gloriantur. Lib. ii. Epig. 90. 'Atriaque immodicis arcet imagi-

nibus.'

8 *Gestatio*] Significat unctionem, quæ vel lectica vel vehiculo feret; significat quoque deambulationem arboribus opacam atque amœnam. Plinius jun. lib. ii. Epist. 17. 'Gestatio buxo, aut rore marino, ubi desit buxus, ambitur.'

9 *Virgo*] Aquam virginem intellege, de qua lib. vi. Epig. 42. et Martialis lib. vi. cap. 15. et Plinius lib. xxxi. cap. 3.

Nunc vivit sibi neuter, heu, bonosque  
 Soles effugere atque abire sentit;  
 Qui nobis pereunt, et imputantur.  
 Quisquam vivere cum sciat, moratur?

*tiones. Neuter heu nunc sibi vivit, atque intelligit elabi atque effluere dies felices, qui occidunt nobis, et nobis numerantur. An quisquam cunctatur vivere, cum norit quid sit vita beata?*

## NOTÆ

11 *Bonosque*] Nempe ad vivendum liter absumsiisti. Lib. x. Epig. 44. hilariter. 'Gandia tu differs, at non et stamina

13 *Et imputantur*] Hoc est, Anus differt Atropos, atque omnis scribitur dies non redditur, pro eo quem inani- hora tibi.'

## XXI.

## DE APOLLONIO.

QUINTUM pro Decimo, pro Crasso, Regule, Macrum  
 Ante salutabat Rhetor Apollonius.  
 Nunc utrumque suo resalutat nomine: quantum  
 Cura, laborque potest! scripsit, et edidicit.

*O Regule, Apollonius Rhetor antea salutabat Quintum pro Decimo, et Macrum pro Crasso. Nunc salutatur utrumque suo nomine: quantum cura, et labor prodest! scripsit, et edidicit.*

1 Rob. Titius emendavit *Macrum*; nam Marcus erat etiam prænomen Licinii Crassi: et sic conj. Heraldus. Macri meminit Tibullus 11. 6. 1. 'Castrum Macer sequitur,' &c. In antiq. ed. Argent. ex quodam cod. notatur *Macrum*.—2 Codex Thuanensis: *rhetor Apollodorus*; unde Beverlandus legendum censet: *rhetor Apollodorus*. 'Memini audire ex Cl. V. Is. Vossio in Ms. esse, *Apollodorus*, de quo dubitandum non est: τὸ Ἀπολλόνιος repugnat legi versus, ut et *Ἀπαλλόδοπος*.' Gronovius.—4 Beverlandi Ms. scripserat et edidit.

## NOTÆ

1 *Quantum*] Apollonium Rhetorem facere irridet, qui vel duo amicorum nomina tenere memoria nequiret.

*Macrum*] Alii *Marcum*, minus bene, meo iudicio: locus est in nominibus ut ostendat ineptiam Apollonii, qui contraria, et secum prorsus pugnancia

dicat.

3 *Quantum Cura*] Videtur alludere ad illud Virgilli: 'labor omnia vincit improbus.' Apollonius enim assiduo labore edidit duo amicorum nomina.

## XXII.

## IN PAULLUM.

MANE domi nisi te volui, meruique videre,  
 Sint mihi, Paulle, tuæ longius Exquilæ.  
 Sed Tiburtinæ sum proximus accola pilæ;  
 Qua videt antiquum rustica Flora Jovem.  
 Alta Suburrani vincenda est semita clivi, 5  
 Et nunquam sicco sordida saxa gradu:  
 Vixque datur longas mulorum rumpere mandras;  
 Quæque trahi multo marmora fune vides.  
 Illud adhuc gravius, quod te post mille labores,  
 Paule, negat lasso janitor esse domi. 10  
 Exitus hic operis vani, togulæque madentis:  
 Vix tanti Paullum mane videre fuit.

O Paulle, si meritus sum, atque optavi mane videre te domi, tuæ Exquilæ a me distent longius. Sed habito prope pilam Tiburtinam, qua agrestis Flora spectat Jovem veterem. Superanda est alta semita clivi Suburrani, et saxa canosa nunquam gradu sicco. Et vix licet superare longas mandras mulorum, et marmora quæ cernis trahi multis funibus. Illud adhuc molestius, o Paulle, quod post mille labores mihi defatigato janitor respondet te non esse domi. Hic est eventus laboris inanis, et togulæ madentis: vix tanti fuit mane cernere Paullum. Officioso semper sunt

1 Mane domi si te merui, voluique in quibusdam vet. *Mane domi nisi te merui, voluique* Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collin. Gryph. nisi te volui metuique codex Palat. Sed Farnabius censet rescribendum, metui. Volebat amicum visere, sed metuebat ne Paulus vel domi non esset, vel negaretur esse.—2 Sunt mihi codex Pulmanni.—7 Codex Palatinus, rumpere mandras: in aliis, vincere mandras.—11 Exitus hinc Ald. Junt. Collin. Gryph. &c. Exitus hic Pulmanni codex.

## NOTÆ

1 Nisi te volui, meruique [si te merui, voluique] Hoc est, Tua domus a mea longius distet, non recuso tamen te adire, si merear te domi reperire, et tibi salutem dicere: nisi te legunt alii, id est, Mihi etiam longius iter sit suscipiendum, nisi merear, et cupiam te videre. Ellgat lector. Exquilæ vero locus erat urbis valde distans a pila Tiburtina, ubi erat templum Floræ, unde Capitolium vetus prospiciebatur. Marlianus lib. v. cap. 9. et 26.

5 Alta Suburrani] Ad montem,

Exquilinum per Sabarram ascendebatur.

7 Rumpere mandras] Ovium, boum, mulorum septa et claustra mandræ proprie appellantur, hic vero mandra significat longam mulorum seriem et multitudinem. Javernalis Sat. III. 'stantis convicia mandræ.'

8 Quæque trahi] Viarum impedimenta eleganter describit Javernalis Sat. III.

10 Negat lasso] Idem dixit lib. II. Epig. 5.

11 Togulæque madentis] Vel pluvia,

Semper inhumanos habet officiosus amicos :

Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

*amici inefficaci ; nequis esse meus dominus, nisi dormieris.*

## NOTE

vel sudore propter longitudinem itineris.

12 *Vix tanti*] Vix suscipiendus esset tantus labor, etiamsi certus essem te domi futurum ; quam ergo moleste feram, post tot labores domi non reperire te, judices vellm.

14 *Rex, nisi*] Si cupis esse meus patronus seu dominus, dormi tantisper, donec salutatum te adveniam. His verbis innuit Poëta Paulum summo mane exire, ut et ipse alios salutaret. Lib. II. Epig. 18.

## XXIII.

AD BASSUM.

HERBARUM fueras indutus, Basse, colores,

Jura theatralis dum siluere loci.

Quæ postquam placidi censoris cura renasci

Jussit, et Oceanum certior audit eques ;

Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta

5

Veste nites, et te sic dare verba putas.

Quadringentorum nullæ sunt, Basse, lacernæ :

Aut meus ante omnes Codrus haberet equum.

*O Basse, indueras vestes herbei coloris, dum abrogatæ fuerunt leges loci theatralis : quas renovari postquam imperavit cura benigni censoris, et eques distinctus audit Oceanum ; non splendes nisi vestimento perfuso cocco atque imbuto murice, et sic credis imponere designatori. O Basse, nullæ lacernæ valent quadringentis : aut meus Codrus esset equus præ omnibus.*

2 Ant. de Rooy conj. *dum siluere feri*. Sic infra lib. VII. Epig. 63. 'jura feri.' An forte sub oculis habuit locum Auctoris Elegiæ de Morte Drusi, 185. 'Jura silent, matæque jacent sine vindice leges, Aspicitur toto purpura nulla foro.'—5 Codex quidam apud Beverlandum : *ostro madida*.—8 *Cordus* ed. vett. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Codrus* codex Palmanni. Similis confusio est in codd. Juvenal. l. 2. ubi vide Cl. Ruperti.

## NOTE

1 *Herbarum fueras*] Vestes virides intelligit Poëta : legem vero theatralem, qua equites a plebe in amphitheatro distincti sunt, revocavit Domitianus, quem benignum censorem vocat. Epig. 8. et 14. supra.

6 *Veste nites*] Ut videaris vernus eques.

7 *Quadringentorum*] Quamvis ves-

tibus purpureis sis indutus, illæ tamen non æstimantur quadringentis millibus sestertium, quæ censam equestrem constituiebant.

8 *Aut meus*] Licet enim pauperimus, ut vidimus lib. II. Epig. 57. lacernam tamen coccineam posset sibi comparare. Legunt alii *Cordus*.

## XXIV.

## DE HERMETE.

HERMES Martia sæculi voluptas ;  
 Hermes omnibus eruditus armis ;  
 Hermes et gladiator, et magister ;  
 Hermes turba sui tremorque ludi ;  
 Hermes, quem timet Helius, sed unum ; 5  
 Hermes, cui cadit Advolans, sed uni ;  
 Hermes vincere, nec ferire doctus ;  
 Hermes supposititius sibi ipsi ;  
 Hermes divitiæ locariorum ;  
 Hermes cura, laborque ludiarum ; 10

*Hermes delicia Martia hujus temporis ; Hermes doctus omni genere armorum ; Hermes et gladiator et magister ; Hermes perturbatio et terror sui ludi ; Hermes, quem veretur Helius, at solum ; Hermes, a quo sternitur Advolans, at solo ; Hermes sciens superare, nec percutiendo ; Hermes qui sibi ipsi sufficitur ; Hermes divitiis locariorum ; Hermes amor et sollicitudo ludiarum ; Hermes superbus hasta bellica ;*

5 *Helius* in edd. vett. in aliis *Lælius*. Hæc nomina sæpe confusa a librariis. Vide Vinetum ad Sueton. Illustr. Gramm. cap. 2. extr. et init. cap. 3. Guilielm. Quæst. Plautin. p. 239. Interpp. ad Gell. x. 21. et Oudendorp. ad Frontin. iv. 5. 14.—7 *Hermes vincere se et ferire* Lipsius Epist. 1. 5. *sed ferire* in vulgatis: *nec ferire* codd. Pulmanni, Cagnerii et Junii, probante Dousâ ad Petronium.—9 Codd. Pulmanni et Beverlandi *jocariorum*. Vide Salm. ad Solin. p. 234. et Cælium lib. xrv. cap. 23.

## NOTE

3 *Et gladiator*] Is nempe est qui in arena spectante populo pugnat. Magister vero gladiatorum Lanista dicitur, qui toti familiæ præest, illamque docet artem gladiatoriam.

4 *Tremorque ludi*] Quem arma gerente reformidat omnis gladiatorum familia.

5 *Quem timet Helius*] Gladiator proximus ab Hermete.

6 *Advolans*] Alter gladiator nobilis.

7 *Nec ferire*] Sic enim adversariam implicabat, ut sine ictu illum vinceret, vel qui victo adversario parcebat. Vulgata lectio, *sed ferire*.

8 *Supposititius*] Gladiatores supposititii erant ii qui defatigatis et victis aliis sufficerentur: Hermes vero pugnando nunquam defatigabatur, atque ita non indigebat supposititio.

9 *Divitiis locariorum*] Pauperes qui loca commoda in spectaculis a se occupata divitibus tarde venientibus locarent, locarii dicebantur.

10 *Laborque ludiarum*] Uxores vel amici gladiatorum ludie dicebantur, quæ omnes Hermetem amabant, eumque salvum anxie cupiebant.

Hermes belligera superbis hasta;  
 Hermes æquoreo minax tridente;  
 Hermes casside languida timendus;  
 Hermes gloria Martis universi;  
 Hermes omnia solus, et ter unus.

15

*Hermes horrificus tridente marino; Hermes metuendus rapè languenti; Hermes de-  
 cus universi Martis; Hermes solus omnia, et ter unus.*

## NOTÆ

11 *Superbus hasta*] Sammites ante pugnam vibrabant hastas, quos æmulabatur Hermes, atque ut plausum populi captaret, in prælusione hastam mirifice vibrabat.

12 *Æquoreo minax*] Retiarius nimirum, qui adversus Myrmillonem reti et tridente utebatur. Juvenalis Sat. VIII. 'movet ecce tridentem Postquam vibrata pendente retia dextra Nequicquam effudit.' Armaturam retiarii expressam vide apud Lipsium lib. II. Sat. cap. 9.

13 *Hermes casside*] Hunc versum explicat Lipsius Sat. lib. II. cap. 12. Martialem, inquit, de Andabata interpreter, ubi Hermetem gladiatorem attollit, et variis armis pugnacem facit: quid enim aliud sit languida

illa cassia, quam hæc quæ tenebras et languidam calliginem inducit, quæ nempe tegebantur Andabatæ, qui cæcorum more pugnabant? Sic Lipsius. Sed forte intelligit Poëta Hermetem fuisse etiam egregium Myrmillonem. In Myrmillonis galea pictus erat piscis; unde cum retiarius esset vibraturus retia, alebat, Non te peto, placem peto. Hunc autem versum ita explico, nempe Hermetam fuisse tremendum, licet galea ejus esset remissa et veluti neglecta, id est languida, cum ageret partes Myrmillonis. Ergo erat minax cum moveret hastam, cum esset retiarius, et aliquando Myrmillo. Itaque solus obibat officia trium gladiatorum, Hinc liquet sensus ultimi versus,

## XXV.

DE CHÆRESTRATO.

QUADRINGENTA tibi non sunt, Chærestrate, surge;  
 Lectius ecce venit: sta, fuge, curre, late.

O Chærestrate, non habes quadringenta, surge, en Lectius advenit: sta, fuge,

~~~~~

2 Codex Florent. sta, fuge, surge, tace.—8 In eodem codice, permaduisse

NOTÆ

1 *Quadringenta*] Census nempe equestris, de quo lib. XIV. Epig. 67. et Epig. 8. supra.

2 *Lectius*] Designator, qui ex quadecim gradibus expellebat equites censu requisito carentes.

Ecquis, io, revocat, discedentemque reducit?

Ecquis, io, largas pandit amicus opes?

Quem chartis famæque damus, populisque loquendum? 5

Quis Stygios non vult totus adire lacus?

Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo

Spargere, et effuso permaduisse croco?

Quam non sensuro dare quadringenta caballo,

Aureus ut Scorpi nasus ubique micet? 10

O frustra locuples, o dissimulator amici,

Hæc legis et laudas? quæ tibi fama perit?

propera, delitescere. Ecquis, io, retrahit, et reducit abeuntem? Ecquis, io, amicus offert amplas divitias? Quem prædicandum tradimus chartis, et famæ, et populis? Quis cupit non omnis mori? Hoc, quæso, nonne melius est quam irrigare pulpita pluvia rubra, et perfundi croco disperas? Quam donare quadringenta equo non sensuro, ut aureus nasus Scorpi splendeat ubique? O nequicquam dives, o amice dissimulator: evolvis hæc, et probas: quantum nomen perdis?

~~~~~

mero.—10 Bulengerus emendat *Æreus*. *Ærea* scilicet Scorpi statua. Sed stant a vulgato omnes codd. et dicit' alibi Noster lib. x. Epig. 74. 'Cum Scorpis una quindecim graves hora Ferventis auri victor auferat saccos.' Nihil igitur mirum, tam diviti statuas aureas. Inquit enim Poëta: Confers aurum ad statuam equestrem Scorpi agitatoris, et negligis amicam nobilem.—11 Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Delph. &c. o dissimulator amice.

#### NOTE

3 *Ecquis, io*] Conqueritur Martialis Chærestratum abeuntem a nemine revocari; hoc est, a nullo divite censum equestrem illi suppeditari.

6 *Quis Stygios*] Quis omni ex parte perire non vult, sed liberalitate nomen suum immortalitati mandari cupit?

7 *Hoc, rogo*] Sensus est: Nonne præstaret pecunia famam emere, quam maximas impensas facere in res inanes?

*Quam rubro*] Croco scilicet amphitheatrum spargere. Vide lib. Spect. Epig. 3.

9 *Quam non sensuro*] Hoc est, quam ponere statuas equo non sensuro.

10 *Aureus*] Lib. x. Epig. 74. 'Cum Scorpis una quindecim graves hora Ferventis auri victor auferat saccos.' Unde mirum videri non debet auream illi statuam positam fuisse: nasus per synecdochen sumitur pro tota statua. Legunt alii *Æreus ut Scorpi*, de quo dictum lib. iv. Epig. 67. et lib. iiii. Epig. 60. 53.

11 *O frustra locuples*] Qui divitiis uti nescis, meæque paupertatis notitiam dissimulas. Legunt alii: *O dissimulator amici*.

12 *Quæ tibi*] Quantam famam tibi comparares, mihi divitias largitus, ut meis Carminibus nomen tuum posteritati commendarem.

XXVI.

AD CODRUM.

Quod Alpha dixi, Codre, pænulatorum  
Te nuper, aliqua cum jocarer in charta;  
Si forte bilem movit hic tibi versus,  
Dicas licebit Beta mo togatorum.

O Codre, quod paucis ante diebus te vocavi Alpha pænulatorum, cum luderem in aliqua charta; si forte hoc carmen tibi concitavit iracundiam, poteris me appellare Beta togatorum.

2 Te nuper, aliqua dum Beverlandi Ms.—4 Dicas licebit vltā in eodem Ms.

NOTE

1 Quod Alpha] Irridet Codrum, 4 Dicas licebit] Ut pares simus jam quem lib. II. Epig. 57. dixerat Alpha me voca Beta togatorum, hoc est, pænulatorum, hoc est mendicorum secundum inter egēnos, qui togam primum. ferebant.

XXVII.

IN FICTUM EQUITEM.

INGENIUM, studiumque tibi, moresque, genusque  
Sunt equitis, fateor: cetera plebis habes.  
Bis septena tibi non sunt subsellia tanti,  
Ut sedeas viso pallidus Oceano.

Habes ingenium, et studium, et mores, et stirpem equitis, confiteor; in reliquis vero plebeius es. Non facis tanti quatuordecim subsellia, ut pallidus sedeas conspecto Oceano.

‘Inscriptio hujus Epigrammatis in cod. Bibliothecæ Lugdunensis est, non In fictum Equitem; sed, De non respondentī natalibus suis: multo melior vulgata. Nec enim iste, quicumque est, insererat se equestri ordini, unde non erat, sed cum equestri loco natus esset, vitabat tamen quatuordecim ordines propter deficientem censum: et id æquo animo ferebat.’ Gronovius.—3 Bis septem tibi jam non ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collin. Gryph. Calderin. &c. Bis septena tibi non sint Beverlandi Ms. et sic est in codice Palatino. Hoc distichon interrogatorie legit Farnabius, improbante Gronovio.

NOTE

2 Sunt equitis, fateor] Hoc per Ironiam concedit Martialis. Aliter inscribit hoc epigramma Gronovius, De non respondentī natalibus suis, et explicat sic: Iste quicumque est non insererat se equestri ordini; sed cum equestri loco natus esset, vitabat tamen quatuordecim ordines, propter deficientem censum.

Cetera plebis habes] Hoc est, non habes censum equestrem.

3 Bis septena] Non æstimas tanti quatuordecim subsellia, ut paupertatis conscius in iis sedere audeas viso Oceano designatore, de quo lib. III. Epig. 25. et quatuordecim gradibus fuse dictum Epig. 8. et 14. supra.

## XXVIII.

AD AULUM, DE MAMERCO.

UT bene loquatur, sentiatque Mamercus,  
 Efficere nullis, Aule, moribus possis:  
 Pietate fratres Curtios licet vincas,  
 Quiete Nervas, comitate Rusones,  
 Probitate Macros, æquitate Mauricos, 5  
 Oratione Regulos, jocos Paullos:  
 Rubiginosis cuncta dentibus rodit.  
 Hominem malignum forsitan esse tu credas:  
 Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

O Aule, nullis moribus valeas consequi, ut Mamercus recte loquatur et cogitet. Quamvis pietate superes Curtios fratres, tranquillitate Nervas, affabilitate Rusones, integritate Marcos, æquitate Mauricos, eloquentia Regulos, salibus Paullos. Exodit omnia rubiginosis dentibus. Tu forte putes hominem malitiosum, ego puto esse infelicem, cui nullus arridet.

Ad Aulum codex Pulmanni. In Mamercum edd. vett.—3 Curtios licet vincas ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Lang. Janian. &c. Curtios licet vincas codex Pulmanni. Curtios ex ingenio dedit Douss, ne claudicat Scazon, alioquin semper claudus. Fallitur Ed. Delph. cum primam in Curtios per Ectasin posse prodaci patet. Talis Ectasis nullibi apud poëtas Latt. reperienda est.—4 Drusones pro Rusones edd. vett. Alii Rusones.—5 Pro Marcos lege Macros, fide codd. intelligit enim Ræbium Macrum, ad quem aliquot Plinii Epistolæ extant. Gruterus. Marcos exhibent edd. veti.—6 Paullos pro Paulos Beverlandi Ms.

## NOTÆ

1 *Sentiatque*] A persona Mamerci ejusdam maledici occasionem capiat laudandi nobiles Romanorum familias, quarum cuique propriam quandam virtutem tribuit Poëta. Aliilemma scribunt, *Ad Aulum*.

3 *Fratres Curtios*] Alii Curtios, sed repugnat legi hujus carminis; nam syllaba prima est brevis. Juvenalis Sat. II. 'Qui Curtios simulant,' &c. Attamen per Ectasin posset produci. Itaque judicet lector.

4 *Quiete Nervas*] Nervam, qui Domitiano successit, intelligunt Inter-

pretes, cujus mitis ingenium fuisse testatur Xiphilinus.

*Comitate Rusones*] Alii, *Drusones*, de quibus nihil reperi.

5 *Mauricos*] Janii Maurici mentionem facit Plinius Junior lib. IV. Epist. 22.

6 *Oratione Regulos*] Vide lib. I. Epig. 112. et lib. IV. Epig. 16.

9 *Ego esse miserum*] Vere quidem miser est, cui nihil placet, qui nullam amat, nec a quoquam amatur. Epig. 61. infra.

## XXIX.

AD GELLIAM.

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,  
 Formosus septem, Marce, diebus eris.  
 Si non derides, si verum, lux mea, narras,  
 Edisti nunquam, Gellia, tu leporem.

*O Gellia, si quando ad me mittis leporem: O Marce, inquis, eris pulcher per septem dies. Si non ludis, o lux mea, si praeferas veritatem, O Gellia, tu nunquam comedisti leporem.*

In hoc Epigrammate nulla est lectionis varietas, nisi quod Junt. nostra in marg. habet vs. 4. *Gellia, tute parem.*

## NOTE

1 *Formosus*]. Vulgierat opinio, cum xxviii. cap. 19. explicat, quis unus nempe per septem dies pulchrum fore; sit leporis mulieribus.  
 qui comedisset leporem. Plinius lib. 4 *Edisti*] Quia deformis es.

## XXX.

AD VARRONEM.

VARRO, Sophocleo non inficiande cothurno,  
 Nec minus in Calabria suspiciende lyra;  
 Differ opus: nec te facundi scena Catulli  
 Detineat, cultis aut Elegia comis.

*O Varro, non amovende a cothurno Sophocleo, nec minus admirande in lyra Calabria, intermits laborum: nec scena eloquentis Catulli te occupet, aut Elegia capillis*

2 *Ald. Junt. et Colim. in calabra suscipiende lyra.*—3 *Beverlandi Ms. nec te*

## NOTE

1 *Varro, Sophocleo*] Tragicum Poëtam fuisse Varronem constat ex hoc Epigrammate: dixit enim cothurnum Sophocleum, pro stylo Tragico quo claruit Sophocles, de quo dictum est lib. iii. Epig. 20.

2 *In Calabria*] Per Calabram lyram alii intelligunt versus lyricos, quorum princeps Horatius Venusinus Calabrie vicinus, ut ipse testatur ii. Sat. 1. 'Lucanus, an Appulus anceps.' Alii vero intelligunt versus Heroicos, qui-

bns floruit Ennius Calaber, natus quippe Aletii, hodie, *Lecce*. Judicet lector.

3 *Scena Catulli*] Mimos forte intelligit a Catullo scriptas. Juvénalis Sat. viii. 'clamosum ageres ut phasma Catulli.' Hoc est, fabulam dictam phasma, id est, spectrum, a Catullo Mimographo scriptam. Raderus interpretatur anavitatem versuum Catulli, et amenitatem, quæ omnes etiam Voenarum voluptates superet.

Sed lege fumoso non aspernanda Decembri  
 Carmina, mittuntur quæ tibi mense suo.  
 Commodius nisi forte tibi, potiusquæ videtur,  
 Saturnalities perdere, Varro, nuces.

5

*exornatis. At evolue versus non contemnendos fumoso Decembri, qui ad te mittuntur mense suo. Nisi, o Varro, forte opportunius et gratius tibi videtur amittere nuces Saturnalities.*

~~~~~

facundi scema Catulli.—6 In eodem: mittuntur quæ tibi mensæ novo.

NOTÆ

4 *Cultis aut Elegia*] Stylum cultum requirit Elegia. Hinc cultus Tibullus dicitur.

5 *Sed lege fumoso*] Hoc enim mense calet focus, et fumum mittit.

6 *Quæ tibi mensæ sub*] Hæc nempe Epigrammata læto Decembri conve-

niant, quo aguntur Saturnalia.

8 *Saturnalities*] Nisi mavis ludere talis et perdere nuces. Sic maxime deprimit se Martialis, qui suorum versuum lectioni etiam præferendas nugæ censere videtur; aut potius ipsos nugatores carpit.

XXXI.

DE LUDO PUERORUM CUM JUVENCIS.

ASPICE, quam placidis insultet turba juvencis,
 Et sua quam facilis pondera taurus amet.
 Cornibus hic pendet summis: vagus ille per armos
 Currit, et in toto ventilat arma bove.
 At feritas immota riget: non esset arena
 Tutior, et poterant fallere plana magis.

5

Vide quam mansuetos in tauros insiliat agmen puerorum, et quam leni juvenco placeant sua pondera. Hic suspensus est summis cornibus: ille errans currit per humeros, et vibrat arma per totum taurum. Sed immanitas immobilis torpet, arena non esset securior, et plana possent magis decipere. Nec incessus titubat, at puer

~~~~~

*Parabola tauri lemma est in cod. Florent.—5 At feritas* in quibusdam. Ant. de Rooy conj. *Ut feritas immota riget!* cum admirationis nota, ut ap. Terent. Eon. 11. 2. 43. 'Ut falsus animi est!' Adde Hor. 11. Sat. 8. 62. Virg. Æn. 11. 283. et Nostr. lib. xiv. Epig. 109. Sed particulam *at* haud ineleganter nonnunquam in admiratione adhibitam videmus. Ovid. Fast. 11. 395. et ibi Helms. Idem Ant. conj. etiam: *At cervix immota riget*, h. e. intenta, erecta

#### NOTÆ

1 *Insultet turba*] Puerorum nempe tauris identium.

4 *Et in toto*] Hoc est, vibrat tela ex omnibus taurorum partibus.

5 *At feritas*] Illi quippe tauri vel certe defatigati, vel potius erant cicures.

Nec trepidant gestus: sed de discrimine palmæ  
Securus puer est, sollicitumque pecus.

*est tutus de periculo victoria, pecus vero anxium.*

stat, ne devolvantur inherentes. Ovid. Met. viii. 284. Senec. Herc. Fur. 73. Denique, his non contentus, proposuit: *At cerola immota timet. Cf.* lib. i. Epig. 7. 23. et 105. et Ovid. Met. i. 652.—6 Gruterus legit: *et poterant*; quod exhibent etiam codd. Pulmanni, Thuan. et Florent. cum Juntina nostra in margine. *et possent* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collin. Gryph. Calderin. Junian. Lang. &c.—7 *Nec trepidant gestus* codd. Pulmanni, Thuan. et Florent. quasi diceret, pecus magis est sollicitum pro homine, quam homo de seipso; pueri non timent, et timet pecus: pueri certi sunt de victoria, feræ timent ne impediant victoriam. *et nec discrimine parvo Beverlandi Ms.*

NOTÆ

6 *Et poterant* [*Et possent*] Alii et 3 *Sollicitumque pecus*] Hoc est, Pueri certi sunt de victoria; tauri vero timent ne victoria impedimentum afferant.

7 *Nec trepidant gestus* [*grovus*] Hoc est, Taurus incedens figit pedem sine ulla trepitatione. Alii legunt *gestus*.

XXXII.

AD FAUSTINUM, DE CRISPO.

QUADRANTEM Crispus tabulis, Faustine, supremis  
Non dedit uxori: cui dedit ergo? sibi.

*O Faustine, Crispus suo testamento non donavit quadrantem conjugi. Cui ergo donavit? Sibi.*

Hujus Epigrammatis lectionem non variant libri calamo exarati aut prelo excusi.

NOTÆ

1 *Quadrantem Crispus*] Nihil uxori decoxerat. moriens reliquerat; nam omnia vivus 2 *Sibi*] Hoc est, ventri suo.

XXXIII.

IN CAUSIDICUM.

CARPERE causidicus fertur mea Carmina: qui sit,  
Nescio: si sciero, vœ tibi, causidice.

*Causidicus dicitur reprehendere meos Versus; ignoro qui sit. Si scilicet, vœ tibi, o causidice.*

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant aut exemplaria manuscriptorum aut impressa.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

2 B

## XXXIV.

EPITAPHIUM EROTII AD FRONTONEM PARENTEM.\*

HANC tibi, Fronto pater, genitrix Flaccilla puellam,

Oscula commendo, deliciasque meas :

Paulula ne nigras horrescat Erotion umbras,

Oraque Tartarei prodigiosa canis.

Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ ;

5

Vixisset totidem ni minus illa dies.

Inter tam veteres ludat lasciva patronos,

Et nomen blæso garriat ore meum.

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi,

Terra, gravis fueris : non fuit illa tibi.

10

O Fronto genitor, tibi, et Flaccilla mater, commendo hanc puellam, basia atque amores meos. Ne Erotium pallida formidet umbras nigras, atque ora portentosa canis inferni. Jamjamque completura fuit sextum annum, nisi illa vixisset sex dies minus. Lasciva ludat inter tam veteres patronos, et garriat nomen meum ore balbutiente. Nec gleba dura tegat tenera ossa, nec illi ponderosa fueris, o tellus, non fuit illa tibi ponderosa.

~~~~~

De Herotione inscribitur in edd. vett. De Erotio in aliis vett. Ad Frontonem in codd. Leid. et Thuan. Epitaphium Erotii ad Frontonem patrem malit Gronovius, quem vide in Var. Notis.—1 Ald. Junt. Colin. aliæ vett. habent, Flaccilla.—2 Hic novum Epigramma orditur in cod. Thuan. cum hac inscriptione, De Erotione: in cod. Leid. cum Lemmate, Epitaphium Erotionis: in quibusdam vett. cum inscriptione, Ad Eandem. Scaligeri Versio Græca utrum conjungit. Pallida nec nigras Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ vett. Parvula nec nigras codex Pulmanni. Lectionem Pallida nec damnat Scriverius, tanquam a mala manu profectam; et reponit Paulula ne, &c. At Pallida valet h. l. 'consternata,' ut sæpius. Cf. Senec. Thyest. 563. Ovid. Trist. v. 2. l. Sidon. Carm. v. 79. et Nostr. lib. viii. Epig. 55. Adi et Wopkens. ad Paulin. in Misc. Obs. Nov. Tom. viii. p. 857. Herotio in edd. vett.—9 Mollia non rigidus codex Pulmanni.

NOTE

* Epitaphium] Inscribant alii, De Erotio, alii addunt puella. Gronovius contendit corruptum esse hoc lemma, et scribendum : Epitaphium Erotii ad Frontonem patrem. Et primum versum sic explicat: Ego Flaccilla genitrix tibi, o Fronto pater, commendo nostrum Erotion, ita ut mater adhuc superstes defuncto marito commendet filiam. Sed hic sensus vix congruat cum sequente versu: Inter tam veteres, &c. Erotium et Erotion dicitur, ut apud Terentium Glycerion, et Gly-

cerium. Alii primum distichon dividunt a sequenti, sed male meo iudicio; quod ipse coherens verborum sensus demonstrat. Defunctis ergo parentibus puellam vernulam suam commendat Poëta, ut scilicet animam ejus benigne excipiant, illamque a larvis et monstis inferis tueantur.

7 Lasciva patronos] Hoc est, inter patrem et matrem antiquos defensores ludat in campis Elysiiis.

8 Blæso ore] Balbutient enim infantes.

NOTÆ

9 *Mollia nec rigidus*] Solennis fuit pia precatione amoveri, crederent hæc bene precandi mortuis formula, veteres; terram autem incantatis gravem esse, nec facile animæ patere iter ad sepulcrum in parentalibus existimabant. Brissoni de Formulis lib. I. agit de his precationibus.

XXXV.

DE EUCLIDE.

DUM sibi redire de Patrensibus fundis
 Ducena clamat coccinatus Euclides,
 Corinthioque plura de suburbano;
 Longumque pulchra stemma repetit a Leda,
 Et suscitanti Lectio reluctatur:
 Equiti superbo, nobili, locupleti,
 Cecidit repente magna de sinu clavis.
 Nunquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

5

Cum Euclides coccinatus vociferatur se percipere ducenta ex fundis patruelibus, et plura ex suburbano Corinthio; et ducit longum genus a formosa Leda, et resistit Lectio expellenti illum; subito magna clavis e sinu lapsa est equiti arroganti, illi, diviti. O Fabulle, nunquam clavis fuit improbius.

1 *Cum sibi redire de patruelibus* Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Lang. Delph. alise. *Dum sibi redire de Patrensibus* Beverlandi Ms. Pro *redire* aliam extare lectionem conjicio, quam reperire non possum: margini enim ed. Langianæ adjectum invenio, 'al. redire.' *Patrensibus* in quibusdam vett. et sic legit Calderinus.—2 *Ducenta* edd. vett. *Ducena* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *De Patrensibus* [patruelibus] Hoc est, ex fundis relictis sibi a fratribus patruelibus ducenta sester tia percipere se dicebat Euclides. Legunt alii, et forte melius, *Patrensibus*. Patræ autem urbs erat ad sinum Corinthiacum.

2 *Coccinatus*] Veste coccinea indutus Epig. 24. supra.

3 *Corinthioque*] Atque ex agro qui erat in suburbio Corinthi, quia Euclides Corinthius fingitur.

4 *A Leda*] Matre Castoris et Pollucis, cujus satis nota historia.

5 *Lectio*] Designatori, cujus munus erat unicuique in theatro locum assignare.

7 *De sinu clavis*] Quæ prodidit Euclidem, ostenditque vel esse servam, qui gestabat claves ædium, vel saltem egenum, qui famulum non haberet, sed suæ domus clavem ipse gestare egeretur.

XXXVI.

AD FAUSTINUM.

LAUDATUS nostro quidam, Faustine, libello

Dissimulat, quasi nil debeat: imposuit.

O Faustine, quidam celebratus nostro libro dissimulat, quasi nihil debeat: me decepit.

Nullam lectionis varietatem exhibent exemplaria in hoc Epigrammate.

NOTÆ

1 *Laudatus*] Suis versibus Romanos celebrabat Martialis, ut ab illis munus aliquod acciperet; hic vero, de quo loquitur, finxit se nescire dandum esse Poëtæ præmium, atque ita spem ejus defraudavit.

XXXVII.

DE EROTIO PUELLA.

PUELLA senibus dulcior mihi cynis,

Agnæ Galesi mollior Phalantini,

Concha Lucrini delicatior stagni;

Cui nec lapillos præferas Erythræos,

Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,

Nivesque primas, liliūque non tactum:

5

Puella mihi suavior senibus cynis, tenerior agnæ Galesi Phalantini, delicatior concha lacus Lucrini: cui nec anteponas gemmas Erythræas, nec dentem elephantis modo politum, et primas nives, et liliū illibatum; quæ comæ superat vellus gregis

De Herotiente puella Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *De Herotione puella* Beverlandi Ms.—2 *Phalanini* edd. vett. *Phalanthini* cod. Pulmanni.—5 *Be-*

NOTÆ

1 *Puella*] De qua jam dictum Epig. 34. supra: senes cyni eximio pollent candore, et suavissime, ut multis placet, ante mortem cantant.

2 *Agnæ Galesi*] Galesus est agri Tarentini fluvius, ubi multæ oves, quarum lana est nobilissima. Lib. II. Epig. 43. Duce Phalantore restauratum

et habitatum Tarentum. Ergo bene legitur, *Phalantini*; non, *Phalanini*.

3 *Lucrini stagni*] Lacus ille est in Campania prope Baias.

4 *Lapillos præferas*] Pretiosos nempe, hoc est, gemmas natas in Mari Rubro.

Quæ crine vicit Bætica gregis vellus,
 Rhenique nodos, aureamque nitelam;
 Fragravit ore, quod rosarium Pæsti,
 Quod Atticarum prima mella cerarum, 10
 Quod succinorum rapta de manu gleba;
 Cui comparatus indecens erat pavo,
 Inamabilis sciurus, et frequens phoenix:
 Adhuc recenti tepet Erotion busto,
 Quam pessimorum lex avara fatorum 15
 Sexta peregit hyeme, nec tamen tota,
 Nostros amores, gaudiumque, lususque,
 Et esse tristem me meus vetat Pætus:

Bætici, et nodos Rheni, atque auream nitellam; ore spiravit idem quod rosa Pæstana, quod prima mella cerarum Atticarum, quod gleba electri exteriora ex manu; cui collatus pavo erat deformis, inamabilis sciurus, et phoenix crederet: Erotion adhuc tepescit busto recenti, quam confecit lex avara fatorum improbiſſimorum sexto anno, nec tamen absolute, nostras delicias, et lœtitiâ, et ludos. Et meus Pætus prohibet

verlandi Ms. *pecoris Indici*.—7 *Quæ crine vincit* Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Plant. Lang. Delph. alim. *Quæ crine vicit* codex Pulmanni. *vicit* facillime migravit in *vicit*, i. e. *vincit*; et versa vice.—8 Edd. vett. *aureamque nitellam*: codex Vaticanus habet *aureamque mitellam*; et sic conj. Calderinus. 'Auream mitellam meminit Optatus, 82. 83. quem locum male corrigit Casaubonus: 'Flebant istæ mitellæ (mitræ) ex panno et lana aurea.' Isid. Etym. Male Salmasius *nitellam* legit, cum nitela, eo teste, idem sit ac sciurus, quod sequitur: quam idem male a nitendo deducit prima producta, ad Solin. p. 316. Hinc Theocrito *Πέρσαι ἀλοδύρραι*. In Copa corripitur prima in mitella. Sed tamen dixere quoque 'mitrella' et 'mittella.' 'Nitella, *νιττελλή*,' Gloss. H. Steph. Sed aliud id; namque nitela est dentifricium, ut ex Apuleio constat.' *Beverland*. In edd. antiquiss. quibusdam *nidelam* legit Cagnerius; in aliis reperit, *micellam*, i. e. parvam micam, quæ a Plinio sumitur pro lapillis in littore oblique auri vel argenti specie ad solem nitentibus.—12 Codex Pulmanni *parus* sive *panus*.—15 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. *lex amara*.—16 'Pro *peregit* reponendum videri queat, *peremit*; nam sic omnino lib. x. Epig. 61. 'Hic festinata requiescit Erotion umbra, Crimine quam fati sexta peremit hyems.' Sed 'peragere' etiam pro 'perimere,' Val. Flac. lib. 1. 'Fert gravis invito victorem Nestora tergo Monychus, ardent

NOTÆ

7 *Bætici gregis*] Oves Bæticiæ nativo colore rutilabant. Vide lib. xiv. Epig. 133. Bætis fluvius in Hispania hodie, *Guadalquivir*.

8 *Rhenique nodos*] Germani enim Rheni accolæ crines in nodum colligebant. Lib. Spect. Epig. 3.

Nitelam] Nitelæ sunt micæ pulveris aurei inter arenas respersæ.

3 *Rosarium Pæsti*] Rosæ Pæsti opidi in Lucania, hodie *Pesti*, suavis-

simum emittebant odorem. Lucania vero hodie dicitur, *Principauté citérieure* in regno Neapolitano. Attica regio abundat melle optimo.

11 *Quod succinorum*] Electrum manu tritum bene olet. Lib. iii. Epig. 64.

13 *Frequens phoenix*] Erotium tam pulchra fuit, ut Phœnice rarior videretur, de quo diximus Epig. 7. supra.

Pectusque pulsans, pariter et comam vellens :
 Deslere non te vernulae pudet mortem ? 20
 Ego conjugem, inquit, extuli, et tamen vivo,
 Notam, superbam, nobilem, locupletem.
 Quid esse nostro fortius potest Pæto ?
 Ducenties accepit, et tamen vivit.

me lugere: et pectus tundens, simul et evellens capillos, non erubescis lugere interitum vernula? Ego, inquit, extuli uxorem cognitam, arrogantem, illustrem, divitem, et nihilominus respiro. Quid constantius esse potest nostro Pæto? accepit ducenties, et tamen respirat.

peragit Clytus Actora querens.' Sic *Δυσπάρειος* Græcis.' *Heraldus*. Vide Epig. 35. supra.—19 *Pectusque pulsans* Codex Pulmanni. *Pectusque pulsem* Beverlandi Ms. et *coma vellem* codex Vaticanus: 'et ita omnino legendum; nempe inquit Pætus vetat ut pulsem pectus, &c.' Beverlandus. Sed omnino errat hic Beverlandus, iudicio Cl. Wernsdorfii. 'An versus hic ad Pætum referendus, qui ex indignatione pectus pulsaret, et comam velleret? non puto. Ad Poëtam ergo? at non bene procedit oratio: *Non te pudet pectus pulsans et comam vellens?* Dicendum fuerat, nisi me omnia fallunt, *Non te pudet pectus pulsam et comam vellentem?* 'Ανακθουθον itaque statue; vel mecum lege: *Pectusque pulsans, pariter et comam vellens? Deslere non te vernulae pudet mortem?* Quasi e persona Pæti dicentis: Tu pectus pulsas? &c. quod proprium erat defunctos lugentium. Vide supra lib. II. Epig. 11. (et infra lib. X. Epig. 50.) et Kirchmann. de Funerib. lib. II. capp. 11. 12. J. Nicolai de Luc. Gr. cap. 12. quibus adde Tacit. Annal. I. 23.' *Ant. de Rooy*.

NOTÆ

24 *Ducenties*] Centena millia: ar- hæreditate accepta læto animo ex oris
 gute irridet Pætum, qui tam ampla mortem ferebat.

XXXVIII.

IN CALLIODORUM.

CALLIODORUS habet censum (quis nescit?) equestrem,
 Sexte: sed et fratrem Calliodorus habet.
 Quadringenta secatur, qui dicit σῦκα μέριξε;
 Uno credis equo posse sedere duos?

O Sexte, est census equesteris Calliodoro (quis ignorat?) sed et frater est Calliodoro: separat quadringenta, qui dicit, divide ficus; an putas duos posse sedere uno

3 Quadringenta secat legendum censet Janus Rutgers. Var. Lect. lib. VI. cap. 11. Rescribendum putat Petitus in Miscellaneis, Quadringenta secatur, qui dicit σὺ καὶ ἀδελφὴς, &c. Beverlandi Ms. σῦκα καὶ ἀφ' ἑκαστοῦ. Proverbium cum

NOTÆ

3 Quadringenta] Sestertia nempe, cum quo dividenda erant illi quadringenta.
 Calliodorus autem fratrem habebat σῦκα μέριξε] Hoc est, divide ficus

Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce molesto? 5

Non esset Pollux si tibi, Castor eras.

Unus cum sitis; duo, Calliodore, sedetis.

Surge: solœcismum, Calliodore, facis.

Aut imitare genus Ledæ; aut cum fratre sedere.

Non potes: alternis, Calliodore, sede. 10

equo? quid tibi negotii cum fratre, quid cum importuno Polluce? si non haberes Pollucem, eras Castor. O Calliodore, unus sedetis, cum sitis duo. O Calliodore, surge: facis solœcismum. Aut imitare filios Ledæ: aut nequis sedere cum fratre. O Calliodore, sede alternatim.

aliquid in via reperissent: pro eo dicebant *novus à 'Epuſs.* Suid. Vide Phurnutatum p. 23. Ineptam Petiti conjecturam pronuntiat idem Beverlandus.—7 *Unus cum sitis* Junt. an. 1512. et Colin. an. 1528.

NOTÆ

Proverbium hoc dicitur de iis qui cum parvam adierint hæreditatem, eam tamen inter plures cohæredes dividere coguntur.

4 *Uno credis*] Calliodorus una cum fratre censum equestrem habebat: Ergo, inquit Poëta, si ex censu communi estis equites, equo pariter communi sedere debetis, et communi subsellio, quod ridiculum est.

6 *Non esset Pollux*] Pollux et Castor filii Ledæ ex Jove, quorum ille pugil, hic vero eques, unde in nominibus facetus est Poëtæ Iusus.

7 *Unus cum sitis; duo* [*Unus, cum*

sitis duo] Neque enim licet dicere, Unus sedetis; et tamen deberet dici. Hoc est: Unum tantum deberetis occupare subsellium, cum unum habeatis censum equestrem. Apage ergo, o Calliodore, facis solœcismum. Posset aliter interpungi, *Unus cum sitis*: hoc est, eques.

9 *Aut imitare*] Pollux enim et Castor alternis diebus moriuntur et reviviscunt, nec unquam simul esse illis concessum est: Calliodorus pariter cum fratre simul eques esse nequebat.

XXXIX.

IN CARINUM.

SUPREMAS tibi tricies in anno

Signanti tabulas, Carine, misi

Hyblæis madidas thymis placentas.

Defeci: miserere jam, Carine.

O *Carine*, tibi tricies in anno signanti testamentum misi liba uncta *Hyblæis thymis*. Exhaustus sum: O *Carine*, jam miserere. Signa rartus, aut semel fac

NOTÆ

3 *Hyblæis madidas*] Melle Siculo imbatas. Hybla mons Siciliæ, ubi thymus vel thymum frutex nobilis, unde flores melli conficiendo aptissi-

mos decerpunt apes. Videtur Poëta captatorem se fingere, quo argutius captatorum artes patefaciat.

Signa rarius, aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque sacculumque.
Cræso divitior licet fuisset,
Iro pauperior forem, Carine,
Si conchen toties meam comesset.

5

10

id quod tua tussis mentitur identidem. Excussi crumenam et sacculum. Quamvis fuisset locupletior Cræso, o Charine, essem pauperior Iro, si toties comedissem meum concham.

10 *Si conchem* in edd. vett. in quibusdam aliis, *Si conchem*. Cetera, nulla est varietas in libris impressis aut manuscriptis.

NOTÆ

4 *Miserere*] Id est, morere, aut rarius scribe testamentum.

6 *Mentitur tua*] Sæpius enim interitum tuum pollicita spes nostram defraudavit.

8 *Cræso*] Lydis rex fuit ditissimus, cujus nota est historia ex Herodoto.

9 *Iro pauperior*] Fuit Irus homo pauperrimus, de quo Homerus Od. 2.

10 *Si conchem*] Conchis fabæ genus, sive edulium ex faba. Juvenalis Sat. III. 'Cujus coctæ tumes?' Sensus est: Si quoties signas testamentum, toties conchem tantum, non vero melitas placentas misissem, ad extremam tamen paupertatem essem reductus.

XL.

AD ARTEMIDORUM.

PINXISTI Venerem; colis, Artemidore, Minervam:
Et miraris, opus displicuisse tuum?

Pinxisti Venerem: O Artemidore, veneraris Minervam; et obtupesces opus tuum infucundum fuisse?

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant aut scripti aut impressi.

NOTÆ

1 *Pinxisti Venerem*] Cui anteponebat Minervam, quam coleret Artemidorus; unde mirum videri non debet,

Veneri deesse Veneres. Vide lib. 1. Epig. 103.

XLI.

IN DIDYMU.

SPADONE cum sis eviratio fluxo,
 Et concubino mollior Celæneo,
 Quem sectus ululat matris entheæ Gallus,
 Theatra loqueris, et gradus, et edicta,
 Trabeasque, et Idus, fibulasque, censusque; 5
 Et pumicata pauperes manu monstras.
 Sedere in equitum liceat an tibi scamnis,
 Videbo, Didyme: non licet maritorum.

Cum sis effeminatio molli spadone, et delicatior Celæneo concubino, quem vociferatur castratus Gallus sacerdos matris Cybeles, prædicator theatra, et gradus, et edicta, et trabeas, et Idus, et fibulas, et census: atque ostendis egenos manu levi. Considerabo, an tibi fas sit sedere in subseclis equitum: non fas est maritorum.

In Didymum lemma est in edd. vett. In Didymum in aliis. Pulmannus conj. Didymum, i. e. Dindymum, de quo lib. XII. Epig. 75.—8 Videbo Didyme in Junt. an. 1512. quamvis in lemmate habeat Dindimum.

NOTÆ

2 *Et concubino*] Atyn intellige puerum a Cybele amatum. *Celæneo*] Urbs Phrygiæ, in qua natus est Atys.

3 *Matris entheæ*] Hoc est, Cybeles, sacerdotes nempe suos in furorem vertentia.

4 *Theatra loqueris*] Hoc est, ore superbo sermonem facis de edictis Domitiani in theatro servandis. Epig. 8. supra.

5 *Trabeas*] De quibus Baynus de re vestiaria cap. 10. Vestes interpretare purpureas quas gestabant equites, cum Idibus Julis, quo die victoriam olim reportaverant, coronati frondibus oleæ transvenerentur, initio pompæ facto ab æde Martis.

De hac pompa agit Dionysius Halic. Antiquitatum Rom. lib. vi. et Valerius Maximus lib. xi. cap. 11.

Fibulasque] Quas in trabea vel ohlamyde gestabant equites ut nobilitatis insignia.

6 *Et pumicata*] Hoc est, pumice polita manu per contemptum monstras pauperes.

8 *Videbo*] An sis verus eques, si nempe designatores permiserint sedere te in quatuordecim subseclis.

Non licet] Sedere in scamnis maritorum, quis spado es, vel effeminatus ut spado. Ordinem vero maritorum olim in theatro constituerat Augustus. Suetonius in Augusto cap. 44.

XLII.

AMICIS QUOD DATUR, NON PERIRE.*

CALLIDUS effracta nummos fur auferet arca:

Prosternet patrios impia flamma Lares.

Debitor usuram pariter sortemque negabit:

Non reddet sterilis semina jacta seges.

Dispensatorem fallax spoliabit amica:

5

Mercibus exstructas obruet unda rates.

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis:

Quas dederis, solas semper habebis opes.

Fur verutus abripit nummos effracta arca: ignis impius prostigabit ædes paternas. Debitor negabit farus simul et sortem: ager sterilis non restituet semina commissa. Amica fraudulenta denudabit dispensatorem: aqua opprimit naues oneratas mercibus. Non est obnoxium fortunæ, quicquid datur amicis. Perpetuo possidebis solas divitias, quas donaveris.

Amicis esse donandum inscriptio est in Ald. Junt. Colia. Gryph. Pnlm. Julian. Lang. Delph. &c.

NOTÆ

* *Amicis, &c.* [*Amicis esse donandum*] Inscribunt alii *Amicis quod datur, non perire.*

1 *Callidus effracta*] Partium enumeratione probat Poëta divitias omnis generis casu perire posse, præter

eas quæ donantur amicis.

5 *Dispensatorem*] Servus nempe qui familiæ rationes administrat, domini pecuniam amicæ donare potest.

8 *Quas dederis*] Memores amici accepta beneficia reponunt.

XLIII.

DE THAIDE ET LECANIA.

THAIS habet nigros, niveos Lecania, dentes.

Quæ ratio est? emtos hæc habet, illa suos.

Thaidi nigri sunt dentes, candidi Lecania. Qua de causa? Hæc habet emtos, illa vero suos.

In hoc Epigrammate nullam lectionis varietatem produnt exemplaria, aut scripta aut excusa.

NOTÆ

1 *Thais habet*] De emtis dentibus lib. 1. Epig. 73. et lib. XII. Epig. 23.

2 *Emtos hæc habet*] Nimirum Lecania.

XLIV.

IN DENTONEM.

Quid factum est, rogo, quid repente factum ?
 Ad coenam mihi, Dento, quod vocanti
 (Quis credat ?) quater ausus es negare.
 Sed nec respicis, et fugis sequentem ;
 Quem thermis modo quærere, et theatri, 5
 Et conclavibus omnibus solebas.
 Sic est: captus es unctiore cœna,
 Et major rapuit canem culina
 Jam te: sed cito cognitum et relictum
 Cum fastidierit popina dives, 10
 Antiquæ venies ad ossa cœnæ.

Quid contigit, quæso, quid subito contigit ? O Dento, quis putet quod non dubitasti quater recusare mihi invitanti te ad carnem ? Sed nec respicis, et vitas sequentem: quem consueveras paulo ante requirere thermis, et theatri, atque omnibus conclavibus. Ita se res habet: allectus es cœna pinguiore, et culina amplius jam attraxit te canem: at cum popina locuples fastidio te habuerit brevi cognitum et derelictum, redibis ad ossa veteris cœnæ.

7 Gruterus legendam censet, ex tribus codd. *unctiore menas*; et sic codex Pulmanni. Sæpius *menas* et *cœna* permutantur. Vide ad lib. i. Epig. 104.

NOTE

1 *Quid factum*] Facete irridet istum Dentonem; quater ad cœnam vocatus recusaverat, qui alias per totam urbem sequi Poëtam soleret. Jocum etiam quærit Martialis a nomine Dentonis, quod videtur ex dentibus deduci. Vide lib. ii. Epig. 14. Canem porro illum vocat, quod culinam unctiorem odoratus alliceretur.
 7 *Unctiore cœna*] Alii, *unctiore menas*.

XLV.

IN BASSAM.

DICIS formosam, dicis te, Bassa, puellam.
 Istud quæ non est, dicere Bassa solet.

O Bassa, te prædicas pulchram et puellam. Bassa solet prædicare hoc quod non est.

2 *Istud quod non est* ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph.

Pulm. Jnnian. Lang. Delph. Par. an. 1754. &c. Nostram lect. ex codd. suis dederant Graterus et Scriverius, probantibus VV. DD.

NOTE

1 *Bassa*] De qua jam dictum lib. 2 *Istud quæ [quod] non est*] Alii, vii. Epig. 91. *Istud quæ non est.*

XLVI.

AD DIADUMENUM.

BASIA dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quam facies :
Ut te sæpe rogem, cædo, Diadumene, sæpe ;
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

Dum recuso oscula, nisi quæ libavi coacta ; et gratior est ira tua, quam vultus : O Diadumene, sæpe tibi cædo, ut te sæpe exorem. Sic hoc nanciscor, ut me nec metuas, nec diligas.

1 Pulmanni codex : *nisi quæ luctantia carpsi.*—3 Janus Rutgersius legit : *cædo o Diadumene.* Vide Var. Notas.

NOTE

3 *Cædo* [*cædo*] Alii *cædo.* Lib. III. Epig. 65. de Diadumeno diximus.

XLVII.

DE PHILONE.

NUNQUAM se cœnasse domi Philo jurat : et hoc est :
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.

Philo jurat se nunquam cœnasse domi : et hoc est verum, nam non cœnat, quoties a nemine invitatus est.

Pro lemmate Beverlandi Ms. habet : *De Philone Foriscana.* Sic 'domi-cœna : 'cupidicenus' in Gloss. Τρεῖς βέλους.—1 *Nusquam se cœnasse Beverlandi Ms.*

NOTE

1 *Nunquam se*] Alii *Nusquam.* Philo, cum non habeat unde cœnet. lo, inquit Poëta, non cœnat quidem

XLVIII.

DE ENCOLPO.

QUID non cogit amor? secuit nolente capillos

Encolpus domino, nec prohibente tamen.

Permisit, flevitque Pudens: sic cessit habenis

Audaci questus de Phaëthonte pater.

Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles

5

Deposuit gaudens, matre dolente, comas.

Sed tu nec propera, brevibus nec crede capillis;

Tardaue pro tanto munere, barba, veni.

Ad quid non impellit amor? Encolpus totodit crines invito hero, nec vetante tamen. Pudens concessit, et lacrymatus est. Sic genitor tradidit habenas conquestus de temerario Phaëthonte. Talis Hylas raptus, talis agnitus Achilles latus abiecit capillos marerente genitrice. At tu, o barba, nec festina, nec crede crinibus brevibus, et sera crece tanti doni gratia.

2 Beverlandi Ms. non prohibente.—7 Sed tu ne propera, brevibus ne cede capillis in Beverlandi Ms. et cod. Pulmanni: l. e. succede, ut sit sensus: Semper tu Encolpe sis brevis et similis capillis tuis brevibus, diuque puer. Vel sic: O barba tarda veni et ne cede; sed si venias, sis similis brevibus capillis.

NOTE

2 *Encolpus domino*] Vide lib. i. Epig. 82. Phæbo capillos suos voverat iste puer, si quando Pudens suus dominus primipilus foret, nunc exsolvit votum, domino primipilarem dignitatem adeptus.

3 *Sic cessit*] Sic invito animo Phæbus permisit Phaëthonti suum currum moderari. Nota hæc fabula ex Ovidio.

5 *Talis raptus*] Hercules monuerat Hylam ne iret aquatum, attamen petenti puero recusare nequivit, unde

raptus est a Nymphis. Lib. iii. Epig. 19. Alii aliter explicant.

Talis deprensus] Nota Achillis historia, qui ab Ulyse apud Lycomedem deprensus Trojam profectus est, lugente Thetide, ut pote sciente quod fatum maneret Achillem.

7 *Brevibus nec crede*] Ex eo quod breves capillos habeat Encolpus, ne credas, o barba, illum jam virum evasisse. Delicati pueri comas tondebant anno decimo septimo.

XLIX.

AD LABIENUM.

VIDISSEM modo forte cum sedentem

Solum te, Labiene: tres putavi.

O Labiene, cum forte paulo ante te spectassem solum sedentem: existimaui tres:

NOTE

2 *Tres putavi*] Tempora Labieni erant capillata, medium vero caput

erat glabrum; atque ita tria fuisse capita facete dicit. Lib. x. Epig. 88.

Calvæ me numerus tuæ fefellit.
 Sunt illinc tibi, sunt et hinc capilli,
 Quales nec puerum decere possint.
 Nudum est in medio caput, nec ullus
 In longa pilus area notatur.
 Hic error tibi profuit Decembri,
 Tunc, cum prandia misit Imperator;
 Cum panariolis tribus redisti.
 Talem Geryonem fuisse credo.
 Vites, censeo, porticum Philippi,
 Si te viderit Hercules, peristi.

5

10

numerus tuæ calvæ me decepit. Habes ex hac et illa parte crines, quales nec possint ornare puerum. Caput nudum est in medio, nec ullus pilus spectatur in longa area. Hic error te juvit mense Decembri; tunc cum Imperator misit prandia: reverens es cum tribus panariolis. Existimo Geryonem fuisse tibi similem. Moneo ut fugias porticum Philippi: si Hercules te aspexerit, occidisti.

2 Solum te, Laviane Beverlandi Ms.—5 Quales vel puerum codd. Thuan. et Florent.

NOTÆ

5 Quales nec] Etiam si ad ornandum pueri caput paucissimi requirantur.

7 In longa area] Hoc est, in summa calva.

8 Decembri] Hoc est, Saturnalibus, quibus ultro citroque dona mittebantur.

9 Cum prandia] Tunc enim Domitianus opsonia plebi distribuēbat: unus autem Labienus, cum trium hominum speciem referret, tres quoque

sportulas referre debuit.

11 Talem Geryonem] Qui triceps victus est ab Hercule. Hæc nota historia, de qua iterum infra Epig. 65.

12 Porticum] Ubi erat Herculis statua. Jocus elegans, quesitus a calva Labieni; ut enim Domitianus erravit in sportulis distribuendis, uni tibi tres largitus, ita errans Hercules te pro Geryone invadet.

L.

IN CHAROPINUM.

CÆNO domi quoties, nisi te, Charopine, vocavi,

Protinus ingentes sunt inimicitiae:

Meque petis stricto medium transfigere ferro,

Si nostrum sine te scis caluisse focum.

O Charopine, quoties cæno domi, nisi te invitavi, statim graves inimicitiae intercedunt; et quaris me transadigere educto gladio, si novisti caluisse nostrum focum

3 Meque paras stricto codex Pulmanni. Meque velis stricto cod. Thuan.

Nec semel ergo mihi furtum feciase licebit? 5

Improbius nihil est hac, Charopine, gula.

Desine jam nostram, precor, observare culinam,

Atque aliquando meus det tibi verba coquus.

sine ta. Nec igitur mihi permittitur semel feciase furtum? O Charopine, nihil peius est hac heluatione: jam cessa speculari nostram culinam, et meus coquus aliquando te circumveniat.

Meque putes stricto codex Florentinus.—8 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. det tibi verba coquus.

NOTE

4 *Si nostrum*] Hoc est, si scis me 5 *Nec semel*] Id est, non licebit
demi coenasse, te non vocato. mihi vel semel demi coenare te inscio?

LI.

AD RUFUM.

Hic, qui libellis prægravem gerit lævam,

Notariorum quem premit chorus levis,

Qui codicillis hinc et inde prolatis,

Epistolisque commodat gravem vultum,

Similis Catoni, Tullioque, Brutoque; 5

Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,

Hic qui gestat sinistram onustam libellis, quem circumdat mollis corona notario- rum, qui accommodat grave supercilium epistolis, et codicillis hinc et hinc oblati, per Catoni, et Ciceroni, et Bruto; O Rufe, quamvis fidicula cogant, nequit pro-

Ad Ruffum inscriptio est in edd. vett. et sic vs. 6. *Ruffe*.—1 *Hic qui libellis pergravem* in edd. antiquiss. cum Ald. Junt. Colin. aliis. De permutatione per et præ vide nos ad Tibull. i. 10. 68. ii. 5. 74. iii. 1. 11. iv. 1. 175. Duker. ad Flor. ii. 12. 14. Drakenb. ad Liv. iv. 27. 5. vi. 5. 4. Obs. Misc. Tom.

NOTE

1 *Prægravem gerit*] Libellos vel supplices vel accusatorios palam ferebat in via hic cauidicens, ut negotiorum suorum multitudinem populo ostentaret. De notario videlib. xrv. Epig. 208.

2 *Levis* [*lævis*] Male *levis* propter legem carminis.

3 *Qui codicillis*] Hoc est, qui attente et sublati supercilio aures præbet codicillis. Sunt autem codicilli, parvi quidam et breves codices,

in quibus veteres supremas suas voluntates scribebant, non adhibitis iis solennitatibus, quæ in testamentis requirebantur. Porro codices erant tabulæ lignæ, unde codicilli dicti, in quibus scribebant veteres.

5 *Similis Catoni*] Non humanitate quidem aut moribus, sed negotiorum multitudine et gravitate. Cato, Tullius, et Brutus percussor Cæsaris, viri sunt notissimi.

6 *Fidicula*] Adeo inurbanus est, ut

Ave Latinum, χαῖρε non potest Græcum.
Si fingere me istud putas, salutemus.

ferre ave Latinum, nec χαῖρε Græcum. Si credis a me excoGITari istud, salutemus illum.

VIII. p. 327. Heins. ad Ovid. Heroid. xvii. 107. et ad Fast. rv. 946.—7 *Ave Latinum, χαῖρε* in Jant. an. 1512. quod verbum nihil est. Vacuum relinquitur spatium in Colin. an. 1528.—8 *Si fingere istud me* codex Pulmanni.

NOTE

nec tormentis cruciatus possit adduci ad reddendam salutem, vel Græce vel Latine. Raderus aliter: Hoc est, inquit, adeo imperitus est hic caudicus, ut ave Latinum quidem proferre possit, Græcum vero nequeat χαῖρε, id est, ave. Eligat lector. Ficulæ quæ in tormentis nune-

rantur, inquit Turnæbus lib. rv. cap. 3. mihi videntur lascivia quadam joci nomen invenisse, quod ut in sâdibus nervi, item quoque ut nervi hinc et inde multis funibus homines distendebantur, sed et illa machina funes multos ut nervos habebat.

LII.

IN POSTHUMUM.

QUÆ mihi præstiteris memini, semperque tenebo.

Cur igitur taceo? Posthume, tu loqueris.

Incipio quoties alicui tua dona referre,

Protinus exclamat, Dixerat ipse mihi.

Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus

5

Huic operi: si vis, ut loquar, ipse tace.

Crede mihi, quamvis ingentia, Posthume, dona

Auctoris pereunt garrulitate sui.

Recordor eorum quæ in me contuleris, et recordabor in æternum: cur ergo sileo, o Posthume? quia tu loqueris. Quoties exordior narrare alicui tua munera, statim exclamat, Ipse mihi narraverat. Quædam non sunt convenienter a duobus, unus par est huic operi: si placet, ut loquar, ipse tace. O Posthume, crede mihi, licet des ingentia, intereunt loquacitate sui auctoris.

In Posthumum, de munere Beverlandi Ms.—7 In Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Janian. Plant. Lang. Delph. &c. Posthume, dones: in aliis donas. Lectionem nostram dedit Gruterus ex cod. Palatino; quod nunc confirmant codd. Thuan. et Florent.

NOTE

2 *Tu loqueris*] Lege Senecam de Beneficiis lib. ii. cap. 10. et 11. Dantem oportet oblivisci, inquit Poëta, meminisse vero solum accipientem.

7 *Quamvis ingentia, Posthume, dona*

[*dones*] Alii: *Quamvis ingentia, Posthume, dona.*

8 *Pereunt*] Beneficia enim a se collata commemoranti nulla amplius gratia debetur.

LIII.

AD BASSUM.

COLCHIDA quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?

Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?

Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis

Deucalion; vel, si non placet hic, Phaëthon.

O amice, quid componis fabulam Medea et Thyesta? O Basse, quid Niobe aut Andromache tibi materia est? Mihi crede, Deucalion est argumentum convenientissimum tuis scriptis; aut, si hic non arridet, Phaëthon.

2 Quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromedem? in codice Florent. Quo tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache? in cod. Palat. et alia. Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen? in quodam cod. apud Cagnerium. Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache? in ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collm. Gryph. Pulman. Junian. Plant. Lang. Delph. Farnab. aliis. Quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen? Gruterus; quem secuti sunt Scriverius et Schrevel. Hoc loco tandem Edd. Bipont. textum Schrevelianum non receperunt, data lectione codicis Cagnerii.

NOTÆ

1 *Colchida*] Colchis, hodie *Megrelia*, patria Medæ, pro qua sumitur ejus vero historia, sicut et Thyestæ, satis nota, lib. III. Epig. 45. et Andromaches uxoris Hectoris ex Seneca et Euripide, Niobes in saxum conversæ ex Ovid. Met. vi. Poëta carpit hunc Bassum, qui argumentum suis versibus conveniens non sumeret: argutissime autem dicit Deucalionem et Phaëthontem materiam esse idoneam malo Poëtæ; atque ita indicat Carmina Bassi vel aquis vel flammis esse digna. Deucalion fuit tempore

Diluvii, et illum ponit pro Diluvio: Phaëthon flammis perit, pro quibus hoc loco usurpatur. Simile est Epigramma in Anthologia lib. II. *Elc fœrpydov.*

2 *Quid tibi vel Nioben* [*Niobe*] Legunt alii: *Quid tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?* et subintelligendum, 'scriptis est:' hoc est, quid scribis Nioben, &c. Sic apud Plautum in Aulularia, 'Quid tibi meam tactio est?' hoc est, Quid meam tangis? Judicat doctor.

LIV.

DE RHETORE APOLLONIO.

EXTEMPORALIS factus est meus Rhetor:

Calpurnium non scripsit, et salutavit.

Extemporalis evasit meus Rhetor: non scripsit Calpurnium, et salutavit.

Hujus Epigrammatis lectionem non variant codices manuscripti aut libri impressi.

NOTÆ

1 *Extemporalis*] Poëta irridet Apollonium Rhetorem, de quo supra Epig.

Delph. et Var. Clas.

22. qui adeo infelicitis erat memoriæ, ut nomina eorum, quos erat saluta-

Martial.

2 C

NOTÆ

turus, scriberet, ut ea memoriter tempore aliquem nominare posset,
ediceret: jam vero tantum exerci- etsi nomen ejus antea non scripserat.
tatione profectum fecerat, ut ex

LV.

DE AQUILA PORTANTE JOVEM.*

Dic mihi, quem portes, volucrum regina? Tonantem.

Nulla manu quare fulmina gestat? Amat.

Quo calet igne Deus? Pueri. Cur mitis aperto

Respicias ore Jovem? De Ganymede loquor.

O avium regina, dic mihi quem feras? Jovem. Cur nulla fulmina gerit manu? Amore captus est. Qua flamma uritur Deus? Pueri. Cur lenis respicias Jovem ore patenti? Loquor de Ganymede.

De Aquila inscribitur in edd. vett. Cetera, nullam lectionis varietatem prodant exemplaria, aut scripta aut impressa.

NOTÆ

* *De Aquila, &c.*] Inscribunt alii: 1 *Dic mihi*] Per se patet hoc Epigramma: Aquila enim Jovem portans a Poëta interrogata respondet.

LVI.

AD LUPUM.

Cui tradas, Lupe, filium magistro,

Quæris sollicitus diu, rogasque.

Omnes Grammaticosque Rhetorasque

Devites, moneo; nihil sit illi

Cum libris Ciceronis aut Maronis.

5

Famæ Tutilium suæ relinquat.

O Lupe, anxius perquisis cui præceptori committas filium, et diu periculum facis. Suadeo ut fugias omnes Grammaticos et Rhetoras: non legat libros Ciceronis aut Virgiliti: non curet existimationem Rutiliti: si componit Carmina, averte illum a Poë-

2 *Ed. antiquiss. Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Delph. &c. Quæris sollicitus, diuque tentas. Lectionem nostram primus reposuit Gruterus, accedentibus Scriv. Farnab. Schrevel. Barbou, &c. hanc firmant eodd. Florent. et Palman.*—6 *Rutitium* in edd. vett. pro *Tutilium*. Alii legant

NOTÆ

2 *Diu, rogasque* [*diuque tentas*] consilium affert per ironiam, quod tunc Romæ non esset locus honestis artibus.

3 *Omnes Grammaticos*] Hoc Lupo

6 *Famæ Tutilium* [*Rutitium*] Vide-

Si versus facit, abdicēs Poëtam.
 Artes discere vult pecuniosas?
 Fac, discat, citharædus, aut choraules.
 Si duri puer ingentē videtur,
 Præconem facias, vel architectum.

10

si. An cupit discere artes quæstuosas? Da operam evadat citharædus aut choraules. Si puer videtur mentis stupidæ, efficias illum præconem aut architectum.

Lucilium, quod exhibet codex Pulmanni.—9 *Fac hiscat* legit Janus Guilielm. Verisimil. lib. III. cap. 19. improbante Farnabio. *choraules* Ald. Junt. et Colin. *choraules* in aliis.

NOTE

tur is esse quem commendat Cicero de Oratore lib. 1. et Suetonius in Augusto cap. 89.

9 *Fac discat, citharædus*] Græcus dicendi modus: hoc est, discat fieri citharædus. Choraules is est qui tibiam in choro inflat: citharædi vero et choraule ars tunc summo fuit in pretio. Sic Poëta acnte carpit mores

sui temporis.

10 *Si duri puer*] Architectus sane ingenio valere debet, et multis semper laudibus fuit celebrata architectura. Sed hoc invidiose dicit Martialis, quod plus architectis et præconibus, quam viris doctis et poëtis, faverent Romani.

LVII.

AD CINNAM.

Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere:
 Sæpe etiam servum sic resaluto meum.

O Cinna, cum te appello dominum, noli te efferre: sic quoque crebro saluto meum servum.

1 Codex Pulmanni: *noli tibi, Cinna, placere*: in edd. vett. *nolo tibi*.—
 2 Beverlandi Ms. *sic resaluto tuum*; et sic legit Petrus Scriverius.

NOTE

1 *Noli tibi*] Alii *nolo*, minus bene. Cinna dominum assentatorie vocabat Poëta, cum aliquid ab eo impetrare

vellet: sic et servum appellabat, vel cum ipsi blandiretur, vel cum illum irrideret.

LVIII.

AD POSTHUMUM.

CRAS te victurum, cras dicis, Posthume, semper.

Dic mihi cras istud, Posthume, quando venit?

Quam longe cras istud? ubi est? aut unde petendum?

Numquid apud Parthos Armeniosque latet?

Jam cras istud habet Priami vel Nestoris annos. 5

Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?

Cras vives: hodie jam vivere, Posthume, serum est.

Ille sapit, quisquis, Posthume, vixit heri.

O Posthume, perpetuo prae dicas cras te fruiturum vita. O Posthume, dic mihi quando illucescit istud cras? quam procul est cras istud, ubi est, aut unde accersendum? Num delitescit apud Parthos et Armenios? Jam cras istud habet annos Priami vel Nestoris. Dic mihi quo pretio istud cras comparari possit? Cras vives: tardum est, o Posthume, jam vivere hodie. O Posthume, ille sapiens est quisquis vixit heri.

3 *Quam longe cras istud ubi est* Junt. *Quam longe est cras* legit Scriverius.—
7 *Posthume, tardum est* codex Florentinus.

NOTÆ

1 *Cras te*] Idem est argumentum lib. i. Epig. 16. voluptates nempe sine mora esse percipiendas. Ludit Poëta in frequenti repetitione istius *cras*.

4 *Apud Parthos*] Parthia Asia regio, quam hodie vocant alii *Arach*, alii *Chorasan*. Armenia duplex: Major hodie, *Turcomania*; Minor

hodie, secundum aliquos, *Anadole*: secundum alios, *Pegian*.

5 *Jam cras istud*] Moram vitæ hilariter interponens annos Nestoris vel Priami assecutus es, quorum ætas et historia omnibus nota est.

8 *Ille sapit*] Idem dixit lib. i. Epig. 16.

LIX.

AD STELLAM.

QUOD non argentum, quod non tibi misimus aurum,

Hoc facimus causa, Stella diserte, tua.

O Stella facunda, quod ad te non misimus argentum nec aurum, hoc facimus in

1 Pulmanni codex: *quod non tibi mittimus aurum*.

NOTÆ

1 *Quod non*] Hoc est, Ad te mitto ipse dicit Epig. 18. hoc libro: 'Dolosas munera, ut facile, si volueris, sas munera et malas artes.' Vide lib. iv. Epig. 56.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti :
Fictilibus nostris exoneratus eris.

tuam gratiam. Quisquis donavit ingentia, cupiit ad se remitti ingentia: fictilia nostra te levabunt onera.

NOTE

4 *Exoneratus*] Liberatus eris onere vasa fictilia parvi sint momenti.
ad me munera remittendi, cum nostra

LX.

AD DETRACTOREM.

ALLATRES licet usque nos et usque,
Et gannitibus improbis laccessas;
Certum est hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis,
Qualiscumque legaris ut per orbem. 5
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas, miser, necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Unus, vel duo, tæsvæ, quatuorve,
Pellem rodere qui velint caninam. 10
Nos hac a scabie tenemus unguës.

Quamvis allatres nos semper, et semper provoces perfidiosus gannitibus; ratum est tibi recusare hanc existimationem, quam jamdiu quæris in meis libris, ut qualitercumque sis notus per orbem. Cur enim aliquis noverit te vixisse? O ærumnoe, oportet te mori incognitum. Nihilominus hac in urbe forte reperientur unus, vel duo, aut tres, aut quatuor, quibus placeat rodere pellem caninam. Nos cohibemus unguës ab hac scabie.

3 *Certum est mi tibi Juntina nostra in margine. Certum est hanc mihi Calderinus.*—5 *Junt. nostra in marg. per urbem.*

NOTE

2 *Gannitibus*] Hoc est, maledictis canis, Ignavus adversum lupos?
et conviciis.

10 *Pellem rodere*] Hoc est, qui maledicendi me cohibebo, nec unquam meis in versibus legetur nomen tuum, unde famam qualemcumque colligeres.
‘ Quid immerentes hospites vezas,

LXI.

IN MARIANUM.

CRISPULUS iste quis est, uxori semper adhæret
 Qui, Mariane, tuæ? crispulus iste quis est?
 Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aurem,
 Et sellam cubito dexteriore premit?
 Per cujus digitos currit levis annulus omnes : 5
 Crura gerit nullo qui violata pilo?
 Nil mihi respondes? uxoris res agit, inquis,
 Iste meæ: sane certus et asper homo est,
 Procuratorem vultu qui præferat ipso :
 Acrior hoc Chius non erat Aufidius. 10
 O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini!
 Te successurum credo ego Panniculo.

O Mariane, quis est iste crispulus qui semper adhærescit tuæ conjugī? quis est iste crispulus qui susurrat in teneram aurem dominæ nescio quid, et incumbit cathedræ cubito dexteriore, per cujus omnes digitos fluit levis annulus, cujus crura non sunt polluta ullo pilo? Nihilne mihi respondes? Iste, ais, administrat negotia meæ conjugis: expertus quidem et gravis est homo; qui fronte ipsa exprimat procuratorem; Chius Aufidius non erit asperior hoc crispulo. O Mariane, quam merebaris colaphos Latini! ego puto te occupaturum locum Panniculi. Procuratæ nego-

8 Beverlandi Ms. *sane cæcus*.—9 'Scribendum est ex codd. *qui præferat æquo*. Vulgo, *qui præferat ipso*: quod substituerunt illi, qui non tam æquitatem in procuratore requiri putabant, quam ut acriter nitatur pro eo, cuius negotium gerit. Sed *vultu æquo* est respondentī, referenti, æquali. Sic æquitatem membrorum Augusti, pro æqualitate seu symmetria, laudat Suetonius.' Ita scribit Gronovius ad Stat. p. 397.—10 Ald. Junt. *Colin. non erit*

NOTÆ

2 *Crispulus*] Poëta irridet Marianum, qui inepte crederet, quendam crispulum, hoc est, mollem et capillis crispis juvenem, uxoris suæ esse procuratorem.

6 *Qui violata pilo*] Cujus crura levia sunt et depilata.

8 *Sane certus*] Hoc est, eruditus, quem nulla ratio rei gerendæ fallit.

10 *Non erat Aufidius*] Mæchus notissimus ex Juvenalis Satyra ix. 25. Sensus est: Aufidius Chius non esset

procurator gravior nec certior hoc crispulo.

11 *Alapis Latini*] O digne, inquit Farnabius, qui in spectaculis theatralibus risum moveas alaparum contumeliis exceptus; non secus ac Panniculus mimus, a Latino mæchi partes agente cæsus. Lib. ii. Epig. 72. 'Os tibi præcisum, quanto non ipsæ atinus Vilia Panniculi percutit ora sono.'

Res uxoris agit? res nullas crispulus iste:

Res non uxoris, res agit iste tuas.

tia uxoris? Iste crispulus nulla procurat negotia: iste non curat res uxoris, sed tuas.

~~~~~

*Augustinus.*—13 Codex Pulmanni, *res ullas*; nempe deleta erat lineola, quam vocali imposuerat librarius.—14 In quibusdam, *res agit ipse tuas*.

#### NOTÆ

14 *Res agit iste tuas*] Mæchus quippe mariti partes sustinet.

### LXII.

#### AD HOSPITES.

JURE tuo nostris maneat licet, hospes, in hortis,

Si potes in nudo ponere membra solo:

Aut si portatur tecum tibi magna supellex:

Nam mea jam digitum sustulit hospitibus.

Nulla tegit fractos nec inanis culcita lectos:

5

Putris et abrupta fascia recte jacet.

Sit tamen hospitium nobis commune duobus:

Emi hortos; plus est: instrue tu; minus est.

*O hospes, potes pro jure tuo commorari in nostris hortis, si potes recumbere in terra nuda: vel si tecum fertur magna supellex: mea enim jam sustulit digitum hospitibus. Nulla culcitra nec detrita operit cubilia fracta: et inistita putrida jacet fene disrupto. Nihilominus diversorium commune sit nobis ambobus: mercatus sum hortos, plus est: tu adorna, minus est.*

~~~~~

4 Beverlandi Ms. *lectum sustulit*, et sic adjectum erat in margine codicis Pulmanni. Vide Erasm. in Adag. 'Tolle digitum.'—5 *Nulla tegit fractos* in quibusdam.

NOTÆ

4 *Nam mea*] Hoc est, Mea supellex consumpta est frequenti hospitio. Metaphora est petita a gladiatoribus, qui, cum essent victi, digitum tollebant in signum victoriæ adversario concessæ. *Mea supellex sustulit digitum hospitibus*, hoc est, victa est atque attrita ab hospitibus. Vel forte hæc Metaphora petitur a licitationibus, in quibus, teste Festo in verbo

'Manceps,' digito sublato emptorem se aliquis profitebatur. Et sensus erit: Mea supellex emta est ab aliis hospitibus, id est, alii hospites suppellectilem meam tanquam a se emtam consumserunt. Eligat lector.

6 *Putris et abrupta*] Fasciæ lecti seu inistitæ humi demissæ sunt, ruptis nempe funibus quibus fasciebantur.

LXIII.

AD PONTICUM.

QUID sentis, inquis, de nostris, Marce, libellis?

Sic me sollicitus, Pontice, sæpe rogas.

Admiror, *stupeo*: nihil est perfectius illis,

Ipse tuo cedit Regulus ingenio.

Hoc sentis? inquis; faciat tibi sic bene Cæsar,

5

Sic Capitolinus Jupiter: immo tibi.

O Marce, quid censes, ais, de nostris scriptis? O Pontice, crebro anxius sit me interrogas. Admiror, stupeo; nihil est elegantius illis, Regulus ipse primas dat tuæ solertia. Hocne censes? ais; sic utaris propitio Cæsare, sic Jove Capitolino, immo tu.

In hoc Epigrammate exhibendo nullam lectionis varietatem prodant libri manuscripti aut typis impressi.

NOTE

1 *Quid sentis*] Ponticum deridet, cujus Versus nonnunquam laudabat, ut ipsi blandiretur, licet pessimos judicaret.

4 *Regulus*] Causidicus celebris de quo lib. 1. Epig. 13.

6 *Faciat tibi sic*] 'Sic' particula sæpe

insurpatur in precationibus. Ponticus precatur ut sic Jupiter bene faciat Martiali, ut de ejus scriptis bene senserat.

6 *Immo tibi*] Precationem Pontico regerit Poëta: mala enim erat, cum male sensisset de Pontici versibus.

LXIV.

AD SUOS MINISTROS.

SEXTANTES, Calliste, duos infunde Falerni:

Tu super æstivas, Alcime, solve nives.

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,

Lassenturque rosis tempora sutilibus.

O Calliste, infunde duos sextantes Falerni: tu, Alcime, super Falernum funde nives æstivas. Capillus madens amomo pinguescat mihi, et tempora defutigentur

2 *Alcime funde nives* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Aid. Junt. Colin. Gryph. Palman. Junian. Lang. Delph. &c. *Alcime, solve nives* codex Florentinus; et

NOTÆ

1 *Sextantes*] Sextans est sexta pars assis, atque ita duobus uncis comstat: eam de mensuris agitas, duas continet cyathos.

2 *Tu super solves* [funde] Hoc est, Aquam gelidam e nivibus expressam funde. Alii legunt, solves.

3 *Pinguescat*] Unguentis madid

Jam vicina jacent nos vivere Mansolea :

5

Cum doceant, ipsos posse perire Deos.

rosis consutis. Jam propinqua monumenta hortantur nos indulgere genio : cum argumento sint posse mori ipsos Deos.

sic Gruterus.—5 Idem Gruterus e codd. mavult, *Tam vicina*, &c. probante Gronovio ; quem vide inter Var. Notas.

NOTÆ

et floribus coronati convivabantur veteres. *Amomo*] Hoc est, unguenta ex amomo arbore odorifera expresso : rosas vero 'sutiles' dixit pro corona ex rosis facta et consuta.

5 *Jam vicina*] Hoc est, sepulcrum Augusti, ad similitudinem Mausolei ab Artemisia extructi, de quo lib. Spect. Epig. 1. nos invitât ad volup-

tates alacriter percipiendas. Legunt alii *Tam vicina*, quod sepulcrum Augusti proximum esset ei loca, in quo potabat Martialis. *Vivere* hic est voluptatibus indulgere. Lib. 1. Epig. 16. lib. 11. Epig. 59.

6 *Ipsos Deos*] Cæsares intellige, quos tanquam Deos colebat populus.

LXV.

AD CÆSAREM.

ASTRA, polumque dedit, quamvis obstante noverca,

Alcidæ, Nemeas terror, et Arcas aper ;

Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ ;

Et gravis in Siculo pulvere fusus Eryx :

Hercules, hæc noverca impediens, assecutus est sidera et celum propter victum leonem terrorem Nemeæ, atque apum Arcadiæ ; et punitum ceroma palæstra Afri-

3 *Libycæ ceroma* in edd. vett. *Sicula ceroma* codex Vaticanus.—6 *Ducere*

NOTÆ

1 *Obstante noverca*] Junone, quam oderat Alcmenam Amphitryonis uxorem, Jovis pellicem, et Herculis matrem.

2 *Nemeas terror*] In Nemeæ sylva Argolidis leo, in Arcadia vero aper Mænalibus interfectus est ab Hercule. Vide lib. Spect. Epig. 27.

3 *Libycæ ceroma*] Antærum intellige, pro quo per Metonymiam dixit

ceroma, id est, unguentum ex oleo, pulvere, et cera mixtum, quo ungebantur athletæ. *Libycæ palæstræ*] In Libya enim cum Antæo pugnavit Hercules, cujus certamen fuisse describit Lucanus lib. rv.

4 *Fusus Eryx*] Veneris filius cæstrum certamine in Sicilia victus est ab Hercule.

- Sylvarumque tremor, tacita qui fraude solebat 5
 Ducere nec rectas Cacus in antra boves.
 Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?
 Dat majora novus prælia mane dies.
 Quot graviora cadunt Nemeæo pondera monstro? 10
 Quot tua Mænaliis collocat hasta sues?
 Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi;
 Est tibi, qui possit vincere Geryonem.
 Sæpe licet Graiæ numeretur bellua Lernæ,
 Improba Niliacis quid facit Hydra feris?
 Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt 15
 Alcidiæ cito Di; sed tibi sero dabunt.

cæ; atque Erycem gravem prostratum in pulvere Siculo; et Cacus tremorem sylvarum, qui latentibus dolis solebat ducere boves aversas in speluncas. Ista, o Cæsar, quota portio est tuæ arenæ? lux nova mane exhibet majora certamina. Quot pondera procumbunt graviora monstro Nemeæo? quot sues Mænaliis sternit tua hasta? Si triplex certamen pastoris Iberi renovetur, habes eum qui valeat superare Geryonem. Quamvis crebro prædicetur bellua Lernæ Arcadia, quomodo Hydra pestifera potest comparari feris Nili? O Auguste, Di pro tantis meritis celeriter donaverunt Herculem cœlo, at te donabunt tarde.

non rectas codex Florentinus, probante Farnabio. Alii legunt: Ducere neglectas. —14 Codex Vaticanus, quod facit ira feris.

NOTE

6 *Cacus*] Vulcani filius, latro insignis, qui boves in antrum suum cauda retro traxerat, ne earum vestigia deprehenderentur. Hoc modo bovem Herculi rapuerat, a quo deprehensus in Albano monte interfectus est. Virg. *Æn.* viii.

7 *Ista*] Omnia nempe Herculis facta, o Cæsar, cum tuis spectaculis collata locutam partem efficient?

8 *Mane dies*] Mane cum bestiis pugnabant gladiatores, post meridiem vero inter se. Seneca *Epist.* vii. 'Mane leonibus et ursis homines, meridia spectatoribus suis objiciuntur. Interfectores interfecturis jubentur objici, et victorem in aliam detinent cædem,' &c.

10 *Collocat hasta*] Lib. Spect. Epig. 15. dixit Poëta: 'longo porrexit vulnere pardum.' Ex hoc versu, et duobus sequentibus, colligunt Inter-

pretes hoc Epigramma referri ad Carphorum, de quo lib. Spect. Epig. 27. et Domitiano tribuit quicquid venator ejus Carphorus facit.

11 *Pastoris Iberi*] Geryonis nempe tricipitis victi ab Hercule in Hispania.

12 *Est tibi*] Carphorus nimirum.

13 *Bellua Lernæ*] Lerna est Achæiae locus, et palus in qua erat hydra novis capitibus in locum abscissorum renascentibus perniciosissima, quam tamen domuit Hercules.

14 *Niliacis feris*] Crocodilos intellige, qui in spectaculis exhibiti interficiebantur, cum quibus ipsam hydram conferendam esse negat Poëta.

16 *Sed tibi sero*] Majora sunt tua gesta Herculis factis, atque dignior es cœlo, quo tamen tarde donaberis, ut diu rempublicam administres.

LXVI.

IN PONTILIANUM,

SÆPE salutatus, nunquam prior ipse salutas :
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

Crebro salutatus, nunquam ipse salutas prior : O Pontiliane, sic erit æternum vale.

2 *Sic eris æternum* codex Vaticanus. *Diceris æternum* codex Thuanens. *Sic erit ; æternum, Pontiliane, vale* malit Heraldus, ut ap. Virg. *Æn.* xi. 'Salve, mi maxime Palla, Æternumque vale.'

NOTE

2 *Sic eris*] Sic solebant antiqui sit humanitas.
salutare mortuos. Virgilius : 'salve, Pontiliane] Quem Poëta ut inur-
mi maxime Palla, Æternumque vale.' banum et agrestem hominem carpit,
Sensus est : Te in posterum mortuum qui neminem unquam ipse prior salu-
existimabo, cum omnis in te mortua taret.

LXVII.

DE HIRUNDINE.

HYBERNOS peterent solito cum more recessus

Atthides, in nidis una remansit avis.

Deprendere nefas ad tempora verna reversæ,

Et profugam volucres diripuerunt suæ.

Sero dedit poenas : discerpi noxia mater

5

Debuerat : sed tunc, cum laceravit Itym.

Cum hirundines more solito peterent hyemalia receptacula, una volucris remansit in nidis. Primo vere reversæ agnoverunt scelus, atque aves suæ speciei discerpserunt fugitivam. Tarde puniunt : nefanda mater dilanianda erat : at tunc, cum dilaniavit Itym.

4 Codex Thuan. *deripuerunt suam.* Cetera nulla varietas.

NOTE

2 *Atthides*] Sic hirundines dictæ sunt a Procne Pandionis regis Atticæ filia, quæ in hirundinem fuit conversa. Ovid. *Met.* vi.

3 *Deprendere nefas*] Nefas vocat, quod ista hirundo ab aliarum more desciverit, nec cum reliquis avolarit.

5 *Noxia mater*] Procne in hirundinem conversa tunc, inquit, fuit discerpenda, cum Itym suum filium dilaniatum Tereo marito apposuit comedendum, ob stupratam ab illo Philomelam suam sororem.

LXVIII.

AD LESBIAM.

ARCTOA de gente comam tibi, Leshia, misi:

Ut scires, quanto sit tua flava magis.

O Lesbia, ad te misi cesariem ex septentrionali natione, ut cognosceres quanto tua sit magis flava.

In hoc Epigrammate nihil variant exemplaria, aut manuscripta, aut prelo excusa.

NOTÆ

1 *Arctoa de gente*] Ex Germania, quæ est sub Arcto ad Septemtrionem: Germani vero flavam comam alunt, at Romæ nigram alebant, matronæ, flavam meretrices. Sic Poëta Lesbiæ impudicitiam ostendit, quæ flavos crines affectaret. Juvenalis de Messalina Sat. vi. 121. 'Et nigrum flavo crinem abscondante galero Intravit calidum veteri centone lupanar.'

LXIX.

IN M. ANTONIUM.

ANTONI Phario nil objecture Pothino,

Et levius tabula, quam Cicerone, nocens:

Quid gladium demens Romana stringis in ora?

Hoc admisisset nec Catilina nefas.

Impius infando miles corrumpitur auro:

5

Et tantis opibus vox tacet una tibi.

O Antoni, nihil oppositure Photino Ægyptia, et minus nocens tota proscriptorum tabula quam uno Cicerone: O insane, quid educis ensem in ora Romanorum? Nec ipse Catilina fecisset hoc scelus. Impius miles corrumpitur improbo auro: et tanta

1 *Photino* in edd. vett.—8 *Raderus* legendum censet: *Incipiunt omnes, &c.*

NOTÆ

1 *Antoni*] Nota est Antonii triumviri historia, qui multos cives Romanos proscriptione durante interfici jussit, scelus tamen minus alios omnes interficiens, quem unum Ciceronem opprimens admisit: Photinus Ægyptius Pompeium magnam jussu Ptolemæi occidit.

8 *Romana stringis*] Ultimam vocalem vocis præcedentis brevem produxit propter duas consonantes sequentis dictionis. Sic Virgilius:

'date tela, scandite muros.'

Romana in ora] Hoc est, in Ciceronem. Unde lib. iii. Epig. 65. de eodem Cicerone: 'Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.'

4 *Nec Catilina*] Notus ex Sallustii Historia.

5 *Miles corrumpitur*] Percussor Ciceronis.

Quid prosunt sacrae pretiosa silentia linguae ?

Incipient omnes pro Cicerone loqui.

pecunia vox una ailet tibi. Quid juvant cara silentia sacrae linguae ? Omnes incipient loqui pro Cicerone.

NOTE

7 *Pretiosa*] Hoc est, Magno pretio cum totus populus dicat, quod jam silentium frustra emisisti, o Antoni, tacet Cicero. Lib. II. Epig. 82.

LXX.

DE SYRISCO, AD MAXIMUM.

INFUSUM sibi nuper a patrone

Plenum, Maxime, centies Syricus

In sellariolis vagus popinis

Circa balnea quatuor peregit.

O quanta est gula, centies comesse !

5

Quanto major adhuc, nec accubare !

Syricus errans in sellariolis popinis circum quatuor balnea consumsit centies laxum nuper sibi donatum a patrone. O quanta est helluatio decoxisse centies ! quanto major adhuc non accumbere !

De Syriaco inscriptio est in edd. vett. Cetera nihil variant libri, aut scripti, aut impressi.

NOTE

2 *Plenum centies*] Centena scilicet non accumbendo, ut mos erat honestorum virorum, sed sedendo ventri indulgebant.

4 *Circa balnea quatuor*] Thermas Ne-ronianas, Grylli, Titi, et Agrippae, ut putant Interpretes.

LXXI.

AD FAUSTINUM.

HUMIDA qua gelidas summittit Trebula valles,

Et viridis, Cancris mensibus, alget ager,

Ubi uda Trebula deprimit frigidas valles, atque ager virens friget mensibus Can-

NOTE

1 *Trebula*] Vicius aut oppidum in ardet. Cleonaeus dictus, quia prope Sabinis aestate frigidissimum. Cleonae, oppidum Peloponnesi, Leonem inter astra deinde relatum inter-

2 *Cancris mensibus*] Mense scilicet facit Hercules. Julio, quo Cancer signum caeleste fervet; et mense Augusto, quo Leo

Rura Cleonæo nunquam temerata Leone,
 Et domus Æolio semper amica Noto,
 Te, Faustine, vocant: longas his exige messes 5
 Collibus: hybernium jam tibi Tibur erit.

ori; rura nunquam violata Cleonæo Leone, et villa semper objecta Austro Æolio te invitat, o Faustine: his collibus age longos dies æstivos, jam frueris Tibure hyemis tempore.

5 *Te, Faustine, vocat Ald. Junt. Colin. &c.*

NOTÆ

4 *Noto*] Ventus meridianus pluviosus. Æolius autem dicitur, quod in ditione Æoli sint venti. ager adeo frigidus est, ut æstate non jam frigido Tibure, sed Trebulan mansurus sis. Vide lib. iv. Epig. 57.

6 *Hybernium*] Hoc est, Trebulanus 60. et 62.

LXXII.

AD RUFUM, DE ORIGINE BACCHI.

QUI potuit Bacchi matrem dixisse Tonantem,
 Ille potest Semelen dicere, Rufe, patrem.

Cui licuit vocare Jovem matrem Bacchi, illi licet, o Rufe, vocare Semelen patrem.

De origine Bacchi lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. Palman. Junian. Lang. aliis.—2 Hic potuit Semelen Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Qui potuit*] *Διψήρυς* a Græcis dictus est Bacchus, hoc est, *habens duas matres*, Semelen nempe Cadmi filiam; et Jovem, ex cujus femore natus esse dicitur. Hæc nota est fabula.

2 *Potest Semelen*] Nam ut Jupiter vir et tamen mater, ita Semele licet fœmina potest dici pater, aut si hoc absurdum, erit et illud.

LXXIII.

AD THEODORUM.

NON donem tibi cur meos libellos
 Oranti toties, et exigenti,

O Theodore, mirarisne cur non dem tibi meos libros toties roganti atque expostu-

Hic nullam lectionis varietatem exhibent exemplaria calamo exarata aut typis excusa.

Miraris, Theodore? magna causa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

lanti? Magna causa est, ne tu mihi des tuos libellos.

NOTÆ

1 *Non donem*] Per se patet hoc VII. Epigramma 2.
Epigramma, cui simile plane est lib.

LXXIV.

DE POMPEIO ET FILIIS.

POMPEIOS juvenes Asia atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes; si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? jacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

Asia atque Europa condunt Pompeios juvenes, at terra Libyæ condit ipsum Pompeium, si tamen ulla condit. Quid mirum si diffunditur per universum mundum? Tanta ruina nequibat jacere uno loco.

Hujus Epigrammatis lectionem non variant exemplaria, aut manuscripta, aut typis impressa.

NOTÆ

1 *Asia atque Europa*] Nobile elogium Pompeii et filiorum. Cneius Pompeii magni filius periit in Hispania a Cæsare victus ad urbem Mundam: Sextus vero a militibus Antonii Mileti interceptus in Asia interiit: Pompeius pater in Africa ad Pelusium occisus est, de cujus morte jam dictum lib. III. Epig. 65.

2 *Si tamen ulla tegit*] Nón constat

enim sepultum fuisse Pompeium, ut patet ex hoc disticho: 'Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: quis putat esse Deos?'

3 *Toto orbe*] Hoc est, in tribus orbis partibus tunc cognitis, de quibus Pompeius magnus triumpharat, teste Cicerone pro lege Manilia.

LXXV.

AD QUINTUM.

QUÆ legis causa nupsit tibi Lælia, Quinte,
Uxorem potes hanc dicere legitimam?

O Quinte, potesne vocare legitimam uxorem Læliam, quæ tibi nupsit propter legem?

2 *Uxorem potes hanc ducere* Beverlandi Ms. Cetera nulla est varietas.

NOTE

1 *Qua legis causa*] Legem Juliam in adulteros revocavit Domitianus, de qua Juvenalis Sat. II. 'qui tunc leges revocabat amaras.' Lælia ergo adultera Quinto mocho nupsit, ne puniretur. Legitima uxor dicitur quæ

secundum leges nubit: in quo verbo ludit Poëta, cum metn legis Juliam nupsisset adultera hæc Lælia, quæ legi obsecuta aliquo modo uxor legitima videri poterat. Lege lib. VI. Epig. 7.

LXXVI.

AD CINNAM.

PROFECIT pote Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.
Tu quoque cavisti oenando tam male semper,
Ne posses unquam, Cinna, perire fame.

Sæpe hausto veneno consecutus est Mithridates, ne virus crudele posset obesse sibi. Tu etiam, o Cinna, cenando semper tam male, providisti ne posses unquam noceri fame.

1 *Profecit loto* ex codice Florentino citat Beverlandus.

NOTE

1 *Profecit pote*] Plinius lib. xxv. cap. 2. 'Uni ei (Mithridati) exco-
gitatum quotidie venenum bibere,
presumptis remediis, ut consuetudine
ipsa innoxium fieret. Primo inventa
genera antidoti, ex quibus unum

etiam nomen ejus retinet. Illius
inventum autumant sanguinem ana-
tum Ponticarum miscere antidotis,
quoniam veneno viverent.' De eo
agit etiam Gellius lib. XVII. cap. 16.

LXXVII.

AD MARULLUM.

NARRATUR belle quidam dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

0 *Marulle, quidam refertur lapide dixisse, qui dixit te instillare oleum in auri-
culam.*

Ad Pedariflam inscribitur in codice Florentino.—2 *Qui te ferre oleum* Bever-
landi Ms. 'Lege *toleus* vel potius *toles*, quod nihil aliud est quam facium in-
flammatiō et tumor. Ut enim illi qui *toles* habent in facibus, non possunt

NOTE

2 *Qui te ferre*] Assentatores enim,
dum potentioribus blandiuntur, in
eorum aures oleum infundere viden-

tur. Alii aliter explicant hoc ad-
gium, et legant, *in auricula*, ut sit
senso: Marullum rigida et supbia

loqui, ita nec audire qui eas habent in auricula. Itaque ait illum nolle audire, sed semper loqui.' *Beverland.* 'Ingeniosa satis hæc conjectura *Beverlandi*; sed vereor ne *toles* h. l. adversum sit metro.' *Wernsdorf.* Alii legunt, *auricula*.

NOTE

aure fuisse, id est, omnia aversantem et fastidientem aliorum dicta. Sic lib. vi. Epig. 42. 'Non attendis, et aure me supina Jamdudum quasi negligenter audis.' Metaphora ducta a gestu eorum, quibus aliquid in aurem infusum est; et, ne effluat,

aurem supinant. Qui loqui non posset, apud antiquos dicebatur oleum ore gestare: ita qui nihil audit, videtur oleum ferre in auricula. Vel, Poëta irridet Marullum, ita caput incurvantem, ac si in ea oleum tulisset. Eligat lector.

LXXVIII.

AD TURANIUM.

Si tristi domicoenio laboras,
Turani, potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles *προειναι*,
Viles Cappadocæ, gravesque porri.
Divisis cybium latebit ovis:
Ponetur digitis tenendus unctis

5

O Turani, si habes domi carnam tristem, licet tibi esurire mecum. Si soles propinquare, viles Cappadocæ, et porri succo gravi non tibi deerunt. Cybium delitescet ovis sectis, cauliculus viridis qui modo allatus est ex horto frigido tractandus digitis

Ad Turanium inscriptio est in edd. vet. — 3 Non dederint si soles propinqui *Beverlandi* Ms. si soles propinqui habet etiam codex *Heraldi*. Non deerunt tibi sessiles propinquæ legendum censet *Merula* ex vet. libris. — 6 Et dioces *Sycibium* in cod. *Florent.* Divisis cibium *Ald.* Junt. Collu. &c. — 6 Ponetur digitis tenendus *ustis* ed. antiq. *Ferrar.* an. 1471. *Ald.* Junt. *Colin.* *Gryph.* Gruter. &c. unctis debetur *Lipsio* *Epist.* Quæst. 1. 5. Cf. *Pers.* Sat. vi. 70. *Flor.* II. Sat. 3. 126. et *Juvenal.* Sat. v. 87. *Ant. de Rooy* tentabat *ustis*, ab humore sc. qui succidis caulibus tenendo exprimitur. Quod epitheton et

NOTE

1 *Domicoenio*] Nova vox leplde ficta a domo et cœna. *Turanus* singularis fuit nostri Poëtæ amicus, de quo iterum epistola lib. ix.

2 *Esurire mecum*] Hoc est, contentus esse frugali mensa.

3 *Si soles προειναι*] Nimirum tibi non deerunt quæ bibendi desiderium excitent. *Merula* legit: Non deerunt tibi sessiles propinquæ: hoc est, sessiles lactucæ ex vicinis hortis, de *Delph.* et *Var. Clas.*

quibus lib. III. Epig. 47. *Plinius* lib. XIX. cap. 7. facit mentionem Cappadocarum. 'Diligentiores,' inquit, 'plura genera [lactucarum] faciunt, purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas.'

5 *Cybium*] Est piscis genus, ex quo cibus conficiebatur simul cum ovis modice sectis.

6 *Unctis*] Teste *Lipsio*, propter infusum caulibus oleum. Alii legunt *Martial.*

Nigra cauliculus virens patella,
 Argentem modo qui reliquit hortum :
 Et pultem niveam premens botellus,
 Et pallens faba cum rubente lardo. 10
 Mensæ munera si voles secundæ,
 Marcentes tibi porrigentur uvæ,
 Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum ;
 Et quas docta Neapolis creavit,
 Lento castaneæ vapore testæ : 15
 Vinum tu facies bonum bibendo.
 Post hæc omnia forte si movebit
 Bacchus, quam solet, esuritionem,
 Succurrent tibi nobiles olivæ,
 Piceni modo quas tulere rami, 20
 Et fervens cicer, et tepens lapinus.
 Parva est coenula, (quis potest negare ?)

unctis apponetur in nigra patella, et botellus impositus candida puli, et pallida faba cum rubente lardo. Si dona mensæ secundæ tibi placebunt, marcentes uvæ tibi apponentur, et pyra quæ denominantur a Syris, et castaneæ tostæ calore moderato, quas produxit erudita Neapolis: potando probabis vinum esse bonum. Post hæc omnia, si vinum excitabit solitam famem, præstantes olivæ tibi præsto erunt, quas modo produxerunt olivæ Picenæ, et fervens cicer apponetur, et tepens lapinus. Exigua est coenula, (quis potest inficiari ?) et nihil dissimulabis, nec antea quicquam

summo jure Burmannus vindicavit Nasoni Art. Am. 1. 662. ubi 'uncta' parum feliciter ex nonnullis codd. defendit Helmsius.—7 *Nigra coliculus* in edd. vett.—13 *Et nomen pyra* in iisdem.—15 Codex Bodleianus et Beverlandi Ms. *coctæ*.—18 Beverlandi Ms. *quam solet exhaustiorem*.—25 *Nec crassum domini*

NOTE

ustis, propter antithesim argentis hortil.

9 *Et pultem*] De pultibus scribit Apicius lib. v. cap. 1. Nivea dicitur, hoc est, ex farina tritici candida, Lib. II. cap. 5. Sic botellum describit Apicius: 'Botellum sic facies ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, quibus cepam, et porrum concisum, thusque crudum admiscebis, cum pipere modico, atque ita intestinum farcies, adjectoque liquamine, et vino decoquas.'

10 *Rubente lardo*] Rubens dicitur lardum vetus et fumosum.

13 *Marcentes uvæ*] Alii intelligunt maturas: alii, liquore perfusas.

16 *Vinum tu*] Hoc est, Si hilariter vinum meum biberis, quaecumque sit, ostendes tibi sapere.

17 *Si movebit*] Prava vina bibebant antiqui, ut vomitu purgarent stomachum, quo major deinde foret edendi et bibendi appetentia.

20 *Piceni modo*] De olivis Picenis dictum lib. I. Epig. 44.

Sed finges nihil, audiesve fictum,
 Et vultu placidus tuo recumbes;
 Nec crassum dominus leget volumen: 25
 Nec de Gadibus improbis puellæ
 Vibrabunt sine fine prurientes.
 Lascivos docili tremore lumbos.
 Sed, quod non grave sit, nec inficetum,
 Parvi tibia condyli sonabit. 30
 Hæc est cœnula. Claudiam sequeris:
 Quam nobis cupis esse te priorum.

ænegidatum, et oscubabis fronte tua serena, nec herus leget densum volumen, nec prurientes sine fine puella ex lascivis Gadibus agitabunt petulantes lumbos docili tremore: at tibia parvi condyli sonabit, quod nec molestum sit, nec illapidum. Hæc est cœnula: sequeris Claudiam, quam tu optas adesse prius quam nos.

~~~~~

*leges codex Florentinus.—29 Sed quod nec Beverlandi Ms.—30 In eodem, condylis.—31. 32 Claudiam sequeris Quam nobis cupis esse turpiorem in edd. antiq. cum Ald. Junt. Collin. Gryph. &c. Claudiam sequeris? Quam nullis cupis esse turpiorem legunt alii. Hæc est cœnula: credo jam sequeris, Jam nobis cupis esse te priorem; vel, Claudiam sequeris Quam nobis cupis esse te priorem legendum censet Heraldus. Claudiam si queris Beverlandi Ms. esse tu priorem codex Pulmanni.*

# NOTÆ

21 *Et fervens cicer*] Genus est pisi, vel ab igne cocti, vel natura fervidi. Lupinus *tepens* dicitur, quia aqua tepenti macerabatur: est vero genus leguminis.

22 *Parva est cœnula*] Sed juvennda, qualis esse solet inter amicos, in qua, quicquid in buccam venerit, quisque garriet sine ullo delatorum timore.

24 *Vultu tuo*] Hoc est, non composito in alterius gratiam: nec tibi, inquit, ero molestus longi voluminis lectione.

26 *De Gadibus*] De quibus lib. i. Epig. 42. unde puellæ saltatricis levitate et lascivia famosæ Romam

ducebantur. Lib. ii. Epig. 42.

30 *Tibia condyli*] Condylus tibicen fuisse videtur. Alii putant loqui Poëtam de tibia quæ parvum haberet foramen instar condyli, qui proprie nodus est in digitis incurvis extans. Prior sensus mihi videtur melior.

31 *Claudiam*] Hoc est, Aderit et Claudia a te amata, quam libenter sequeris, et omnium primam adesse cupis. Legunt alii: *Quæ nobis cupis esse te priorem*. Vulgata lectio: *Quam nobis cupis esse turpiorem*: ne illius amore captamur, ut nempe solus ea potiaris.

## LXXIX.

IN ZOILUM.

UNDECIES una surrexti, Zoile, coena;

Et mutata tibi est synthesis undecies:

Sudor inhæreret madida ne veste retentus,

Et laxam tenuis læderet aura cutem.

Quare ego non sudo, qui tecum, Zoile, coeno?

5

Frigus enim magnum synthesis una facit.

*O Zoile, surrexisti undecies una coena, atque undecies mutavisti synthesis, ne sudor retentus remaneret in veste perfusa, et tenuis aura noceret remissa cuti. Cur, Zoile, ego non sudo, qui coeno tecum? Una enim synthesis causa est magni frigoris.*

1 *Undecies una surrexit* ed. antiq. Ferrar. Ald. Jun. Colin. &c. Lectio nostra debetur Turnebo lib. XXIII. cap. 18.— 2 *Et mutata tibi Synthesis* edd. vett.

## NOTE

1 *Undecies*] Zoilum hunc, de quo 46. jam lib. II. Epig. 16. carpit, qui alia de causa synthesim non mutabat, nisi ut suarum vestium copiam ostentaret. Synthesis vestis est qua domi utebantur Romani in coena, et foris Saturnalium tempore, lib. II. Epig.

4 *Laxam cutem*] Propter sudorem.  
6 *Frigus enim*] Solus audas, alii frigent, quippe unus multas habes syntheses, quas ostentare cupis. Lib. II. Epig. 16.

## LXXX.

AD SEVERUM.

NON totam mihi, si vacabis, horam,

Dones, et licet imputes, Severe,

Dum nostras legis exigisque nugas.

Durum est perdere ferias: rogamus,

*O Severe, si otium erit, concedas mihi horam non totam; et licet ascribes muneri: grave est amittere otia dum evolvis atque examinas nostras ineptias, oramus patiaris*

1 *Farnabius malit, vacabit.* Cetera, non variant codd. aut libri impressi.

## NOTE

2 *Et licet imputes*] Hoc est, Per me debitorem facias. licet ut me semihoræ mihi concessæ

Jacturam patiaris hanc, ferasque. 5  
 Quod si legeris ipse cum diserto  
 (Sed numquid sumus improbi?) Secundo,  
 Plus multo tibi debiturus hic est,  
 Quam debet domino suo libellus.  
 Nam securus erit, nec inquieta 10  
 Lassi marmora Sisyphei videbit;  
 Quem censoria cum meo Severo  
 Docti lima momorderit Secundi.

*et feras hoc damnum. Quod si evolveris ista cum eloquenti Secundo (at numquid sumus impudentes?) hic libellus tibi debiturus est multo plus quam suo auctori. Nam tutus erit, nec spectabit inquieta caxa defatigati Sisyphei, quem momorderit censoria lima aruditi Secundi simul cum meo Severo.*

## NOTÆ

7 *Sumus improbi*] Hoc est: Numquid sum impudens, qui te rogem ut meos libros legas, cum tu gravioribus negotiis operam des? Secundi jam meminit lib. I. Epig. 2.

10 *Nec inquieta*] Nota Sisyphei fabula, qui in Inferis ingens saxum sine ulla quiete movet. Sensus est: Meus

libellus non adibit Inferos. Dicebant veteres poemata adire Inferos, et intrare, cum non legerentur.

13 *Lima*] Egregia Metaphora. Lima habet suos dentes, unde dicitur mordere ferrum, cum illud polit. Sic eruditi viri emendando versus impolitos mordent seu poliant.

## LXXXI.

## AD ÆMILIANUM.

SEMPER eris pauper, si pauper es, Æmiliane.  
 Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus.

0 *Æmiliane, semper eris egenus, si egenus es: nunc nulli donantur divitiæ nisi locupletibus.*

~~~~~

2 *Dantur opes nullis* Ald. Junt. Colln. Gryph. aliæ vett.

NOTÆ

1 *Semper eris*] Mores sui temporis carpit Poëta, quo soli divites rem faciebant. Idem queritur Juvenalis Sat. III. cum de Codro paupere et Artorio divite agit.

LXXXII.

IN GAURUM.

QUID promittebas mihi millia, Gaure, ducenta :

Si dare non poteris millia, Gaure, decem ?

An potes, et non vis ? rogo, non est turpius istud ?

I, tibi disperdas, Gaure: pusillus homo es.

O Gaure, cur mihi pollicebaris ducenta millia ; si nequibas, o Gaure, largiri decem millia ? An potes, et non placet ? Nonne illud, quasso, inhonestius est ? I, tibi disperdas, es homo sordidus.

3. 4 *Ante potes et non* Schrevel. ed. an. 1670. operarum lapsus. An potes, et non vis, rogo ? Non est turpius istud Si tibi : Disperdas, Gaure, pusillus homo es correxit Lipsius Epist. Quæst. 1. 5. quæ lectio non minus intricata est, iudicio Heraldii, qui proposuit : An potes, et non vis ? Rogo non est turpius istud Sic tibi ? Disperdam, Gaure, &c. Ant. de Rooy conj. At potes, et non vis : rogo, &c. ut sit Prolepsis. At dices fortasse, te posse quidem ; sed non velle. Cf. Cic. Fam. lib. vii. Epist. 29. Si tibi desperas eod. Pulmanni : Si tibi etiam in Beverlandi Ms. Lectio nostra debetur Scaligero. homo est Beverlandi Ms.

NOTE

2 Si dare non poteris] Vel feceris, vel gratis.

3 Rogo, non est] Hoc est: si potes dare, et non vis, cur mihi promittebas ? Numquid hoc turpius est quam si mihi ab initio petenti denegasses ?

4 I, tibi disperdas [disperdas] Hæc lectio mihi videtur perobscura : omnino optime, meo iudicio, legit Heraldus : An potes, et non vis ? rogo non est turpius istud Sic tibi ? Disperdam, Gaure, pusillus homo es.

LXXXIII.

AD DINDYNUM.

INSEQUERIS, fugio ; fugis, insequor ; hæc mihi mens est :

Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

Insequeris, fugio ; fugis, insequor : hæc est mea sententia : quod vis, mihi non placet : quod non vis, gratum est.

1 Insequeris, fugio ; fugis, et sequor in codice Thuaneo.

NOTE

1 Insequeris, fugio] Per se patet hoc Dindymi voluntatem a suo esse diversa.

LXXXIV.

AD GALLAM.

JAM tristis nucibus puer relictis
 Clamoso revocatur a magistro :
 Et blando male proditus fritillo,
 Arcana modo raptus e popina,
 Ædilem rogat udus aleator.

5

Saturnalia transiere tota,
 Nec munuscula parva, nec minora
 Misisti mihi, Galla, quæ solebas.
 Sane sic abeat meus December.
 Scis certe puto vestra jam venire

10

*Jam puer maestus abjectis nucibus revocatur a clamoso præceptore : et madidus aleator incommode proditus sono blandi fritilli modo abreptus ex secreta popina ed-
 testatur Ædilem. Saturnalia omnino effluerunt, nec misisti ad me, o Galla, mu-
 nuscula exigua, nec minora, quæ consueveras. Sic hercle effluit meus December.*

~~~~~

8 *Et blando male proditus* in edd. vett. *Et blando male protinus* Beverlandi Ms.—7 ‘Pro munuscula parca puto reponendum munuscula parca, quia minora sequitur, ne his idem dicat.’ Ita Heinsius ad Ovid. p. 354.—8 Beverlandi Ms. et cod. Pulman. *quam solebas*; et sic Heinsius infra.—9 ‘Sane pro *At* ne nunc legitur: qui nœvus totum ferme Epigrammati acumen interverterat. Restituamus lepidissimum Carmen, antequam manum de hac tabula tollimus, et Gallam Martialis Nasonianis Heroisin addamus: *Saturnalia transiere tota; Nec munuscula parca, nec minora Misisti mihi, Galla, quam solebas. At, ne sic abeat meus December, Scis certe puto, vestra jam, &c.* Omnia jam optime se habent. Prioribus versibus tangit Gallæ avaritiam, quæ cum solens parva semper miserit munuscula, nunc mittat nulla. Perperam legebatur, *quæ solebas*. Deinde *Sane* pro *At* ne frigidissime profecto. Allusit ad formulam minantium, ‘Non sic abibit.’ Ne, inquit, impune feras indonata mihi hæc transiisse Saturnalia, at proximis

## NOTE

1 *Nucibus relictis*] Nucibus ludere solebant pueri Romani Saturnalium tempore, mense scilicet Decembri, quo vacabant a studio. Quinque vero erant legitimi Saturnalium dies (lib. vii. Epig. 53. et lib. iv. Epig. 84.) quibus finitis ad studium revocabantur.

8 *Et blando*] Saturnalium tempore concessum erat juvenibus virisque alea ludere; at præteritis Saturnalibus si ludentes prehenderentur ab

Ædili, magistratu nempe cui id curæ erat, puniebantur. Fritillus, pyrgus seu turricula est, ex qua mittebantur tessere in tabulam lusoriam.

6 *Saturnalia transiere*] Quibus nempe solebant amici ad sese invicem munera mittere.

9 *Meus December*] Quo mense Saturnalia virorum celebrabantur; Kalendis vero Martiis Saturnalia foeminarum. Suet. in Vespasiano: ‘Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta,

## Saturnalia, Martias Kalendas.

Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.

*Tenes, opinor, Martias Kalendas vestra Saturnalia jam appropinquare. Tunc, o Galla, tibi restituum quod donasti.*



Kalendis Martiis istam ego illiberalitatem tuam pari parsimonia probe ulciscar.' Ita scribit idem Helmsius ad Ovid. Heroid. Epist. xxi. 213. 'Sane eleganter concedenti inservit. Injurius certe in Martialem fuit Helmsius, qui hoc ei eripere sit conatus, proque eo reponere *At ne*. Vide Burm. ad Ovid. l. c. et Nostrum infra lib. vi. Epig. 32.' *Ant. de Rooy*.—10 *Scis certe, puto, nostra ex exempli suo vet. probat Pulman. et sic Beverlandi Ms. De permutatione pronominum 'noster,' et 'vester,' vide nos ad Tibull. iv. 2. 24.*

## NOTÆ

|                                       |                                    |
|---------------------------------------|------------------------------------|
| ita et Kalendis Martii foeminis.'     | matronæ: ut domini Saturnalibus.'  |
| Macrobius lib. i. cap. 12. 'Et servis | Juvenalis Sat. ix. 53. 'Munera fo- |
| [mense Martio] cœnas apponebant       | mineis tractes secreta Kalendis.'  |

# M. VAL. MARTIALIS

## EPIGRAMMATUM

### LIBER VI.

---

#### I.

AD JULIUM MARTIALEM.

Sextus mittitur hic tibi libellus,  
In primis mihi care Martialis :  
Quem si terseris aure diligenti,  
Audebit minus anxius tremensque  
Magnas Cæsaris in manus venire.

5

*O mihi dilectissime Martialis, mitte tibi hunc sextum librum : quem si emenda-  
veris sedula censura, minus sollicitus et pavidus audebit venire in manus ingentes  
Cæsaris.*

~~~~~

Lemma deest in edd. vett. 'Ego hoc Epigramma credo ad amicum scribi,
quamvis alii dicant ipsum se alloqui.' *Calderinus*.—5 Sunt qui legant, *Magni
Cæsaris*.

NOTÆ

1 *Sextus] mittitur]* Huic Epigram-
mati deest titulus in antiquis codici-
bus, in novis vero reperitur, *Ad
Julium Martialem*, de quo jam lib. v.
Epig. 21. et lib. x. Epig. 47. et lib.
iv. Epig. 64.

2 *Si terseris]* Alludit ad spongiam
de qua lib. iv. Epig. 10. Hoc est, si

acri judicio, quæ sunt delenda, accu-
rate deleveris, et emendaveris. *Aure
diligenti* dixit, quod superbissimum
sit aurium iudicium.

5 *Magnas]* Sic jam de Domitiano
locutus est lib. iv. Epig. 8. 'Ingen-
tique tenet pocula parca manu.' Le-
gunt alii, *Magni*.

II.

ADULATORIUM.

LUSUS erat sacræ connubia fallere tædæ :

Lusus et immeritos exsecuisse mares.

Utraque tu prohibes, Cæsar, populisque futuris

Succurris, nasci quos sine fraude jubes.

Nec spado jam, nec mœchus erit, te præside, quisquam. 5

At prius (o mores) et spado mœchus erat.

Jocus erat decipere conjugia sacri matrimonii, et jocus erat castrare mares sine causa. O Cæsar, tu vetas utraque, et subvenis populis venturis, quos imperas gigni sine dolo. Nec jam ullus spado erit, nec adulter, te Imperatore, sed prius, o mores, etiam spado erat adulter.

Ad Cæsarem inscribitur in codice Pulmanni. Vide Dionem Nicænum in Domit.—1 Lusus erat legit Calderinus. Lusus erat æræ codex Florentinus.—2 Lusus et innumeros in eodem codice.—4 Beverlandi Ms. quod sine fraude jubes.

NOTÆ

1 *Lusus erat*] Hoc est, antea lusus erat adulteria committere, et mares castrare, quod utrumque fieri prohibuit Domitianus, teste etiam Suetonio in Domitiano cap. 7.

4 *Sine fraude*] Id est, legitime, non ex adulterio.

6 *Et spado*] Qui ducebat uxorem non sibi, sed aliis, unde ipse erat

adulter sum uxoris. Juvenalis Sat. 1. 'Cum tener uxorem ducat spado,' &c. Vel potius intellige etiam spadones mulleribus, quæ parere nollent, gratos fuisse, infra Epig. 67. Juven. Sat. vi. 367. 'Sunt, quas eunuchi imbelles, et mollia semper Oscula delectant.'

III.

DE FILIO DOMITIANI.

NASCERE, Dardanio promissum nomen Iulo,

Vera Deum soboles: nascere, magne puer.

O nomen promissum Dardanio Iulo, orire, o vera progenies Numinum; o magne

Ad Cæsarem est lemma in codice Pulmanni.—6 Et toto Phrygi Beverlandi

NOTÆ

1 *Nascere, Dardanio*] Iulo nempe filio Æneæ promiserant fata aliquando nascitarum hunc puerum.

2 *Vera Deum*] Domitianus enim ejus pater Dominus et Deus appella-

batur. Lib. v. Epig. 8.

Magne puer] Ex Domitia uxore, cujus mentionem facit Suetonius in Domit. cap. 8. non ex Julia Titi ejus fratris filia, cujus amore misero peri-

Cui pater æternas post sæcula tradat habenas :

Quique regas orbem cum seniore senex.

Ipsa tibi niveo trahet aurea pollice fila,

5

Et totam Phryxi Julia nebit ovem.

puer, orire. Cui immortales habenas committat genitor post sæcula : et qui senex gubernes mundum cum seniore patre. Julia ipsa candido pollice ducet pro te aurea fila, et nebit totam ovem Phryxi.

Ms. Et totam Phryxi Julia nubit ovem codex Florentinus.

NOTÆ

bat Domitianus, quam conceptum abigere coëgit, teste eodem Suetonio cap. 22. in Domit. 'ut etiam causa mortis illius extiterit.'

3 *Habenas*] Hoc est, imperium administrandum, postquam Domitianus diu illud rexit.

5 *Ipsa tibi*] Julia a Domitiano patrno adamata, te filium ejus amabit, et Parcarum partibus fungetur, tibi-que dncet fila aurea, quæ summam felicitatem portendant.

6 *Et totam ovem*] Hoc est, tibi nebit totum vellus aureum, quale erat arietis illius, quo vectus mare trajecerat Phryxus. Ex Hetruscorum autem doctrina aries aureo vellere ornatus Imperatori omnium rerum copiam portendebat. Sic Virgilius, Augustum felicem fore conjiciens, ait Ecl. iv. 'Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto.'

IV.

ADULATORIUM.

CENSOR maxime, principumque princeps,

Cum tot jam tibi debeat triumphos,

O censor maxime, et princeps principum, cum Roma jam tibi debeat tot trium-

Adulatorium lemma est in omnibus edd. Ad Cæsarem in codd. Vatt. Florent. Bodl. et Beverlandi Ms. 'Sic (sc. Adulatorium) lib. x. Epig. 72. et lib. xii. Epig. 15. Non videtur lemma ab ipso Martiale Epigrammati suo inscriptum.' Beverland.

NOTÆ

1 *Censor maxime*] Vide Suetonium in Domitiano cap. 8. Domitianus revocavit legem Juliam de adulteriis puniendis, mores castrari vetuit, Vestalium impudicitiam severe coërcuit; Corneliæ enim virginem maximam, absolutam olim, dehinc convictam

defodi imperavit; unde merito maxime censor dicitur.

Principumque princeps] Romanorum enim Imperatori exteras gentium reges tributa solvebant.

2 *Tot triumphos*] De Dacia, Cæcis, et Sarmatis, de quibus supra.

Tot nascentia templa, tot renata,
 Tot spectacula, tot Deos, tot urbes :
 Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

5

phas, tot templa nova, tot restituta, tot spectacula, tot Numina, tot civitates: tibi debet plus, quod casta est.

NOTÆ

3 *Nascentia templa*] Lege Suetonium in Domit. cap. 5.

voluit.

4 *Tot spectacula*] Suetonius cap. 4. Lib. v. Epig. 19.

Tot urbes] Populorum quos vicit.

Tot Deos] Ipsum Domitianum intellige, patrem ejus, et fratrem Titum, quos in Deorum numerum referri

5 *Plus debet*] Revocatis legibus quæ impudicitiam coërcerent, plus meritis es de urbe Roma. Suet. in Domit. cap. 7. et 8. illas leges recenset. Vide Epig. 2. supra.

V.

AD CÆCILIANUM.

RUSTICA mercatus multis sum prædia nummis :

Mutua des centum, Cæciliane, rogo.

Nil mihi respondes ? tacitum te dicere, credo,

Non reddes : ideo, Cæciliane, rogo.

Multis nummis emi possessiones rusticas : o Cæciliane, oro mihi des centum mutuas. Nullum mihi das responsum, puto te tacitum dicere : Non reddes : idcirco, o Cæciliane, oro.

1 *Rustica mercatus nummis sum prædia multis* Ald. Junt. Colln. Gryph. Pulman. Junian. Lang. &c. Nostrum ordinem servant Gruter. Scriv. Farnab. Schrevel. Barbon, &c.—3 *Nil mihi respondes, tacito te, &c.* Beverlandi Ma. *Nil mihi respondes, tacitum, &c.* aine interrogatione in edd. vett.

NOTÆ

2 *Des centum*] Millia scil. sestertium.

turus, non rogarem, quia non gratis dares, sed poscerem, nec precibus

4 *Ideo rogo*] Si enim essem reddi-

uterer.

VI.

AD LUPERUM.

COMÆDI tres sunt : sed amat tua Paulla, Luperce,

Quatuor ; et καὶ Paulla πρόσθετον amat.

Tres sunt comædi : at tua Paulla, o Luperce, amat quatuor : et Paulla ardet personam mutam.

1 Codex Pulmanni : *sed amat tua Paula Luperce.*

NOTE

1 *Sed amat tua*] Paullam irridens, eam excusat quod amaret quatuor comædos, nec eam facere præter legem Dramatis ostendit: licet enim in Scena tres tantum colloqui inter se conveniat: Horat. 'Nec quarta loqui

persona laboreat:' tamen quarta persona potest induci, quæ vel muta sit, vel parce loquatur. Tacite intelligit Poëta, omnes comædos quotquot sint a Paula amari.

VII.

DE THELESINA.

JULIA lex populis ex quo, Faustine, renata est;

Atque intrare domos jussa Pudicitia est:

Aut minus, aut certe non plus tricesima lux est:

Et nubit decimo jam Thelesina viro.

Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.

5

Offendor mœcha simpliciore minus.

O Faustine, ex quo lex Julia revocata est in gratiam populorum, et Castitas jussa est ingredi domos, sunt triginta dies aut minus, aut sane non plus, et Thelesina jam nubit decimo viro. Quæ nubit toties, non nubit: mœcha est lege. Adultera publica minus mihi displicet.

Codd. Thuan. et Florent. inscriptionem ita habent: *De Thelesilla*.—1 Codices Pulmanni, ut et Florent. et Vat. exhibent: *ex quo Faustine relata est*. Ita etiam codd. Heinsii, qui vulgatam damnat in Notis ad Ovid. Fast. ii. 532. quem vide ibidem.—2 In edd. vett. *est* in fine versus deest.—4 *Et nubit* codex Pulmanni.

NOTE

1 *Julia lex*] De qua Epig. 2. et 4. supra.

5 *Adultera lege est*] Thelesina enim, ne adulterii accusaretur, a marito repudiata nubebat mœcho, atque conjugii nomine prætexebat adulterium.

Sic erat adultera legitima, ut dixit lib. v. Epig. 76. et Epig. 22. infra.

6 *Mœcha simpliciore*] Illa quippe nullam fraudem facit legi, nec adulterat nuptias quas non contrahit.

VIII.

AD SEVERUM.

PRÆTORES duo, quatuor Tribuni,

Septem Causidici, decem Poëtæ,

Duo Prætores, quatuor Tribuni, septem Causidici, decem Poëtæ, paulo ante roga-

NOTE

1 *Prætores duo*] Per se patet hoc Epigramma, bonas nempe artes contemni, Præcones vero et Citharædos

pluris fieri: quod jam dixit lib. v. Epig. 57.

Cujusdam modo nuptias petebant
 A quodam sene: non moratus ille
 Præconi dedit Eulogo puellam.
 Dignum quid fatuo, Severe, fecit?

5

bant quendam senem conjugium cujusdam puellæ: illa sine mora tradidit virginem Præconi Eulogo. O Severe, quid egit dignum stulto?

1 *Præcones duo* Juntina nostra in margine.—6 *Dic numquid ibidem. Dic numquid fatuo* codex Thuanens.

NOTE

6 *Dignum quid fatuo*] Immo sapienter fecit; nam tunc Præconis ars erat pecuniosa, alii autem honestiores artes spernebantur. Leguntur alii: *Dic numquid fatuo, Severe, fecit?*

IX.

AD LÆVINUM.

IN Pompeiano dormis, Lævine, theatro:
 Et quereris, si te suscitât Oceanus?

O Lævine, dormis in theatro Pompeii: attamen quereris, si Oceanus te suscitât?

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant aut scripti aut excusi.

NOTE

2 *Si te suscitât*] Dormire se simulabat Lævinius, ne ex quatuordecim subælliis ejiceretur, cum census equestrem non haberet. Illum irridet Poëta, et indit in ambiguitate hujus verbi *suscitât*, id est, removel: alias

potest significare, a somno excitat. Oceanus vero erat designator, cui curæ erat unicuique locum suum assignare, de quo diximus lib. III. Epig. 94.

X.

PETIT LATENTER A DOMITIANO PECUNIAM.

PAUCA Jovem nuper cum millia forte rogarem:
 Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.

Cum nuper forte peterem a Jove pauca millia, Ille donabit, inquit, qui mihi dona-

NOTÆ

1 *Pauca millia*] Sestertium nempe. Non latenter, immo aperte a Domitiano pecuniam petit Poëta.

2 *Qui mihi*] Respondet Jupiter, in

cujus honorem Capitoliū incendio absumptum restituit Domitianus. Suetonius in Domitiano cap. 5.

Templa quidem dedit ille Jovi: sed millia nobis

Nulla dedit: pudeat pauca rogasse Jovem.

At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira,

5

Quam placido nostras legerat ore preces!

Talis supplicibus tribuit diademata Dacis:

Et Capitolinas itque reditque vias.

Dic, precor, o nostri dic conscia virgo Tonantis:

Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?

10

Sic ego: sic breviter posita mihi Gorgone Pallas:

Quæ nondum data sunt, stulte, negata putas?

vit ædem. Ille quidem donavit ædem Jovi, sed nulla millia largitus est nobis: pudeat petiisse a Jove pauca. Sed quam non acerbus, quam nulla trucundia nubibus legerat nostras rogationes! Tuli fronte concedit Dacis affectis coronam; et petit Capitolium, et redit. Dic, rogo, o virgo conscia nostri Tonantis, si recusat hac fronte, qua igitur solet donare? Sic ego quærebam: sic paucis Pallas respondit deposita Gorgone: Quæ nondum donata sunt, o stulte, credine recusata?

4 Codex Pulmanni: *pudet hæc, pauca.* Beverlandi Ms. *pudet ah, pauca.*—
9 Dic precor, o nostro dic conscia virgo Tonanti malit Ant. de Rooy. Nescio quam majorem elegantiam hoc loco Dativus habet. Vide Oudendorp. ad Lucan. c. 30. et præcipue, quem ibi laudat, Heins. ad Ovid. Met. vi. 588.—
11 Sic ego: si breviter Junt. an. 1512. Sic ego: sic breviter posita modo Beverlandi Ms.

NOTE

4 *Pudet*] Alii *pudet hæc*. A magna viris magna petere decet; et forte, ut intelligere videtur, nihil dedit Jupiter, seu potius Cæsar, quod nihil dignum ipso petierat Martialis.

7 *Diademata*] Hoc est, Dacis victis concessit uti suis legibus. Lib. v. Epig. 3.

8 *Et Capitolinas*] Et talis triumphans in Capitolium ascendit.

9 *Conscia virgo*] Minerva familiare erat nomen Domitiani. Vide lib. iv. Epig. 1. Palladem astute interrogat Poëta, quod ipsum Domitianum in-

decenter interrogaret.

Nostræ Tonantis] Domitiani.

11 *Posita Gorgone*] Hoc est, posito clypeo, in cujus medio depictum erat caput Medusæ dirum ac terribile, quod qui intuerentur, statim in lapides commutabantur. Forte alludit Poëta ad simulacrum Palladis in Capitolio positum sine Ægide: quod factum erat in gratiam Domitiani, cujus statua Ægidem gestabat. Lib. xiv. Epig. 179.

12 *Negata putas*] Quasi dicat: Jamjam dabit.

XI.

IN MARCUM.

Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes,

Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem.

An mirum tibi videtur quod hoc ævo non existat Pylades nec Orestes? O Marce,

Nec melior panis turdusve dabatur Oresti:

Sed par atque eadem coena duobus erat.

Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris:

5

Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula.

Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:

Vis te purpureum, Marce, sagatus amem?

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.

Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama.

10

Pylades potabat idem. Nec melior panis aut turdus apponebatur Oresti: at ambo habebant æqualem carnem atque eandem. Tu voras ostrea Lucrina: me vero alit aquosa Peloris: o Marce, non habeo gulam minus delicatam. Cadmea Tyros te vestit, me Gallia pinguis: o Marce, placeatne ut ego sagatus diligam te purpureum? Aliquis mihi præbeat Orestem, ut præbeam Pyladem. Hoc non fit verbis: o Marce, dilige ut diligaris.

8 *Nec melior rhombus* ex codd. reposuit Scriverius: alii habent, *Nec melior pærus*. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. VIII. 9. ex duobus veterrimis codd. legit: *Nec melior rhombus, turdusve dabatur Orestæ*: sed omnes impressi habent, *Oresti*.

NOTÆ

1 *Quod non sif*] Causam affert Poëta, cur nulla esset vera amicitia; quod nempe inter eos qui amici esse cuperent, nulla esset rerum communio. Vide lib. II. Epig. 48. et lib. III. Epig. 59. Pylades vero et Orestes inter se fuerunt conjunctissimi, quorum satis nota est historia. Vide etiam Epig. 11.

5 *Tu Lucrina*] Lacus Lucrini ostrea optimi sunt saporis. Lib. III. Epig. 59.

Aquosa Peloris] Ostrei genus est Pe-

loris, quam aquosam dicit, hoc est, flaccidam; nempe sine callo, ut ait Raderus, quo multum commendantur ostrea.

7 *Cadmea Tyros*] Hoc est, Te vestit purpura ex Tyro, me vero tegit sagum Gallicum rude et crassi filii. Lib. IV. Epig. 19.

10 *Non fit verbis*] Sed re. Seneca Epist. 9. 'Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.'

XII.

DE FABULLA.

JURAT capillos esse, quos emit, suos

Fabulla: numquid, Paulle, pejerat? nego.

Fabulla jurat suos esse crines, quos mercata est. O Paulle, numquid illa pejerat?

2 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *Fabulla: num-*

NOTÆ

1 *Jurat*] Ludit in hac voce *sus*. bult, vel quod ab alio emi. Lib. II. Meum enim est quod mihi natura tri- Epig. 20. 'Nam quod emas, possis

*quid, Paule, pejerat? In aliis: Fabulla: numquid ipse, Paule, pejerat? vel, Fabulle: numquid illa, Paule, pejerat? Verum, ut exhibent edd. vett. claudicare jam viderant Gruterus et Scriverius; quorum hic tanquam spurium damna-
bat hoc Epigramma. Supplebat tamen nego e duobus codd. 'Nec incommode legeres: Fabulla: numquid, Paule, pejerat? rogo. Quod verbum in istiusmodi interrogatione frequenter addit Valerius: ut cuius hæc Epigrammata vol-
venti centies occurret.' Ant. de Rooy.*

NOTÆ

dicere jure tuum.' Unde Fabulla nec licet crines non nativos suos esse di-
jussurandum, nec fidem negligebat, ceret.

XIII.

DE STATUA JULIÆ.

QUIS te Phidiaco formatam, Julia, coelo;
Vel quis Palladiæ non putet artis opus?
Candida non tacita respondet imagine Lygdos,
Et placido fulgēt vivus in ore liquor.
Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo,
Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo.

5

*O Julia, quis non credat te effictam celo Phidiæ, aut opus artis Palladiæ? Can-
dida Lygdos simulacro non silente respondet, et naturalis pulchritudo micat in ore
sereno. Manus at tenera ludit balteo Veneris, quem eripuit ex tuo collo, o parve*

*Ad Juliam lemma est in codice Pulmanni.—1 Quis te Phidiaco formavit in
codice Florentino.—2 Codex Pulmanni: non putat artis opus.—3 Candida non
tacta in codd. Florent. Vat. et Pulman.—8 Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph.
aliæ: vivus in ore decor. Codd. Pulman. Vat. alique: vivus in ore liquor: splen-
dor scilicet resultans ex statua Juliæ, et fulgor defluens oculos præstringens.
Turneb. lib. xxiii. cap. 28.—5 Ludit Acidalio Junt. an. 1512.—7 Ut Martis*

NOTÆ

1 *Quis te Phidiaco]* Amore Juliæ,
ut vidimus jam Epig. 3. supra, ardebat
Domitiani, cui statum miro artificio
elaboratam erigi curavit. De Phidia
sculptore nobilissimo dictum lib. iii.
Epig. 35.

2 *Palladiæ artis]* Præstantiora ope-
ra Palladi, ut artium inventrici, tri-
buuntur.

3 *Candida Lygdos]* Hoc est, mar-
mor candidissimum Lygdinum dic-
tum, in monte Tauro repertum, Epig.
49: infra, quod formam Juliæ sic re-

Delph. et Var. Clas.

præsentabat, ut loqui videretur.

4 *In ore liquor [decor]* Turnebus lib.
xxiii. cap. 28. legit, *in ore liquor*, pro
mollitudine quadam et teneritate.
Gronovius vero sic explicat: *vivus
liquor* est succus ille et sanguis faciei,
qui splendet e viventi, viva, veraque
facie: ille fulget in hac statua: loqui
putes, et vivo succo os accendi.

5 *Ludit Acidalio nodo]* Hoc est,
blanda manu Julia gerit ceston Vene-
ris, quæ dicta est Acidalia ab Acida-
lio fonte in Bootia, in quo lavare

Martial.

2 E

Ut Martis revocetur amor summique Tonantis,
A te Juno petat ceston et ipsa Venus.

Cupido. Juno et ipsa Venus a te petat balteum, ut revocetur amor. Martia et supremi Jovis.

revocetur codex Florentinus; non inepte, judicio Farnabii.

NOTE

Gratiæ dicebantur: in eo autem cingulo omnes Gratiæ et Veneres inerrant, quo qui percutiuntur, percutientia amore accenduntur.

8 *Juno petat*] Hoc est, Si Juno Jo-

vem sibi conciliare velit, et Venus Martem, utantur balteo quo Domitianum percussit Julia. His verbis indicat Poëta Juliam esse pulchriorem Janone, et ipsa Venere.

XIV.

IN LABERIUM.

VERSUS scribere posse te disertos
Affirmas, Laberi: quid ergo non vis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi; virum putabo.

O Laberi, asseveras te posse componere docta carmina: cur igitur non places? qui potest condere docta carmina, o Laberi, non condas, existimabo eum virum.

Nihil in hoc Epigrammate variant libri calamo exarati aut typis impressi.

NOTE

1 *Versus scribere*] Fictum est nomen hujus Laberii: alterius vero mimorum scriptoris meminit Macrobius Saturn. lib. II. cap. 7. Suetonius in Julio cap. 39.

4 *Virum putabo*] Hoc est, fortissimè esse animi eum putabo, qui famam

nominis sui contemnat, et qui versus disertos cum possit scribere, se tamen a scribendo cohibeat. Sic Laberium carpit, qui sane a scribendo non se abstinuisset, si versus facere disertos valuisset, ut ipse jactabat.

XV.

DE FORMICA SUCCINO INCLUSA.

Dum Phaëthontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.

Dum formica errat in umbra populeæ, gutta electri intricavit exilem feram: sic

NOTE

1 *Dum Phaëthontea*] Dum formica reperet sub frondibus populorum, in

quas conversas fuerant sorores Phaëthontis, in liquorem succini e popule

Sic modo quæ fuerat vita contenta manente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

qua paulo ante nullius erat pretii dum viveret, nunc evasit pretiosa sua morte.

De Formica electro inclusa lemma est in edd. vett.—4 Beverlandi Ms. nec pretiosa suis.

NOTE

fluentis lapsa est, quo implicita luce- argumentum est de ape Epig. 32. et
bat nobilem sortita tumultum. Idem de vipera lib. iv. Epig. 59.

XVI.

AD PRIAPUM.

Tu qui pene viros terres, et falce cinædos,
Jugera sepositi pauca tuere loci.
Sic tua non intrent vetuli pomaria fures;
Sed puer, aut longis pulchra puella comis.

1 *Tu qui falce viros terres, et pene cinædos* legendum censet Gronovius. *Tu qui pene viros terres et falce* in edd. vett. *Tu qui pene* codex Pulmanni.—3 Gruterus legendum censet e codd. *Sic tua, &c.* vulgo legitur, *Sed tua.*—4 *Sed puer, et longis* codex Pulmanni.

NOTE

1 *Viros terres, &c.*] Forte, nec fal- 2 *Jugera sepositi, &c.*] Hortum. Lib.
cem quam manu geris, timentes; sed III. Epig. 58. vers. 47.
te custodem *ἀνδρῶν* aversatos. Lib. 3 *Sic [Sed] tua*] Gruterus legen-
1. Epig. 36. vers. 15. *Cinædos*] Mol- dum censet e Mss. *Sic tua, &c.*
les, sed falcem tuam veritos. Grono- 4 *Puer, puella comis*] Qui talione
vius hic legendum censet: *Tu qui* luant pœnas, si intrarint hortum.
falce viros terres, et pene cinædos.

XVII.

IN CINNAMUM.

CINNAM, Cinname, te jubes vocari.
Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?

O Cinname, vis appellari Cinna. Quæso, o Cinna, nonne est hic barbarismus?

NOTE

1 *Cinname*] Exemplo Furii et Fu- genus suum repeteret.
ris allato Poëta irridet hunc Cinna- 2 *Barbarismus*] Est cum verbum
mum, qui detracta ultima sui nominis aliquod vitiose profertur. Cinnamus
syllaba Cinnam vocari se jubebat, ut tonsor fuit, de quo lib. vii. Epig.
nempe ab antiqua Cinnarum stirpe 68.

Tu si Furius ante dictus esses,
Fur ista ratione dicereris.

Si prius tu vocatus fuisses Furius, hac ratione vocareris Fur.

3 *Tu si Furius ante dictus esses in codice Pulmanni.*

XVIII.

EPITAPHIUM SALONINI, AD PRISCUM.

SANCTA Salonini terris requiescit Iberis,
Qua melior Stygias non videt umbra domos.
Sed lugere nefas; nam qui te, Prisce, reliquit,
Vivit, qua voluit vivere parte magis.

Sancta umbra Salonini requiescit in terris Iberis, qua probior non spectat aedes Tartareus. At non licet morere; nam, o Prisce, qui te reliquit, vivit ea parte qua magis cupit vivere.

Ad Priscum de Salonino inscriptio est in edd. vett.

NOTE

1 *Sancta Salonini*] Manes a veteribus sancti proprie dicti sunt. Vide Macrobius Saturn. lib. III. cap. 3. Iberus, Ebro, fluvius Hispanie Tarrakon.

3 *Sed lugere nefas*] Nam Saloninus

mortuus in te, o Prisce, qui alter es Saloninus, vivit, et præterea vivit fama et gloria recte factorum. Sic Horatius III. Od. 30. 'Non omnis moriar: multa pars mei Vitabit Libitinam.'

XIX.

IN POSTHUMUM CAUSIDICUM.

Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari:

Habeo controversiam non de vi, nec occisione, nec veneno, at de tribus capellis. Expostulo has desse furto propinqui: iudex petit probationem hujus furti. Tu magis

In Posthumum lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.

NOTE

2 *De tribus capellis*] Fac verba de re cujus controversia movetur, nec figurarum tumore et vana rerum alie-

narum a nostra causa commemoratione iudices obtundas.

Tu Cannas, Mithridaticumque bellum, 5
 Et perjuria Punici furoris,
 Et Syllas, Mariosque, Muciosque
 Magna voce sonas, manuque tota.
 Jam dic, Posthume, de tribus capellis.

na voce, et tota manu clamas Cannas, bellum Mithridaticum, et perjuria furoris Punici, et Syllas, et Marios, et Mucios. Jam, o Posthume, fac verba de tribus capellis.

NOTE

5 *Cannas*] Ignobilis est Apulizæ vici-
 ens, ad quem funditus ab Hannibale
 cæsi sunt Romani: quam cladem fuse
 describit Livius.

Mithridaticum] Gestum a Lucullo,
 Sulla, alii Sylla, et Pompeio contra
 Mithridatem.

6 *Et perjuria*] Silius Italicus de
 Bello Punico lib. 1. sic canit: 'ter
 Marte sinistro Inratumque Jovi fœ-
 dus conventaque patrum Sidonii fre-
 gere duces,' &c. Omnibus vero notum

civile bellum inter Syllam et Ma-
 rium.

7 *Mucios*] Porsennæ bellum intelli-
 git, in quo Mucius Scævola manu in
 ignem immissa immortalem gloriam
 consecutus est. Lib. 1. Epig. 22.

8 *Manuque tota*] Hoc est, omni co-
 natu, totis viribus gestum agens.

9 *Jam dic*] Invehitur in Causidicos,
 qui otiosorum controversias Rheto-
 ram a foro alienas proponebant, nec
 ad rem quicquam dicebant.

XX.

IN PHŒBUM.

MUTUA te centum sestertia, Phœbe, rogavi:
 Cum mihi dixisses, exigis ergo nihil?
 Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus
 Teque decem crucias: jam rogo, Phœbe, nega.

O Phæbe, a te petivi centum sestertia mutuo, posteaquam mihi dixeras, igitur nihil postulas? inquiris, hæres, differs, et decem diebus affligas te et me: o Phæbe, jam oro, recusa.

3 *Inquiris* in quibusdam. Cetera nulla est lectionis varietas in libris manu scriptis aut prelo typographico excusis.

NOTE

2 *Exigis ergo nihil*] His verbis æ-
 pius Martialem hortatus fuerat Phœ-
 bus, ut ab eo aliquid peteret: jam
 vero cum ille petiisset centum sester-
 tia, et quidem mutuo, Phœbus non

ausus aperte negare longa mora se et
 Poëtam cruciabat: itaque illum ro-
 gat Martialis, ut tandem neget, cum
 nihil gravius sit quam diu pendere.
 Epig. 42. infra.

XXI.

DE STELLA ET IANTHIDE.

PERPETUAM Stellæ dum jungit Ianthida vati

Læta Venus, dixit, Plus dare non potui.

Hæc coram domina : sed nequius illud in aurem,

Tu ne quid pecces exitiose, vide.

Sæpe ego lascivum Martem furibunda cecidi,

5

Legitimos esset cum vagus ante toros.

Sed postquam meus est, nulla me pellice læsit :

Tam frugi Juno vellet habere Jovem.

Dixit, et arcano percussit pectora loro.

Plaga juvat : sed tu jam, Dea, cæde duos.

10

Dum Venus hilaris copulat Ianthida in perpetuum cum poëta Stella, dixit : Nequius plus donare. Hæc præsentem domina : at garrulæ in aurem illud improbitus : Tu cave, o improbe, ne quid pecces. Ego furens crebro percussî lascivum Martem, cum vagaretur ante legitimum connubium. At ex quo meus est, non me offendit ulla concubina ; Juno optaret habere Jovem ita temperantem. Læsatæ est, et secreto balteo læsit cor. Vultus placet : at tu, o Dea, jam percutite duos.

De Hiantide et Stella est lemma in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian. &c. De conjunctione Stilla et Hiantida in cod. Thuaneo.—1 Athlantida codd. Vat. et Florent.—3 In iisdem codd. sed nequius illud in aure.—4 Bermanni Ms. exitiosa.—6 Legitimos læsit in quibusdam.—8 Codex Florentinus : vellet habere virum.—10 Codex Pulmanni : jam, Dea, parce Dea. Codd. Florent. et Vat. cum duobus aliis : jam, Dea, parce Deo : i. e. desine male loqui de Jove.

NOTÆ

1 *Perpetuam Stellæ*] De Stella lib. 1. Epig. 8. qui Violantillam, cujus amore jam diu deperibat, duxit uxorem. Violantilla autem Græce dicitur Ianthis ab *iov*, *viola*, et *anthos*, *flor*.

8 *Coram domina*] Violantilla.

4 *Ne quid pecces*] Amori Stellæ insultat Venus illum monens, ne Violantillæ anteponat aliam puellam.

5 *Cecidi*] Cesto, de quo supra Epig. 18. ut scilicet mihi Martem concillarem.

6 *Esset vagus*] Alii, *isset vagus*, hoc

est, cum antequam ipsi nuberem, morcharetur. Legitimum Veneris maritum fuisse Martem vix reperias ; sed idem hic de Venere dici posse existimo, quod de Didone Virgil. *Æn.* iv. 171. 'Nec jam furtivum Dido meditatur amorem, Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.'

9 *Arcano loro*] Hoc est, cesto, cujus erat arcana virtus. Epig. 18. supra.

10 *Plaga juvat*] Placet Stellæ.

Cæde duos] Ut mutuo amore ardeat Violantilla.

XXII.

IN PROCULINAM.

QUOD nubis, Proculina, concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum ;
Ne lex Julia te notare possit :
Non nubis, Proculina, sed fateris.

O Proculina, quod nubis mœcho, et nunc facis maritum paulo ante adulterum: ne lex Julia queat te punire: O Proculina, non nubis, et confiteris.

Hic nullam lectionis varietatem prodant exemplaria aut exorsa aut calamo exarata.

NOTÆ

3 *Ne lex Julia*] Quæ vetabat adul- 4 *Sed fateris*] Te cum illo mœcha-
teria. Epig. 7. supra, et lib. i. Epig. tam fuisse.
75.

XXIII.

IN LESBIAM.

STARE jubes nostrum semper tibi, Lesbia, penem :
Crede mihi, non est mentula, quod digitus.
Tu licet et manibus, blandis et vocibus instes :
Contra te facies imperiosa tua est.

3 *Tu licet et manibus blandis, &c.* interpungitur in edd. vett. ut *blandis et manibus* conjungantur.

NOTÆ

4 *Contra te facies*] Tanta erat Juven. Sat. vi. 195. ubi eadem est
Lesbiæ deformitas, ut vocibus blan- sententia.
dis excitare Poëtam nequiret. Vide

XXIV.

DE CHARISIANO.

NIL lascivius est Charisiano :
Saturnalibus ambulat togatus.

Nihil petulantius est Carisiano: togatus incedit Saturnalibus.

De Carisiano inscribunt Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Junian.
Lang. &c.

NOTÆ

2 *Saturnalibus*] Quo tempore Equi- et synthesim, id est, vestem conato-
tes et Senatores togam deponebant, riam assumebant. Lib. xiv. Epig. 1.

NOTE

Cum vero Carisianus pauper non haberet synthesium, sed tantum togam, ambula-
bat togatus. Ludens autem Poëta paupertatis causam ascribit lasciviae, quasi lascivius contra morem incederet Carisianus.

XXV.

AD MARCELLINUM.

MARCELLINE, boni soboles sincera parentis,
Horrida Parrhasio quem tegit ursa jugo;
Ille vetus pro te patriusque quod optat amicus,
Accipe, et hæc memori pectore vota tene:
Cauta sit ut virtus, nec te temerarius ardor
In medios enses, sævaque tela ferat.
Bella velint, Martemque ferum rationis egentes:
Tu potes et patriæ miles, et esse decus.

5

O Marcelline, vera progenies patris probi, quem tegit ursa horrida celo Septemtrionis; audi quid expetat pro te ille antiquus, et patrius amicus, et serva hæc vota corde memori: ut virtus tua sit provida, ne ardor temerarius te rapiat in medios gladios, et fera tela. Carentes ratione expetant bella et sævum Martem: tu potes esse miles, et ornamentum patriæ.

3 Beverlandi Ms. quod optet amicus.—4 In eodem: pectore nota tene.—5 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Junian. Lang. &c. ne te temerarius ardor. Nostram lectionem testatur codex Pulmanni.—7 Junt. an. 1512. rationis agentes.—8 Tu potes et patriæ miles et esse ducis codex Pulmanni. Vide Turneb. lib. xxv. cap. 27. Tu potes et patriæ miles et esse ducis Beverlandi Ms. Tu potes et patriæ miles et esse decus citat Barbon. Beverlandus legit: et esse tuus. Corruptum esse hunc locum ait Ant. de Rooy; et conj. Tu poteris patriæ miles et esse secus: i. e. 'aliter,' vel, etsi non temerarius caput periculis obiectes, tamen patriam fortis miles defendere poteris.

NOTE

2 Horrida] Marcellinus iste militabat in Dacia, hodie Moldavia, &c. Lib. vii. Epig. 79. et lib. ix. Epig. 46. ad eundem Marcellinum: 'Et Getici tuleris sidera pigra poll.' Strabo lib. vii. Γέτας μὲν, τοὺς πρὸς τὸν Πόντον καλεῖμεν, καὶ πρὸς τὴν ἑστ' Ἀσίαν δὲ, τοὺς εἰς τὰς ἀνατολὰς πρὸς Γερμανίαν καὶ τὰς τοῦ Ἰσθμοῦ πηγὰς, οὗς οἱ μὲν Δάκους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν. Getæ qui versus Pontum et Orientem inclinant: Daci qui in diversum ad Germaniam et Istri fontes vergunt, quos puto antiquitus esse Dacos appellatos.

Parrhasio jugo] Hoc est, Septemtrione, nempe sub ursa quam dicta est

Parrhasia, ab Arcadiæ urbe unde erat Calisto in ursam a Jove commutata. Vide lib. iv. Epig. 11.

3 Patriusque] Ex his verbis colligit Domitius Marcellinum fuisse Hispanum Martialis popularem, sed potius a patre Marcellini patrius amicus fuisse mihi videtur.

7 Bella velint] Hoc est, temere pugnent furiosi; nec enim vetat Marcellinum pugnare, sed tantum monet, ne in hostes temere irruat.

8 Tu potes] Potes patriæ esse ornamento tempore belli et pacis. Legunt alii: Tu potes et patriæ miles, et esse ducis; quæ lectio non placet.

XXVI.

DE SOTADE.

PERICLITATUR capite Sotades noster.
Reum putatis esse Sotadem ? non est.
Arrigere desit posse Sotades : lingit.

3 *Arrigere desit posse Sotades* in codice Pulmanni.

NOTÆ

1 *Sotades*] Qui crimen admiserunt Poëta, eum capite periclitari. De rei capitis dicuntur : cum ore impuro Sotade Poëta quodam dictum lib. II. morigeraretur Sotades, festive ait Epig. 86.

XXVII.

AD NEPOTEM.

Bis vicine Nepos, (nam tu quoque proxima Floræ
Incolis, et veteres tu quoque Ficelias,)
Est tibi, quæ patria signatur imagine vultus,
Testis maternæ nata pudicitiae.
Tu tamen annoso nimium ne parce Falerno :
Et potius plenos ære relinque cados.

5

O *Nepos bis vicine*, (nam tu etiam habitas in locis propinquis Floræ, atque etiam in antiquis Ficeliis,) habes filiam testem maternæ castimonie, quæ refert imaginem paterni vultus. Nihilominus ne nimis te abstinens a veteri Falerno ; et potius relinque

2 Alii legunt, *Fregelias* ; alii, *Ficedulas* : illud frigide sane et contra verum : hoc æque obscure ac *Ficelias* : rurine illæ fuerint an in urbe. Alii, *Ficuleas*. Vide Brod. Miscell. lib. x. cap. 28.—3 *Est tibi, quæ patrii Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. Junian. Delph. Farnab. &c. patria Beverlandi Ms. et sic Gruterus ex codd.* Sed ut illius elegantia intelligatur, sciendum quod vultus esse Accusativum pluralem : *signata vultus patria imagine*, est, in vultibus signatam patriam imaginem habens. Notus Hellenismus.—

NOTÆ

1 *Bis vicine*] Duplici modo Nepotes sibi esse vicinum dicit Poëta : primo quidem Romæ, circa templum Floræ, de qua lib. v. Epig. 23. tum in Sabinis in Ficellarum oppido, inter quod et Nomentum Martialis prædium habuit. Sic Cluverius Ital. lib.

II. cap. 9.

5 *Tu tamen*] Licet habeas filiam, noli tamen nimium defraudare genium : sufficet enim si illi cados pecunia plenos reliqueris ; ipse porro bibe Falernum a multis annis reconditum.

Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum;
 Amphora cum domina nunc nova fiat anus.
 Cæcuba non solos vindemia nutriet orbos:
 Possunt et patres vivere, crede mihi.

10

caldos plenos pecunia. Filia sit pia, sit dives, sed bibet mustum. Amphora nunc recens senescat cum domina. Cæcuba vindemia non aliat solos orbos: licet et patribus vivere, mihi adhibe fidem.

4 *Testis maternas nota* Beverlandi Ms.—8 In eodem Ms. nunc nova fiet opus.

NOTE

7 *Mustum*] Hoc est, vinum annosum ne relinquo filie; sed mustum, seu vinum recens, quod ipsa leverit, et quod cum ipsa simul consueverit.

9 *Cæcuba*] Non solum iis qui libe-

ris carent, bibere vinum Cæcubum, sed et iis qui liberos habent, liceat hilariter vivere. De vino Cæcubæ vide lib. XIII. Epig. 115.

XXVIII.

EPITAPHIUM GLAUCIÆ.

LIBERTUS Melioris ille notus,
 Tota qui cecidit dolente Roma,
 Cari deliciæ breves patroni,
 Hoc sub marmore Glaucias humatus
 Juncto Flaminiae jacet sepulchro:
 Castus moribus, innocens pudore,

5

Glaucias ille cognitus libertus Melioris, qui interit tota Roma moriente, deliciæ breves patroni dilecti, hoc sub marmore sepultus jacet tumulo juncto viae Flaminiae:

Epitaphium Glauciae ad viatorem Inscriptio est in quibusdam vet. Lemma nostrum exhibent Ald. Junt. Colla. Gryph. aliæ.—5 *Juxta Flaminiam jacet sepulchrum*, (i. e. *Juxta F. j. sepulchrum*,) exhibet margini ascriptum Juntina nostra: mendose. Juxta Flaminiam viam Romanos suos mortuos sepelire solitos esse, bene notum est. Forte: *Hoc sub marmore Glaucias humatus. Juxta Flaminiam jacet sepulchro Castus, &c.*—6 In Ald. Junt. Colla. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Lang. Delph. aliis, *integer pudore*: in cod. Florent. *innocens pudore*, quod reposuerunt Gruter. Scrivenerius, Farnab. Schrevel.

NOTE

1 *Libertus Melioris*] Vide apud Statium Sylv. lib. II. Epicedion in Glauciam Melioris. Melior Atedius vir sane clarissimus fuit, ad quem sunt

Statii 'Arbor' et 'Palitacus.'

5 *Flaminia*] Via nempe extra urbem, ad quam frequentes erant tumuli.

Velox ingenio, decore felix.

Bis senis modo messibus peractis

Vix unum puer applicabat annum.

Qui fles talia, nil fleas, viator.

10

*parus moribus, integer pudore, promptus ingenio, florens pulchritudine. Puer ad-
jungebat vix unum annum duodecim messibus paulo ante abactis. O viator qui
luges casum ejusmodi, nihil lugeas deinceps.*

Barbous, et recentt.—8 In edd. vett. *mensibus peractis*. 'E vet. cod. fide
messibus reponi debet, ut ostendat decimum tertium ætatis annum vix atti-
gisse. Id colligi potest e Statii verbis in Glaucia Epicedio, ubi canit: 'O
ubi venturæ spes non longinqua juvenem.' Et paulo post, ubi puerum Ho-
meri utrumque opus recitasse, stupentibus parentibus et magistris ait; quæ
res in bimam puerum non cadit.' Pulman.—10 *Ni fles talia* codex Pulmanni.

NOTÆ

7 *Velox ingenio*] Homerum enim
recitabat, stupentibus omnibus. Vide
Statium loco citato.

8 *Messibus*] Hoc est, annis. Qui-
dam male legunt, *mensibus*; nam quod

ingenium bimulo?

10 *Ni fleas*] Hoc est: O viator, qui
mortem hujus pueri desles, opto nihil
habeas unquam defendendum: id est,
felix esto.

XXIX.

DE EODEM.

Non de plebe domus, nec avaræ verna catastæ,

Sed domini sancto dignus amore puer,

Munera cum posset nondum sentire patroni,

Glaucia libertus jam Melioris erat.

Moribus hoc formæque datum, quis blandior illo?

5

Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?

*Puer fuit non verna plebeia domus, nec avaræ catastæ, et dignus sancto amore heri-
tari: Glaucia jam erat libertus Melioris, cum nondum posset intelligere dona patroni.
Hoc concessum moribus et pulchritudine, quis avarior illo? aut quia Apollineo ore for-*

3 *Munia cum posset nondum p'stare patrono* Juntina nostra margini ascriptum
exhibet.

NOTÆ

1 *Non de plebe domus*] Lege Epi-
gramma præcedens. Glaucia, inquit,
non erat de plebe servili, nec verna
venalitiis, qui cum reliquis servis in
catasta exponeretur. Erat autem
catasta locus, vel potius machina
ligna longa compedis instar, ubi ve-

nales servi exponerentur. Avaram
dixit, quia avari erant mangones, qui
ex venditione servorum quantum facie-
bant.

6 *Aut quis*] Hoc est, Quis vel etiam
formosus ut Apollo fuit pulchrior
Glaucia?

Immodicis brevis est ætas, et rara senectus.

Quicquid amas, cupias non placuisse nimis.

mosior fuit? Eximia sortiuntur brevem ætatem, et raram senectum. Optes non arridere nimis quicquid diligis.

NOTÆ

7 *Immodicis*] Quibus est præcox ingenium et gratissima infātia, ii cito moriuntur. Hoc dicere videtur Poëta secundum impiam opinionem, qua credebant antiqui nimis hominum gloriæ Deos invidere.
8 *Cupias non placuisse*] Ne cito pe-
reat.

XXX.

IN PÆTUM.

SEX sestertia si statim dedisses,
Cum dixti mihi, Sume, tolle, dono:
Deberem tibi, Pæte, pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus,
Post septem, puto, vel novem Kalendas, 5
Vis dicam tibi veriora veris?
Sex sestertia, Pæte, perdidisti.

Si subito donasses sex sestertia, cum mihi dixisti, Accipe, aufer, largior; o Pæte, essem tibi debitor ducentorum. Sed cum diu cunctatus modo donaveris, post septem, opinor, vel novem menses; placetne tibi dicam aliquid verius veritate? O Pæte, amisisti sex sestertia.

4 *At nunc cum dederis diu rogatus* codex Florentinus.

NOTÆ

1 *Sex sestertia*] Poëtæ daturum se promiserat Pætus, quæ si donasset sine mora, tantum illi debuisset Martialis, quantum pro ducentis.
7 *Perdidisti*] Fere enim nulla est gratia tarde concessa: at vero bis dat qui cito dat.

XXXI.

IN CHARIDEMUM.

UXOREM, Charideme, tuam scis ipse, sinisque
A medico futui: vis sine febre mori.

In hoc Epigrammate exhibendo nullo modo variant aut calamo scripti libri aut typis impressi.

NOTÆ

2 *Vis sine*] Id est, expilari: nam omnia dabuntur medico: pauperes enim mortuos Martialis sæpe appellat. Vel, *vis mori sine febre*: id est, Nunquam vis ægrotare, propterea conduxisti medicum hoc muniere. *Calderinus*. Vel intellige Charidemum metuisse, ne uxor amore medici capta ægrotaret, atque idcirco permisisset ut ab eo subagitaretur.

XXXII.

DE MORTE OTHONIS.

CUM dubitaret adhuc belli civilis Enyo,
 Forsitan et posset vincere mollis Otho:
 Damnavit multo satutum sanguine Martem,
 Et fodit certa pectora nuda manu.
 Sit Cato, dum vivit, sane vel Cæsare major:
 Dum moritur, numquid major Othone fuit?

5

Cum Enyo belli civilis esset adhuc in ancipiti, et forte effeminatus Otho posset superare, improbavit Martem non satutum nisi multo sanguine, et transfodit nudum pectus manu non dubia. Cato, dum vivit, sit hercle major vel ipso Cæsare; dum interit, an fuit major Othone?

1 Cod. Vat. *civilis eripo*.—2 *Forsitan an possit* Beverlandi Ms.—3 *Damnavit multo satutum jam sanguine* Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. Junian. &c. *Damnavit multo saturatum sanguine* in codd. Florent. et Vat. *saturum* probat Farnabius; 'stare' enim pro 'constare' dixit lib. III. Epig. 74. vs. 8.—4 *Effodit certa pectora tota manu* Beverlandi Ms.

NOTÆ

1 *Cum dubitaret*] Enyo, id est, Bellona, Martis soror, cum adhuc dubitaret cui victoriam concederet, an Vitellio an Othoni. Vide Suetonium in Othone.

3 *Damnavit Martem*] Hoc est, bellum, quod stare seu cessare nequibat sine multo sanguine, nisi forte sumas

stare pro constare. *Saturum*] Legunt alii *saturatum*, vel *saturum jam*. Prior lectio magis placet.

6 *Numquid major*] Desperatis enim rebus, metu hostium se interfecit Cato: Otho vero prope integris pectus transfodit, unde moriendo plus gloriæ quam Cato adeptus videtur.

XXXIII.

IN SABELLUM.

NIL miserabilius, Matho, pædicone Sabello
 Vidisti, quo nil lætius ante fuit.

Ad Mathonem lemma est hujus Epigrammatis in codice Pulmanni.

Furta, fugæ, mortes servorum, incendia, luctus
Affligunt hominem : tam miser, et fuit.

4 *Affligunt hominem, tam miser?* in edd. vett. Vide Turneb. lib. xxv. cap. 27.

NOTÆ

1 *Sabello*] De quo lib. iii. Epig. 98. Vide et lib. ii. Epig. 51. Misere deperibat pueros Sabellus, sed dilapidato patrimonio coactus est amare mulieres; qua de causa nil Sabello

miserabilius esse dicit Poëta: cum id verbum *miserabilis* videatur referri ad bonorum jacturam, quam passus erat miser Sabellus.

XXXIV.

AD DIADUMENUM.

BASIA da nobis, Diadumene, pressa: quot, inquis?

Oceani fluctus me numerare jubes:

Et Maris Ægæi sparsas per littora conchas,

Et quæ Cecropio monte vagantur apes:

Quæque sonant pleno vocesque manusque theatro, 5

Cum populus subiti Cæsaris ora videt.

Nolo quot arguto dedit exorata Catullo

Lesbia: pauca cupit, qui numerare potest.

O *Diadumene*, liba nobis oscula pressa: quot, ais? Imperas a me recenseri fluctus Oceani, et conchas sparsas per littora maris Ægæi, atque apes quas errant in monte Cecropio, et voces et manus quas applaudunt pleno theatro, cum populus intuetur vultum repentini Cæsaris. Nolo quot exorata Lesbia libavit concinno Catullo: pauca optat, qui potest recensere.

1 *Languis* aliique, quot inquit?—4. 5 Si per codd. liceret, præferret Ant. de Rooy: *Et quot Cecropio monte vagantur (vel vagentur) apes; Quotque sonant (vel sonent) pleno, &c.* Ovidiana repetitione tot quot. Art. Am. ii. 517. seqq. iii. 149. Trist. v. 1. 31. et v. 2. 23.

NOTÆ

1 *Basia da nobis*] De Diadumeno jam actum lib. iii. Epig. 64. et lib. v. Epig. 47.

4 *Et quæ Cecropio*] Hymettum intellige, de quo Pansanias in Atticis: *Ἱμῆττος φέει νέκρας μελίσσας ἐν τῇ θεοοράῳ*: *Hymettus pastiones habet apibus aptissimas.* Cecropius vero dicitur,

id est, Atticus.

7 *Nolo quot*] Lege Catulli Carm. v. ad Lesbiam: 'Da mihi basia mille, deinde centum, Dein mille, altera, dein secunda centum,' &c. Hæc vero basia, ntpote numerabilia, pasca esse existimat noster Poëta.

XXXV.

AD CÆCILIANUM.

SEPTEM clepsydras magna tibi voce petenti

Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.

At tu multa diu dicis : vitreisque tepentem

Ampullis potas semisupinus aquam.

Ut tandem saties vocemque sitimque ; rogamus,

5

Jam de clepsydra, Cæciliane, bibas.

O Cæciliane, iudex non libenter tibi postulanti magna voce concessit septem clepsydras. Sed tu profers multa diu : et semisupinus bibis vitreis phialis tepentem aquam. Ut tandem expleas vocem et sitim, oramus, o Cæciliane, jam potes de clepsydra.

4 Ampullis potas semisupinus Beverlandi Ms.

NOTE

1 *Septem clepsydras*] Clepsydra, seu hydrologium, aquarium est horologium. Vasculum quippe erat aut ex vitre, aut ex alia materia, per quod aqua inclusa guttatim defluens dimetiebatur tempus. Nam orantibus in foro ex more Atheniensium præscriptum erat tempus : attamen sæpe liberae erant actiones, nec ad certum tempus dicere jubebantur patroni. Quantum vero temporis dimensa fuerit una clepsydra, mihi compertum non est. Sunt qui singulas horas singulis clepsydriis definiant, in qua sententia est Calderinus : alii clepsydram mediam horam, alii tribus clepsydriis horam tribuant. Plinius Junior lib. II. Epist. II. sic de clepsydra : ' Dixi,' inquit, ' horis pæne quinque :

nam decem clepsydriis quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor.' Nisi hic locus varie legeretur, rem definiret ; etenim alii legunt pro decem clepsydriis, viginti, alii duodecim, alii tribus ; tandem pro longo temporis spatio septem clepsydras hic posuit Poëta.

2 *Vitreisque*] Nonnunquam autem comedisse et bibisse Oratores in ipsa actione discit a Quintiliano lib. XI. cap. ultimo : ' Bibere,' inquit, ' aut etiam esse inter agendum, quod multis moris fuit, et est quibusdam, ab Oratore meo procul abest,' &c.

3 *Jam de clepsydra*] Aquam bibe, ut ineptæ tuæ orationi finem breviter imponas.

XXXVI.

AD PAPILUM.

MENTULA tam magna est, tantus tibi, Papile, nasus,

Ut possis, quoties arrigis, olfacere,

Ad Pamphilum inscribitur hoc Epigramma in codice Pulmanni.—1 Pamphile in eodem.

NOTE

1 *Tantus tibi*] Irridet nasum, atque ingentem Papili mutanem.

XXXVII.

IN CARINUM.

SECTI podicis usque ad umbilicum
 Nullas reliquias habet Carinus:
 Et prurit tamen usque ad umbilicum.
 O quanta scabie miser laborat!
 Culum non habet, est tamen cinædus.

5

Hic nulla est lectionis varietas in exemplaribus impressis aut manuscriptis.

NOTE

3 *Et prurit*] Catamito tamen dif- rososum prurigo turpitudinis. De Charisso jam dictum lib. 1. Epig. 78.
 fisso et inutili sævit circa jecur ulce-

XXXVIII.

DE FILIO REGULI.

ASPICIS, ut parvus, nec adhuc trieteride plena
 Regulus auditum laudet et ipse patrem?
 Maternosque sinus viso genitore relinquat,
 Et patrias laudes sentiat esse suas?
 Jam clamor, centumque viri, densumque coronæ
 Vulgus, et infanti Julia tecta placent.

5

Videsne ut parvus Regulus, nec adhuc tribus annis peractis, celebret et ipse auditum genitorem; et deserat gremium genitricis conspecto patre, atque intelligat decus paternum esse suum? Jam clamor, et centum viri, et plebs frequens casta, et Julia

2 In quibusdam, *laudet et ipse*: cod. Pulmanni, Ald. Junt. Colin. Gryph. alii, *laudet et ipse*.—5 Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *densumque coronæ*.—6 *Julia tecta* codex Florentinus. *Julia tecta* malit Ant. de Rooy, ut apud Ovid. Pont. iv. 5. 21. Stat. Sylv. 1. 1. 31. At et *tecta* de superbis ædibus dici notum est. Consule Broukh. ad Tibull. III. 3. 3.

NOTE

1 *Nec adhuc trieteride*] Quæ est quorum munus describit Cicero de Oratore lib. 1.

2 *Regulus*] Filius scil. infans jam lætabatur cum orantem in foro patrem audiret. Vide Plinium Juniorem lib. 14. Epist. 2. ubi describit mortem hujus pueri.

5 *Centumque viri*] Erant iudices, Epist. 21.

6 *Julia tecta* [templa] Alii, *Julia tecta*. Julianam basilicam intellige, in qua scil. jus reddebant centum viri, quos ingens populi multitudo circumstabat. Lege Plinium Jun. lib. v. Epist. 21.

Acris equi soboles magno sic pulvere gaudet;

Sic vitulus molli prælia fronte cupit.

Di, servate, precor, matri sua vota, patrique;

Audiat ut natum Regulus, illa duos.

10

templa sunt jucunda infanti. Sic progenies fortis equi latatur magno pulvere; sic vitulus tenera fronte appetit pugnam. O Dii, servate, oro, sua vota genitrici, et genitori, ut Regulus audiat filium, illa vero ambos.

NOTE

7 *Acris equi*] Videtur respicere illud Horatii: 'Fortes creantur fortibus.'
9 *Di, servate*] Solennis antiquorum bene precandi formula.

10 *Audiat ut natum*] Orantem scilicet. *Illam duos*] Mater nempe audiat maritum, et aliquando filium agentem causas.

XXXIX.

IN CINNAM.

PATER ex Marulla, Cinna, factus es septem,

Non liberorum: namque nec tuus quisquam,

Nec est amici, filiusve vicini:

Sed in grabatis tegetibusque concepti

Materna produnt capitibus suis furta.

5

Hic, qui retorto crine Maurus incedit,

Sobolem fatetur esse se coci Santræ.

At ille sima nare, turgidis labris,

O Cinna ex Marulla uxore suscepti septem non liberos, namque nec quisquam est tuus, nec filius amici, aut vicini; at concepti in grabatis et tegetibus indicant suis capitibus adulteria matris. Hic Maurus, qui ambulat retorta coma, fatetur se esse progeniem Cogisantræ: sed ille depressa nare, tumidis labris, simillimus est

2 *Non liberorum* Ald. Junt. Colin.—3 *Beverlandi Ms. filius nec vicini.*—7 *Cogisantræ pro coci Santræ* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman.

NOTE

1 *Pater ex Marulla*] Adulteria Marullæ facete narrat, quæ servorum amore debaccharetur.

4 *Sed in grabatis*] Hoc est, lectis servorum propriis. *Tegetibus*] Hoc est, mattis, quibus utebantur meretri-

Delph. et Var. Clas.

ces pro lectis. Juvén. Sat. vi. de Messalina Claudii uxore loquens sic ait: 'Ausa Palatino tegetem præferre cubili.'

7 *Coci Santræ* [*Cogisantræ*] Serræ Mauri. Legunt alii, *coci Santræ*.

Martial.

2 F

Ipsa est imago Pannici palæstritæ.
 Pistoris esse tertium quis ignorat, 10
 Quicumque lippum novit, et videt Damam?
 Quartus cinæda fronte, candido vultu,
 Ex concubino natus est tibi Lygdo:
 Percide, si vis filium, nefas non est.
 Hunc vero acuto capite, et auribus longis, 15
 Quæ sic moventur, ut solent asellorum,
 Quis morionis filium neget Cyrrhæ?
 Duæ sorores, illa nigra, et hæc rufa,
 Croti choraulæ, villicique sunt Carpi.
 Jamque hybridarum grex tibi foret plenus, 20
 Si spado Coresus, Dindymusque non esset?

Pannico palæstrita: quis nescit tertium esse pistoris, quicumque cognovit et spectat lippum Damam? . . . Quis vero inficietur filium esse sannionis Gyrtha hunc acuto capite, atque auribus longis, quæ sic moventur, ut solent asellorum? duæ sorores, illa nigra, et hæc rufa genitæ sunt a Croti choraula, atque a Carpo villico. Jamque haberes gregem plenum hybridarum, si Corculus et Dindymus non essent spadones?

Lang. Delph. &c. *Congranta* Beverlandi Ms.—9 *Pannichi* Beverlandi Ms.—11 *Quæcunque lupum* in eodem Ms. *Dammam* in edd. vett.—14 *Præcide* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Lang. Farnab. Delph. aliæ. Lectionem nostram testatur codex Florentinus. Sæpiissime permutantur *per* et *præ* in compositionibus. Vnde quæ diximus ad lib. 11. Epig. 72. v. 3.—17 *Quis morionis filium neget Gyrtha* Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. Delph. &c. *Gyrrhæ* legunt alii.—20 *Jam vernularum* codex Vaticanus, et sic Bodleianus in margine. *Jam mobidarum* codex Florentinus. *Jam Niobidarum* codd. quidam, teste Calderino, ut referas ad numerum filiorum Niobes; sed placet prior scriptura. Beverlandus legi jubet: *Jamque Ombridarum grex*, &c. et nos mittit ad Scal. Varr. p. 201. Ex observatione Scaligeri l. c. 'Umbri,' 'Imbri,' 'Ibri,' 'Ibriidæ' apud veteres spurii vocati sunt, ut apud Græcos dicti *δυσπικαδοι*. *Ombridarum* igitur, quod hic fingit Beverlandus, idem erit ac *hybridarum*. Quid autem opus erat Martiali antiquum et obsoletum, si modo unquam extitit, præ usitato et notiore obtrudere?—21 *Si spado Coreus* Ald. Junt. Colin. Gryph. *Si spado Corculus* Plant. Janian. Pulman. Lang. et Delph. *Si spado choreus* codex Florent.

NOTE

9 *Palæstritæ*] Pannici dantis operam palæstræ. Lib. 111. Epig. 57.

11 *Et videt Damam*] Tertius vero filius lippus genitus erat a pistori Dama, qui et ipse lippus erat.

17 *Cyrrhæ* [*Gyrrhæ*] Alii, *Gyrrhæ*.

20 *Jamque hybridarum*] Hybrida

est fœtus ex imparibus parentibus, ut ex apro et ane; sic filios ex matre ingenua et patre servo hybridæ vocat Poëta.

21 *Si spado Coresus* [*Corculus*] Alii, *Coresus*.

XL.

AD LYCORIM.

FÆMINA præferri potuit tibi nulla, Lycori :

Præferri Glycæræ foemina nulla potest.

Hæc erit hoc, quod tu : tu non potes esse, quod hæc est.

Tempora quid faciant ! hanc volo, te volui.

O Lycori, nulla olim mulier potuit tibi anteponi, nulla nunc mulier potest anteponi Glycæræ. Hæc fiet hoc quod tu es : tu nequis esse quod hæc est. Quid afficiunt tempora ! Hæc placet mihi, tu plucui.

Ad Lycorim, anum ex formosa lemma est in Beverlandi Ms.—3 In eodem Ms. sed non potes esse.—4 Tempora quo in eodem.

NOTÆ

3 *Hæc erit hoc*] Fiet anus.

Tu non potes] Pleri juvenis.

XLI.

IN RAUCUM POETAM.

Qui recitat lana fauces et colla revinctus,

Hic se posse loqui, posse tacere negat.

Qui recitat gutture et collo circumdato lana, hic affirmat se nec posse loqui, nec posse silere.

In raucum Poëtam colla lana tegentem inscribitur in quibusdam vett.—1 Qui recitat lauro fauces et tempora vinctus Beverlandi Ms. fauces et tempora vincta codex Bodl. et alius Oxon. ap. Farnab.—2 In quibusdam, teste Farnabio, nosse tacere ; sed in Bodl. aliisque, posse tacere.

NOTÆ

1 *Qui recitat*] Raucum hunc Poëtam carpit Martialis : etenim cum ille faucibus focale adhiberet, ne frigore corriperetur, ostendebat se non posse nisi ægre loqui : ostendebat pariter se tacere non posse, cum licet raucus vellet recitare. Vide lib. iv.

Epig. 41. Gell. lib. i. cap. 15. de inani loquacitate : ' Epicarmium quogue illud non inascite se habet : Οὐ λέγων δευδὲς, ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος. Ex quo profecto sonatum est : qui cum loqui non posset, tacere non poterat.'

XLII.

DE ETRUSCI THERMIS, AD OPIANUM.

ETRUSCI nisi thermulis lavis,
 Illotus morieris, Oppiane.
 Nullæ sic tibi blandientur undæ:
 Nec fontes Aponi rudes puellis,
 Non mollis Sinuessa, fervidique 5
 Fluctus Passeris, aut superbus Anxur,
 Non Phœbi vada, principesque Baiaë.
 Nusquam tam nitidum micat serenum:
 Lux ipsa est ibi longior, diesque
 Nullo tardius a loco recedit. 10

Oppiane, interibis illotus, nisi laveris thermulis Etrusci. Nullæ aquæ sic tibi palpabuntur, nec fontes Aponi intacti puellis, non mollis Sinuessa, et calidi fluctus Passeris, aut altus Anxur, nec vada Phœbi, et Baia nobilissima. Nullibi serenitas tam nitida splendet: lux ipsa est longior illic, nec serius dies abit ab ullo loco. Onyx

~~~~~

*De Hetrusci thermis est lemma in Ald. Junt. Colin. Gryph. aliis.—1 In iisdem laveris. Pulmanni codex, lavis.—7 Codex Vaticanus, principisve, i. e. Domitiani.—8 Nusquam tam nitidum vacat Beverlandi Ms. cum nonnullis edd. vett. micat servant Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Lang. Delph. &c.—10 Post hunc versum locum habet decimus quartus, Siccos pinguis Onyx, &c. in ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Calderin. Pulman. Lang. et Delph. Nostrum ordinem servant Gruter. Scriver. Farnab. Schrevel. Barbou, &c.—11*

## NOTÆ

1 *Etrusci nisi*] Papinius Sylv. lib. i. balneum Etrusci fuisse describit.

2 *Illotus*] Aliæ enim aquæ sordes tuas, et malum colorem, de quo lib. vii. Epig. 3. eluere non poterunt.

4 *Nec fontes Aponi*] Juxta Patavium. Suetonius in Tiberio, cap. 14. 'rudes puellis.' Cassiodorus lib. ii. Epig. 39. ait lavacrum illud singulari pudicitiae disciplina sanetum esse; in eam enim aquam in qua viri recreantur, si mulier descendat, calore exurit. Vel forte Poëta respicit ad Patavinarum pudicitiam, quam commendat Plinius Junior lib. i. Epist. 14. et Poëta noster lib. xi. Epig. 17.

♣ *Mollis Sinuessa*] Urbs Campanie

maritima, hodie, ut aiunt, *Rocca di Mondragone*. Tacitus Annal. xii. de Claudio: 'Refovendis viribus mollitie cœli, et salubritate aquarum Sinuessam perrexit.'

6 *Fluctus Passeris*] Aquæ blandissimæ in Campania ad mare inferum, ut putant Interpretes. De his nihil reperi.

*Anxur*] Hodie, *Terracina*, lib. v. Epig. 1.

7 *Phœbi vada*] Cumanum littus intelligunt Interpretes, ubi nempe celebre fuit Apollinis templum, Virgil. Æn. vi. Cluverius Italiæ lib. ii. cap. 2. intelligit aquas Apollinæ calidas, et nobiles, olim 'Cæretanæ' dictas, juxta Cære Etruriæ oppidum.

Illic Taygeti virent metalla,  
 Et certant vario decore saxa,  
 Quæ Phryx, et Libys altius cecidit,  
 Siccus pinguis Onyx anhelat æstus,  
 Et flamma tenui calent Ophitæ.  
 Ritus si placeant tibi Laconum,  
 Contentus potes arido vapore,  
 Cruda Virgine Martiave mergi;  
 Quæ tam candida, tam serena lucet,  
 Ut nullas ibi suspiceris undas,  
 Et credas vacuum nitere Lygdon.  
 Non attendis, et aure me supina,  
 Jamdudum quasi negligenter audis.  
 Illotus morieris, Oppiane.

15

20

*pinguis emittit siccus fereores. Illic metalla Taygeti virescunt, et varia pulchritudine contendunt lapides, quos altius excidit Phrygius et Afer, atque Ophitæ fervent lento igne. Si mores Lacedæmoniorum tibi arrideant, contentus arido vapore potes immergi in frigidam aquam virginem atque Martiam: quæ tam pura et tam nitida micat, ut suspiceris nullas esse aquas illic, et putes splendere Lygdimum marmor vacuum. Non auscultas, et jam diu quasi oscitanter me audis aure negligente. Oppiane, interibis illotus.*

*Tajeti vigent* Beverlandi Ms.—14 Hunc versum, ut extat in edd. vett. transpositum esse notavit Cagnerius, qui in antiquo codice eum post duodecimum legerat insertum.—18 *Martiave* codex Florentinus.

## NOTE

11 *Taygeti*] Montis in Laconia, in quo marmor, quod metallum vocat, cum tamen proprie non dicatur nisi de ferro, auro, &c.

13 *Quæ Phryx*] Hoc est, ex Phrygia atque ex Libya.

14 *Pinguis Onyx*] Genus quoddam marmoris de quo Plinius lib. xxxvi. cap. 7. alias gemma, et vas etiam unguentarium dicitur. Onychem tamen in his thermis fuisse negat Papinius loco supracitato: 'Mæretonyx longe, queriturque exclusus ophites.' *Pinguis* dicitur, hoc est 'sudans,' inquit Raderus.

*Siccus æstus*] Nempe similes radiis solis.

15 *Ophitæ*] Marmor nempe maculis distinctum instar serpentis.

16 *Ritus si placeant*] Quos explicat ipse Poëta versibus sequentibus: hoc est, Si placet sudare sicca cella, frigida vero lavare. De aqua virgine, sic dicta quod fluens in urbem declinaret a rivo Herculis, jam dictum lib. v. Epig. 21. de qua Plinius lib. xxxi. cap. 3. et ibidem de aqua Martia, ab Anco Martio rege, deinde a Q. Martio prætore in urbem invecta, ut aiunt Interpretes.

21 *Lygdon*] Locus nempe erat in Tauro monte, ubi marmor candidissimum.

22 *Aure me supina*] Vide lib. v. Epig. 78. Auris supina significat habitum prope dormientis, qui caput in humeros inclinat, et negligenter auscultat.

## XLIII.

## AD CASTRICUM.

DUM tibi felices indulgent, Castrice, Baiæ :

Canaque sulfureis nympha natatur aquis :

Me Nomentani confirmant otia ruris,

Et casa jugeribus non onerosa suis.

Hic mihi Baiani soles, mollisque Lucrinus ;

5

Hic vestræ mihi sunt, Castrice, divitiæ.

Quondam laudatas quocumque libebat ad undas

Currere, nec longas pertimuisse vias :

Nunc urbi vicina juvant, facilesque recessus,

Et satis est, pigro si licet esse mihi.

10

6 *Castrice, dum frueris amaris Baiis; et natatur Nympha cana undis sulfureis: quies villæ Nomentanæ me corroborat, et domus non gravis suo fundo. Hic fruor Baianis solibus, et molli Lucrino: hic, o Castrice, fruor vestris opibus. Olim placebat currere quocumque ad aquas commendatas, nec reformidare longum iter. Nunc recessus faciles, et loca juxta urbem placent, et sufficit, si fas est mihi segni esse.*

1 Cum tibi Beverlandi Ms.—2 *Canaque sulphureis unda natatur aquis.* Non omnino spernendum quod margini ascriptum exhibet Juntina nostra: *Canaque sulphureis Nympha juvatur aquis.*—5 *Hoc mihi codd. Thuan. et Vat.*—6 *Hoc mihi sunt vestræ* codex Thuanens. *Hic nostræ mihi sunt* in aliis. De permutatione nostræ et vestræ in membranis antiquis vide nos ad Catull. LXVII. 7. 18. Tibull. III. 4. 4. et IV. 2. 24. Pro divitiæ Farnabius legerit *delitiæ*, quæ duo verba sæpe confusa a libraribus.—7 Codex Pulmanni, *quocumque libebat.*—9 *Nunc urbis* codex Florent.—10 Beverlandi Ms. *pigro et licet esse mihi.* Juntina nostra in margine: *pigrum si licet esse mihi*; male. Vide quæ conguessit Heins. ad hunc versum Ovid. Heroid. Epist. XIV. 64. ‘Quo mihi commisso non licet esse piam,’ ubi optt. codd. habent, ‘piæ.’

## NOTÆ

2 *Canaque*] Sensus est: Natas in aqua cana, quia sulfurea; et Nympham posuit pro lymphâ, seu aqua.

8 *Confirmant*] Ex hoc verbo licet colligere Martialem fuisse ægrotum, atque tunc incepisse convalescere in agro suo Nomentano non procul ab urbe, de quo lib. II. Epig. 38.

4 *Non onerosa*] Hoc est, pro modo,

et ratione fundi edificata, nec nimis magna nec parva nimis.

10 *Et satis est*] Olim currebam ad aquas amonas etiam remotissimas; nunc vero me ætate provectum, et pigrum, juvant loca urbi vicina, et sufficit, si mihi liceat otiosam vitam agere.

## XLIV.

## IN CALLIODORUM.

FESTIVE credis te, Calliodore, jocari,  
 Et solum multo permaduisse sale.  
 Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes;  
 Sic te convivam posse placere putas.  
 At si ego non belle, sed vere dixero quiddam : 5  
 Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

O Calliodore, putas te cavillari lepide, et te unum perfunctum esse multis facetiis. Subrides cunctis, cavillationibus lacescis cunctos, hoc modo credis esse conviva jucundus. At si ego non facete, sed vere protulero quiddam, o Calliodore, nemo propinabit tibi.

2 *Te solum* Schrevel. an. 1670.—3 *Beverlandi Ma. dicteria ducis in omnes*.—5 *At si ego nunc vellem tibi vere dicere in codice Pulmanni.*

## NOTÆ

2 *Permadvisse*] Putas te solum esse tui impuritatem nemo tibi suum poculum tradet in quo bibas; id est, facetum et jucundum divitibus, quorum cœnam captas. nemo te invitabit ad cœnam. Vide

6 *Nemo propinabit*] Propter oris lib. II. Epigr. 15.

## XLV.

## IN NUPTIAS LYGDI ET LECTORIÆ.

LUSISTIS, satis est; lascivi nubite cummi:  
 Permissa est vobis non nisi casta Venus.  
 Hæc est casta Venus? nubit Lectoria Lygdo:  
 Turpior uxor erit, quam modo mœcha fuit.

Lemma in edd. vett. est, *Ad Lectoriam*: in aliis, *Ad Latoriam*; vel, *In Nuptias Lygdi et Latoris*.—3 Schrevel. an. 1670. cum aliis, *nubit Latoria Lygdo*.

## NOTÆ

1 *Lusistis*] Legem Juliam, qua Lectoria coacta est nubere concubino Lygdo. Epig. 39. supra: 'Ex concubino natus est tibi Lygdo.'

4 *Turpior*] Nupta enim concubino adulterium fateri videbatur. Epig. 22. supra.

## XLVI.

AD CATIANUM.

VAPULAT assiduo Veneti quadriga flagello,  
Nec currit: magnam rem, Catiane, facit.

*Quadriga Veneti perpetuo caditur virgis, nec properat: O Catiane, agit magnam rem.*

2 Beverlandi Ms. *magnam rem, Catiane, facis.*

## NOTÆ

1 *Vapulat*] Quidam auriga ex Venetorum factione equos quadrijugos assidue verberabat, nec tamen illi properabant: illum irridet Poëta, quasi magnam rem faciat, qui cum equos verberibus disrumpat, non curant tamen; vel qui cum tali quadriga audeat venire in certamen. Erant

autem quatuor factiones: Venetorum nempe, qui cœruleum forebant, cœlo et mari sacri: Prasinorum, qui viridem, terræ seu veri et floribus dicati: Russatorum, qui igni, et Marti: Alborum, qui albos viridi mixtos gerebant pannos. Sic Raderus. Plura vide apud Bulengerum.

## XLVII.

AD IANTHIDA NYMPHAM.

NYMPHA, mei Stellæ quæ fonte domestica puro

Laberis, et domini gemmea tecta subis:

Sive Numæ conjux Triviæ te misit ab antro;

Sive Camœnarum de grege nona venis:

*O Nympha mei Stellæ, quæ domestica suis fonte puro, atque ingrederis ades gemmeus: sive uxor Numæ te misit a specu Dianæ, seu cœnis nona de grege Musarum:*

*Ad Hiantidē Nympham* inscribitur in edd. vett.—1 *Nympha meo Stellæ* in codice Pulmanni. *Nympha Atellanæ* in codd. Vat. et Florent.—3 Codex Vaticanus: *Tribia te misit ab antro. Florent. Trivia te misit ab anne. Codex Thuan. Tribia te misit ab antro. In aliis ab antro, vel, ab antris. In quibusdam: Trivia te misit ad Annam. Turneb. lib. XXIII. cap. 27. emendat; Trivia te misit ab Anna; et intelligit Dianam cultam Ariciæ ab Anna Peranna. Et sic Calderini codex antiquus. Janus Ratgersius legi vult: Tyria te misit ab Anna, quæ Didus Tyriæ fuit soror. 'Sive Numæ conjux Trivia te misit ab*

## NOTÆ

1 *Nympha, mei Stellæ*] Alii, *meo*. Laudat Stellæ fontem, cujus Numen seu Nympham Ianthidem appellat a nomine Ianthidis uxoris Stellæ, de qua Epig. 21. supra.

3 *Sive Numæ conjux*] Ægeria nempe

de qua Florus in Numa. Ovid. Fast. III. agit de fonte Ægeriæ: 'Ægeria est, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis: Illa Numæ conjux, consiliumque fuit.'

*Trivia*] Hoc est, Dianæ, lib. Spect.

Exsolvit votis hac se tibi virgine porca

5

Marcus, furtivam quod bibit æger aquam.

Tu contenta meo jam crimine, gaudia fontis

Da secura tui : sit mihi sana sitis.

*hac virgine porca Martialis se liberat votis tibi factis, qui ægrotus furtim hausit aquam tuam. Tu jam placata meo scelere expiato tuta probe gaudia fontis tui : sit mihi sana sitis.*

~~~~~  
Anna: ita viri eruditi jampridem emendarunt, cum antea legeretur *antro*, vel, *anne*; quomodo librietiam nonnulli, quos inspeximus. Sed quid est *Trivia Anna*? certe nemus illud ad Tyberim non longe ab Urbe situm erat, et ex Janiculo spectari poterat, ut Martialis nos docet. Alterum erat in agro Lavinio ad Numitium flumen. Sic et Egeria duplici loco colebatur: nam et Camænarum nemus illi sacrum erat prope urbem, et Aricinæ quoque Dianæ sacris accensebatur. *Trivia* igitur Egeria potest dici, *Anna* non potest. Codex Rottendorphii: *Tibia te misit ab Annæ*. Lege meo periculo: *Sive Numæ conjux Tyria te misit ab Anna*. Intelligit aquæ ductibus fontem hunc derivatum fuisse ex Numicio, qui est in Lavinienti agro, per nemus Egeriæ.' Ita Heinsius ad Ovid. Fast. III. 675.—7 *Tu contenta modo lacrymantia codd.* Florent. et Vat.

NOTÆ

Epig. 1. quæ in valle Aricina colebatur.

4 *Sive Camænarum*] Hoc est, seu laberis ex fonte Musarum, vel seu venis una ex novem Musis.

5 *Exsolvit*] Huic Nymphæ, seu huic fonti vota nuncupaverat Martialis, se nempe porcam intactam immolaturum, quod ægrotus furtim bibisset aquam ex illo fonte. Hora-

tius III. Od. 13. hædum immolat fonti Blandusiæ.

7 *Gaudia fontis*] Hoc est: Tu, o Nympha jam secura, meo scilicet scelere expiato, fac mihi copiam salubrim tuarum aquarum. Vel *secura* refer ad *gaudia*.

8 *Sit mihi sana sitis*] Jam a morbo recreatus nunc ita sitiā, ut olim æger sitiēbam.

XLVIII.

IN POMPONIUM.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata:

Non tu, Pomponi; cœna diserta tua est.

Quod turba togatorum exclamat tibi tam grande sophos, non tu, o Pomponi, sed convitium tuum facundum est.

~~~~~  
In hoc Epigrammate nil variant codd. aut libri impressi.

NOTÆ

1 *Grande sophos*] De hac exclamatione egimus lib. I. Epig. 4. Versus suos coram amicis ad cœnam vocatis recitare solebant veteres. Poëta hunc Pomponium irridet, qui non

laudaretur propter versus, sed propter cœnam lautam. Sic Persius Sat. I. 'calidum scis ponere sumen, Scis comitem horridulum trita donare laceria.'

## XLIX.

## DE SE PRIAPUS.

NON sum de fragili dolatus ulmo  
 Nec quæ stat rigida supina vena,  
 De ligno mihi quolibet columna est,  
 Sed viva generata de cupresso :  
 Quæ nec sæcula centies peracta, 5  
 Nec longæ cariem timet senectæ.  
 Hanc, tu quisquis es, o malus, timeto :  
 Nam si vel minimos manu rapaci  
 Hoc de palmite læseris racemos ;  
 Nascetur, licet hoc velis negare, 10  
 Inserta tibi ficus a cupresso.

*De Priapo* inscriptio est in edd. vett.—7. 8 *Hanc, tu quisquis es, o malus, timeto, Hanc: si, &c.* Juntina nostra in margine, ex quodam cod. haud dubie; hæc etenim verba, *Hanc* et *Nam*, sæpe in codd. permutantur.—9 Heins. ad Ovid. Art. Am. 111. 703. putat omnino scribendum *legeris*; non *læseris*; quod tamen editos ac manu exaratos, quos vidit, codices omnes occupavit.

## NOTÆ

1 *Non sum*] De Priapo hortorum quentibus. Vnde Epig. 73. infra.  
 custode actum lib. 1. Epig. 36. lib. 10 *Nascetur*] Tibi ficoso inseretur  
 111. Epig. 58. et Epig. 16. supra. vena mea cupressea. Epig. 16.  
 4 *Sed viva*] Vitalitatis cupressi supra.  
 rationem addit duobus versibus se-

## L.

## DE THELESINO.

CUM coleret puros pauper Thelesinus amicos,  
 Errabat gelida sordidus in togula.

*Cum Thelesinus inops observaret amicos pudicos, sordidus vagabatur in frigida*

*In Thelesinum ad Bithynicum* Beverlandi Ms.—1 Gruterus legit *amores*,

## NOTÆ

1 *Cum coleret puros*] Sensus est: turpes, quorum libidinis conscius fuit.  
 Nihil consecutus est Thelesinus, dum Juvenalis Sat. 111. 'Quis nunc diligitur nisi conscius,' &c.  
 coluit amicos castos; at vero dives factus est, statim ac coluit homines

Obscœnos postquam cœpit curare cinædos,

Argentum, mensas, prædia solus emit.

Vis fieri dives, Bithynice? conscius esto.

5

Nil tibi, vel minimum, basia pura dabunt.

*Ætologia.* Ex quo cœpit colere turpes cinædos, ille unus mercatur argentum, mensas, fundos. O Bithynice, cupis locupletari? conscius esto. Oscula pudica conferent tibi nihil, vel minimum.

probante Farnabio.—3 Obscœnos ex quo Beverlandi Ms. servare pro curare codex Pulmanni. 'Grateras ex uno codice servare, quod sit 'observare,' 'colere,' *ὀπασσέμεν*. Ego quidem scio hoc esse curare: lib. xi. Epig. 18. 'Turba tamen non deest, sterilem quæ curet amicum.' Plin. Epist. lib. i. 6. 'Nec me præterit esse Regulum *δυσκαλπερόν*. Est enim locuples, factiosus, curatur a multis, timetur a pluribus.' Sed non servare hoc sensu pro 'observare' nusquam legi. Meliores ergo codd. qui habent, curare.' Gronovius.

NOTÆ

4 Argentum] Vel cœlatum; vel parum.

LI.

AD LUPERCUM.

QUOD convivaris sine me tam sæpe, Luperce,

Inveni, noceam qua ratione tibi.

Irascar, licet usque voces, mittasque, rogesque.

Quid facies? inquis: quid faciam? veniam.

O Luperce, excogitavi quo modo te ladam, quod epularis sine me tam crebro. Succensebo, quamvis semper invites, et mittas, atque ores. Quid ages? ais: quid agam? ibo.

3 Irascar licet usque in quibusdam.

NOTÆ

1 Quod convivaris] Carpit Luper- 4 Veniam] Cœnabo apud te, atque cum, qui raro eum ad cœnam invitet. avaritiæ tuæ pœnas dabis.

taret.

LII.

EPITAPHIUM PANTAGATHI TONSORIS.

Hoc jacet in tumulo raptus puerilibus annis

Pantagathus, domini cura, dolorque sui,

*Pantagathus mortuus annis puerilibus, amor et maror sui heri, jacet in hoc sepul-*

*Epi. Pantagathi lemma est in quibusdam vett.—3 Vis tangente Junt. an.*

Vix tangente vagos ferro resecare capillos

Doctus, et hirsutas excoluisse genas.

Sis licet, ut debes, Tellus placata, levisque ;

5

Artificis levior non potes esse manu.

*ero, sciens resecare errantes crines ferro vix tangente, atque excolire malas pilosas. O terra, quantumvis deinceps sis illi placata et levis, nequis esse levior manu artificis.*

1512.—5 *Sis licet imposito tellus* codex Pulmanni. *Sis licet inde sibi tellus* Ald. Junnt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *barbare, judicio Farnabil. Nostram lectionem testantur codd. Florent. et Thuan.*

#### NOTÆ

2 *Pantagathus*] Raptus fato immaturo, amor nempe domini dum viveret, dolor vero ex quo mortuus. Ipsius forte Poëtæ fuit servus.

5 *Sis licet, ut debes* [inde sibi] De hac bene precandi formula vide lib. v. Epig. 35. *tellus sis sibi*, hoc est, ei,

qui modus est loquendi Græcus, quem et Latini usurpant. Alii legunt, *Sis licet, ut debes*. Videat lector. Sensus est: O terra, quantumvis sis levis, nequis tamen esse levior manu Pantagathi, dum tonderet: quæ propria tonsoris laus est.

### LIII.

#### DE ANDRAGORA.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit ; et idem

Inventus mane est mortuus Andragoras.

Tam subitæ mortis causam, Faustine, requiris ?

In somnis medicum viderat Hermocratem.

*Andragoras letus lavit nobiscum, et idem cœnavit, mane repertus est defunctus. O Faustine, rogas causam tam repentini interitus ? Medicus Hermocrates apparuerat illi in somnis.*

Hic nulla lectionis varietas est in libris manu exaratis aut excusis.

#### NOTÆ

1 *Lotus nobiscum*] Huic simile est tem, qui proculdubio multos ægros Epigramma Græcum Anthol. lib. 11. sua imperitia necaret. *Εἰς Ἰατρούς. Poëta carpit Hermocra-*

### LIV.

#### DE SEXTILIANO.

TANTOS, et tantas si dicere Sextilianum,

Aule, vetes ; junget vix tria verba miser.

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant codd. aut libri impressi.

Quid sibi vult? inquis: dicam, quid suspicer esse:  
Tantos, et tantas Sextilianus amat.

## NOTÆ

4 *Tantos, &c.*] Prægrandes draucos, eorumque caudas.

## LV.

## IN CORACINUM.

Quod semper casiaque, cinnamoque,  
Et nido niger alitis superbæ  
Fragras plumbea Nicerotiana,  
Rides nos, Coracine, nil olentes:  
Malo, quam bene olere, nil olere.

5

O Coracine, irrides nos nihil fragrantem, quod tu semper unctus casia et cinnamomo, et nido avis superbæ, oles Nicerotiana plumbea: magis placet nihil olere, quam bene olere.

3 *Fragras plumbea Nicerotiana* legit Salmasius. *Fragras plumbea Nicerotiana* Ald. Junt. Collin. Gryph. Lang. &c. Nostram lectionem exhibet codex Pulmanni; et sic etiam legit Turneb. lib. xv. cap. 27.

## NOTÆ

1 *Quod semper*] Iste Coracinus variis odoribus animæ fectorem compecebat, quibus non opus est nihil olenti.

*Casia cinnamoque*] Frutices sunt odoris suavissimi.

2 *Et nido niger*] Hoc est, unctus his herbis odoriferis, quibus nidum conficit phoenix, ut aiunt Poëtæ, quæ vera esse negat Plinius lib. xii. cap. 19. Vide lib. v. Epig. 7.

3 *Plumbea*] Redoles unguenta, quæ vasis plumbeis in umbra, teste Plinio lib. xiii. cap. 2. concoquebantur. *Nicerotiana* dicuntur a Nicerote unguentario, de quo lib. x. Epig. 38. et lib. xii. Epig. 66. Alii, *Niceroniana*.

5 *Nil olere*] Cur malit nihil olere, explicuit Poëta lib. ii. Epig. 12. 'Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Posthume, semper: Posthume, non bene olet qui bene semper olet.'

## LVI.

## IN CHARIDEMUM.

Quod tibi crura rigent setis, et pectora villis;  
Verba putas famæ te, Charideme, dare.

## NOTÆ

1 *Quod tibi crura, &c.*] Crura et pectus hispida setosaque præ se ferendo, putas te contra iturum et decepturum famam quæ de tua mollitie increbuit.

Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto,  
Teque pilare tuas testificare nates.

Quæ ratio est? inquis: scis multos dicere multa.

5

Fac pædicari te, Charideme, putent.

5 Pulmanni codex: *scis multos dicere multis*. Vide Turneb. lib. xxv. cap. 37.—6 *Pharideme* Junt. an. 1512.

## NOTÆ

3 *Extirpa, &c.*] Lib. II. Epig. 29. cunt Græci eleganter.  
vers. 6.

5 *Dicere multa*] Loqui varia de tua  
turpitudine. Πολλὰ καὶ παντοῖα δι-

6 *Fac, &c.*] Hanc quasi levioris  
criminis suspicionem oppone illi gra-  
viori, quod te suspicantur φουσιῶσιν.

## LVII.

## IN PHŒBUM.

MENTIRIS fictos unguento, Phœbe, capillos,

Et tegitur pictis sordida calva comis.

Tonsorem capiti non est adhibere necessum:

Radore te melius spongia, Phœbe, potest.

O *Phæbe*, unguento dissimulas falsas comas, et turpis calva operitur picta  
casarie. Non est opus admovere tonsorem capiti. O *Phæbe*, spongia potest radere  
te melius.

In *Phæbum tegentem calvâ capillis* inscribitur in Beverlandi Ms.—1 *Pro*  
*fictos* legendum esse *tactos* conj. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 740. *fictos* tamen  
defendi posse, putabat Oudend. ad Lucan. x. 491. Emendationem Heinsii  
firmat codex Thuan. qui *factos* habet: forte tamen e recepta non inutiliter  
*fictos* elliceret, quod (hoc modo, *fictos*) exhibet Juntina nostra in margine.—  
2 *Et tegitur fectis* conj. Ant. de Rooy. 'Vult Poëta,' inquit ille, 'Phæbum  
tegi calvâ sordidâ galero, et hoc modo mentiri capillos unguento tactos.—  
3 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. *adhibere necesse*.

## NOTÆ

1 *Mentiris fictos*] Turnehus lib. xxv.  
cap. 27. Olim qui erant toto capite  
calvi, sibi solebant unguento perfusi  
velut fila capillorum imitari. Vide  
Epig. 74. infra.

4 *Radere te*] Hoc est, abstergere  
pictos crines, et delere potest spon-  
gia. *Radere* non dicitur proprie nisi  
de novacula.

## LVIII.

## AD AULUM PUDENTEM.

CERNERE Parrhasios dum te juvat, Aule, Triones

Cominus et Scythici sidera pigra poli;

O *Aule*, dum tibi placet cominus spectare Triones Parrhasios, et tolerare astra

O quam pæne tibi Stygias ego raptus ad undas

Elysiae vidi nubila fusca plagæ !

Quamvis lassa, tuos quærebant lumina vultus,

5

Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.

Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores

Stamina, nec surdos vox habet ista Deos ;

Sospite me sospes Latias reveheris ad urbes,

Et referes pili præmia clarus eques.

10

*Poli Scythici ; O quam fere ego tibi raptus ad undas Stygias spectavi atra nubila regionis Elysiae ! Oculi, licet graves, quærebant tuos vultus, et gelido ore sapissime loquebar de illo Pudente. Si lanificæ sorores trahunt mihi stamina non nigra, nec ista vox pervenit ad surda Numina ; me salvo salvo remeabis ad urbes Latii, atque eques illustris reportabis præmia primipili.*

2 *Scythici sidera ferre poli* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junjan. Pulman. Lang. Delph. &c. *Getici sidera pigra poli* Beverlandi Ms. cum aliis codd.—4 *Pro fusca* Pontanus ad Macrob. Saturn. i. 11. tentabat frustra ; sed frustra. Apud Ovid. Met. v. 286. legitur 'Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.' ubi tamen multum variant codd. Ant. de Rooy reponendum hoc Nostri loco censet, *nubila furæ*. 'Furvus' epitheton, quo semper de rebus infernis nosse auctores, dudum monuerant Heins. ad Ovid. Met. iii. 273. et Bronkh. ad Propert. iv. 11. 3. quos vide.—5 *Quamvis lapsa tuos* Beverlandi Ms. *lassa* et *lappos* sæpe permutarunt librarii. Vide Burm. ad Ovid. Trist. ii. 83. et Burm. ii. ad Propert. ii. 15. 7. et iv. 4. 64.—6 Beverlandi Ms. *plurimus ore pudor*.—9 Codex Oxon. penes Farnabium : *reveheris ad oras*.—10 *Pro clarus*, alii *magnus*.

#### NOTÆ

1 *Cernere Parrhasios*] Gellius lib. ii. cap. 21. 'Sed ego quidem cum Lælio et Varrone sentio, qui Triones rustico vocabulo appellatos scribunt, quasi quosdam teriones : hoc est, arandæ colendæque terræ idoneos. Itaque hoc sidus, quod a figura posturaque ipsa quia simile plaustris videtur, antiqui Græcorum *ἀμαξων* dixerunt, nostri quoque veteres, a bubus junctis, Septemtriones appellarunt : id est, a septem stellis, ex quibus quasi juncti triones figurantur.' Vide lib. iv. Epig. 11. et Epig. 25. supra. De Aulo Pudente jam dictum lib. i.

Epig. 32. et lib. v. Epig. 49.

2 *Sidera pigra [ferre]* Alii, *sidera pigra*.

3 *O quam*] Hoc est, quam pæne mortuus sum !

7 *Non pulla*] Quæ mortem minantur, lib. iv. Epig. 73.

10 *Et referes*] Hoc est, primipili, seu primi centurionis legionis honore, et equestribus ornamentis decoratus redibis : qui enim primipilus fiebat, statim in ordinem equestrem ascribebatur, teste Lipsio de Militia Romana lib. ii.

## LIX.

## IN BACCARAM.

Et dolet, et queritur, sibi non contingere frigus

Propter sexcentas Baccara gausapinas:

Optat et obscuras luces, ventosque, nivesque:

Odit et hybernos, si tepuere, dies.

Quid fecere mali nostræ tibi, sæve, lacernæ,

5

Tollere de scapulis quas levis aura potest?

Quanto simplicius, quanto est humanius istud,

Mense vel Augusto sumere gausapinas?

*Baccara maret atque expostulat, se non corripi frigore, propter sexcentas gausapinas: expetit dies nubilos, et ventos, et nives; odit et dies hybernos, si tepuere. O acerbe, quid in te peccarunt nostræ lacernæ, quas levis aura potest auferre ex humeris? quanto simplicius, et quanto humanius illud est, uti gausapinis vel mense Augusto.*

5 Edd. vett. *sæva*: alii *sæve* ut Baccara sit nomen viri: *sene* codex Vaticanus.—7 In edd. vett. *quanto est humanius illud*: in cod. Vaticano: *quanto est humanius illas*.

## NOTÆ

1 *Et dolet, et queritur*] Iste Baccara dolebat hyemem non sævire, ut posset ostentare gausapinas, pennulas nempe villosas, quibus uterentur Romani hyberno tempore frigido. Simili morbo laborabat Zoilus, de quo lib. II. Epig. 16.

3 *Obscuras luces*] Hoc est, cælum nubilum.

5 *Sæve*] Alii legunt, *Sæva*: nomen est fictum, inquit Raderus, seu fæminæ, seu viri: placet accipere pro virili, ne scio an fæminis gestatæ gausapinæ.

7 *Quanto simplicius*] Hoc est, humanius faceres, si aperte fatereris tuum morbum, gausapinas gestando vel media ætate.

## LX.

## DE POMPILLO, AD FAUSTINUM.

REM factam Pompillus habet, Faustine: legetur,

Et nomen toto sparget in orbe suum.

*O Faustine, Pompillus gessit rem feliciter; exolebitur, et diffundet nomen suum*

*De Pompillo* in edd. vett. *Ad Faustinum* in codice Pulmanni. *De Pompillo* in codd. Thuan. et Florent.—1 *Pompillus habet* in iisdem.—3 *Visiporum*

## NOTÆ

1 *Rem factam*] De hoc loquendi sine dubio consecuturum se quod modo dictum lib. I. Epig. 28. et lib. II. Epig. 26. dicitur de eo qui putat optat.

Sic leve flavorum valeat genus Usipiorum,  
 Quisquis et Ausonium non amat imperium.  
 Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur; 5  
 Sed famæ non est hoc, mihi crede, satis.  
 Quam multi tineas pascunt blattasque disert! 10  
 Et redimunt soli carmina docta coci!  
 Nescio quid plus est, quod donet sæcula chartis,  
 Victurus Genium debet habere liber.

*per totum mundum: sic valeat gens mobilis flavorum Usipiorum, et quisquis non facit Imperio Romano. Nihilominus scripta Pompilli dicuntur ingeniosa. At mihi fidem adhibe, hoc non sufficit famæ. Quam multi eloquentes abunt tineas et blattas! Et soli coci emunt versus eruditos! Nescio quid plus est, quod conciliat immortalitatem scriptis, liber victurus debet habere genium.*

codex Thuan.—7 Beverlandi Ms. *plantasque disert*.—8 Codex Vat. *carmina docta joci*.—9 *Nescio quid plus sit* Thuan. *Nescio quid plus est quod donant* Vat.—10 *Victurus sentium* Beverlandi Ms.

NOTE

3 *Sic leve*] Sic valeant hostes populi Romani, ut libri Pompilli; hoc est, utinam sic pereant, ut libri Pompilli peritari sunt. Usipii vero populi sunt Germaniæ Rheni accolæ ex Tacito Hst. iv. qui eos conjungit cum Chattis et Mattiacis; Ptolemæus tamen Usipios ad Istrum ponit. Ita Raderus. Leves dicuntur, quod a Romanis defecissent.  
 5 *Ingeniosa tamen*] Imperitineque censent ingeniosa esse scripta Pom-

pilli: Poëta respondet hoc non sufficere ad consequendam famam.

7 *Blattas*] Vermes qui rodunt libros.

8 *Carmina*] Quibus scilicet piper, pisces, et cetera ejusmodi involvantur.

10 *Genium*] Hoc est, leporem, et gratiam nativam: unde Horatius: 'Tu nihil invita dices faciesve Minerva.'

LXI.

IN INVIDUM.

LAUDAT, amat, cantat nostros mea Roma libellos:  
 Meque sinus omnes, me manus omnis habet.

*Mea Roma celebrat, diligit, et canit nostros libros; et versor in gremio et manu*

Hujus Epigrammatis lectionem nullo modo variant impressi aut manu exarati libri.

NOTE

1 *Mea Roma*] Hoc est, mihi amica et benevola.  
*Delph. et Var. Clas. Martial.*

**Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.  
Hoc volo : nunc nobis carmina nostra placent.**

*omnium. Ecce quidam rubet, pallet, obtupescit, oscitatur, odit. Hoc volo : nunc  
verus nostri sunt nobis iucundus.*

## NOTE

3 *Ecce rubet*] Describit Poëta ani- 4 *Nunc nobis*] Nunc, inquit, mea  
mi motus quibus cruciantur invidi. mihi placent carmina, cum displiceant  
*Oscitat*] Ore hincit, quod signum invidiis.  
est fastidii.

## LXII.

## AD OPIPIANUM.

**AMISIT pater unicum Silanus :  
Cessas mittere munera, Oppiane ?  
Heu crudele nefas, malæque Parcæ !  
Cujus vulturis hoc erit cadaver ?**

*Silanus genitor perdidit unigenum : o Apiane, an moraris mittere dona ? Heu  
acelus inhumanum, atque improba Parcæ ! cui vulturi continget hoc cadaver ?*

\*\*\*\*\*

*Epitaphium ad Apianum* incriptio est in codice Florent. *Ad Apianum* in  
Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Janian. Lang. &c. *Ad Appianum*  
Calderinus. *Ad Oppianum* in codd. Vat. et Thuan.—1 *Silanus* Beverlandi  
Ms.—2 *Oppiane* codd. Vat. Florent. et Thuan.

## NOTE

2 *Cessas mittere*] Iste Apianus, alii ‘Ærico ægre aliquis assidet, proba-  
*Oppianus*, quidam fuit hæreditatum mus : at hoc si hæreditatis causa  
captator, quem carpit Poëta. fecit, vultur est, cadaver expectat.’  
4 *Cujus vulturis*] Seneca Epist. 95.

## LXIII.

## AD MARIANUM.

**Scis te captari : scis hunc, qui captat, avarum :  
Et scis qui captat, quid, Mariane, velit :**

*O Mariane, scis te alluci : nosti avarum esse hunc qui allucit : et nosti quæ sit mens*

## NOTE

1 *Scis te captari*] Marianum hunc 2 *Quid velis*] Nempe tuam mortem,  
irridet Poëta, qui blanditiis et mune- ut possideat tua bona.  
ribus alluci se patiebatur.

Tu tamen hunc tabulis hæredem, stulte, supremis

Scribis, et esse tuo vis, furiose, loco.

Munera magna quidem misit, sed misit in hamo :

5

Et piscatorem piscis amare potest ?

Hiccine deflebit verò tua fata dolore ?

Si cupis, ut ploret : des, Mariane, nihil.

*illius qui allicit : nihilominus tu, o demens, instituisti hunc hæredem ultimo testamento, et vis, o vesane, illum tibi succedere. Misit quidem magna dona, at misit in hamo : et piscis potestne diligere piscatorem ? An hic lugebis tuam mortem verò morore ? O Mariane, si placet ut flect, nihil dones.*

~~~~~

5 *Munera magna tamen in codd. Thuan. Vat. et Florent. et sic in nonnullis edd. Lectionem nostram exhibent edd. vett.—7 Edd. vett. mea fata, improbane Faruabio : codex Pulmanni, tua fata.*

NOTE

5 *Sed misit in hamo*] Vide lib. v. sime risus est. Alli, men.

Epig. 18.

8 *Des nihil*] Vana expectatione delusus tunc vere flebit.

7 *Vero tua fata*] Fictæ erunt ejus lacrymæ ; hæredis enim fletus sæpia-

LXIV.

IN DETRACTOREM.

CUM sis nec rigida Fabiorum gente creatus,

Nec qualem Curio, dum prandia portat aranti,

Hirsuta peperit rubicunda sub ilice conjux ;

Sed patris ad speculum tonsi, matrisque togatæ

Cum nec sis oriundus ex severa familia Fabiorum, nec talis, qualem Curio genuit rubicunda uxor sub ilice frondosa, dum fert prandia ipsi aranti ; sed filius patris

~~~~~

8 *Hirsuta peperit deprensas sub ilice* Beverlandi Ms.—5 *Filius et spemum* codex

#### NOTE

1 *Fabiorum gente*] Studii belli asperrima et nobilissima.

2 *Curio*] M. Curiam Dentatum intellige, de quo Cicero de Senectute : 'In hac vita (rusticana) M. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consummisit extremum ætatis.'

4 *Ad speculum tonsi*] Id est, filius

effeminati patris, qui pilos veliebat ad speculum, mollis Othonis instar, de quo Juvenalis Sat. 1. 'Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis.'

*Matrisque togatæ*] Hoc est, adulteræ : fœminæ enim adulterii convictæ togam ferre cogebantur. Lib. II. Epig. 89.

Filius, et sponsam possit te sponsa vocare ; 5  
 Emendare meos, quos novit fama, libellos,  
 Et tibi permittis felices carpere nugas :  
 Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam  
 Non aspernantur proceres urbisque forique :  
 Quas et perpetui dignantur scrinia Sili, 10  
 Et repetit toties facundo Regulus ore ;  
 Quique videt propius magni certamina Circi  
 Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ :  
 Ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum  
 Non dedignatur bis terque revolvere Cæsar. 15  
 Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva  
 Acrius, et tennes fixerunt pectus Athenæ.  
 Ne valeam, si non multo sapit altius istud,  
 Quod cum panticibus laxis, et cum pede grandi,  
 Et rubro pulmone vetus, nasisque timendum, 20

*tensi ad speculum, et matris togatæ, et cum possit sponsa te appellare sponsam ; tibi facis potestatem corrigendi meos libros quos celebrat fama, et sagillandi felices nugas : has, inquam, ineptias quibus præbere aurem non dedignantur principes urbis et feri, et quæ includuntur in armariis immortalis Sili, et toties ore diſerto repetuntur a Regulo, et commendantur a Sura propinquo Dianæ Aventinæ, qui spectat propius pugnas magni circi: ipse etiam dominus Cæsar sub tanto pondere rerum non aspernatur bis et ter relegere. At tu habes plus ingenti, Minerva poliente tibi iudicium acrius, et subtilles Athenæ informarunt pectus tuum. Dispercam, si non multo altius sapit illud cor, quod cum intestinis laxis, et cum pede grandi, et vetus pulmone*

*Pulmanni.—8 Beverlandi Ms. quis aurem.—12 In eodem, totiens magni.—13 Codex Vat. jura Diana.—17 Codex Pulmanni, fixerunt, sive finxerunt. Hor. ad Pisones: 'quamvis voce paterna Fingeris ad rectum.'—18 Nec valeam, si non multo vult Beverlandi Ms. sapit altius illud codex Pulmanni.—Vide*

## NOTE

5 *Et sponsam*] Quia effœminatus es.

10 *Silii*] De Silio Italico Poëta vide lib. iv. Epig. 14. de Regulo dictum lib. I. Epig. 18.

12 *Quique videt*] Sura Orator clarissimus habitabat in monte Aventino, ubi Diana colebatur, unde poterat despiciere in circum maximum vicinum. Suræ cernit Snetonius in Domitiano cap. 13.

13 *Cæsar*] Domitianus.

16 *Sed tibi*] Tu nempe unus omnium Romanorum sapientissimus.

17 *Fixerunt* [*finxerunt*] Alii minus bene, *finxerunt*.

18 *Ne valeam*] Hoc est, despercam si non plus sapit cor pecudis quod venale circumfert lanus per totam urbem. Legunt alii *Quid cum minus bene*.

20 *Nasisque timendum*] Quia putridum.

Omnia crudelis lanius per compita portat.  
 Audes præterea, quos nullus noverit, in me  
 Scribere versiculos, miseras et perdere chartas.  
 At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor,  
 Vivet, et hærebit, totoque legetur in orbe; 25  
 Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.  
 Sed miserere tui, rabido nec perditus ore  
 Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.  
 Sit placidus licet, et lambat digitosque manusque;  
 Si dolor, et bilis, si justa coëgerit ira, 30  
 Ursus erit: vacua dentes in pelle fatiges,  
 Et tacitam quæras, quam possis rodere carnem.

*corrupto, et metuendum nasis, circumfert ævus lanius per omnia compila. Insuper audes componere in me carmina quæ nemo legerit, et perdere chartas infelices. At si æstus nostræ iræ tibi quid inusserit, durabit, et hærebit, et legetur in toto orbe. Nec Cinnamus arte callida tollet stigmata: at miserere tui, nec miser ore furenti exporiaris fumantem nasum vivi ursi. Quamvis sit tranquillus, et lambat digitos et manus, si impelletur dolore, et bili, et justa ira, ursus fiet: defatiges dentes in pelle mortui, et latens quæras carnem quam possis rodere.*

~~~~~

Turneb. lib. xxv. 27.—20. Thuan. *nasiq; timendum*.—24. *Aut si quid Beverlandi Ms. At si qui codex Thuan. At si quid nostræ tibi bilis inuixerit in codice Florent.*—27. *Sed miserere tui rapto in Beverlandi Ms.*—28. *Fumantem vivi nasum legit Scriverius.*—31. *Codex Pulmanni: in pelle fatigas.*—32. *Et tacitus quæras Ald. Junt. Colln. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. Farnab. &c. Et tacita quæras codd. Vat. et Florent. Et tacitam quæras codex Bodleianus, quod primus restituit Gruterus.*

NOTÆ

24 *At si quid]* Hoc est: At si ego iratus versus in te scripsero, non peribant, tibiq; sempiternam infamiae notam inurent.

26 *Stigmata]* Notas infamiae intellege, quas fugitivorum servorum fronti imprimere solebant Romani.

Cinnamus] Tonsor, de quo lib. vii. Epig. 63.

28 *Fumantem]* Sensus est: Noli me adversus te incitare, aliter iracundum me ursum senties. *Nasum* dixit, quia in naso iræ sedes est: *χολὰ πονὶ βωλὶ κδδῆται, Bilis in nasæ sedet.* Theocritus Idyll. i.

31 *Vacua dentes]* Canes imitare, pellem mortuam rode, me vero vivum ne tangas.

LXV.

AD TUCCAM.

HEXAMETRIS Epigramma facis, scio dicere Tuccam.

Tucca, solet fieri; denique, Tucca, licet.

Non ignoro Tuccam dicere, Scribis Epigrammata Hexametris. O Tucca, hoc

Sed tamen hoc longum est: solet hoc quoque, Tucca, licetque:

Si breviora probas, disticha sola legas.

Conveniat nobis: ut fas Epigrammata longa 5

Sit transire tibi; scribere, Tucca, mihi.

solet fieri: denique, o Tucca, fas est. At nihilominus hoc longum est: o Tucca, hoc etiam solet permitti: si breviora placent, evolvas sola disticha. Paciscamur inter nos, ut liceat tibi praterire longa Epigrammata: mihi facere, o Tucca.

~~~~~

3 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Palman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *solet hoc quoque, Tucca, licere. Scriv. et Gruter. licetque.*

#### NOTÆ

1 *Hexametris*] Superius Epigram- quod utrumque fieri posse docet  
ma ut longum, atque hexametris Poëta.  
scriptum, sane redarguerat Tucca:

### LXVI.

#### DE PRÆCONE PUELLAM VENDENTE.

FAMÆ non nimium bonæ puellam,  
Quales in media sedent Suburra,  
Vendebat modo præco Gellianus.  
Parvo cum pretio diu liceret,  
Dum puram cupit approbare cunctis,  
Attraxit prope se manu negantem;  
Et bis, terque, quaterque basiavit.  
Quid profecerit osculo, requiris?  
Sexcentos modo qui dabat, negavit.

*Paulo ante præco Gellianus vendebat puellam existimationis non nimis integræ, quales versantur in media Suburra. Cum diu æstimaretur parvo pretio, dum vult ostendere omnibus illam esse pudicam, prope se attraxit manu recusantem, atque osculatus est bis, et ter, et quater. Rogas, quid sit ansecutus basio? Qui paulo ante deferebat sexcentos recusavit.*

~~~~~

4 Gronovius conj. *pretio diu licerent.*—9 Beverlandi Ms. *negabit.*

NOTÆ

2 *Quales in*] Suburra urbis erat
regio in qua habitabant meretrices.

6 *Manu negantem*] Puella illa erat
quidem facilis, at instructa arte me-
retricia negabat, quo magis placeret.

7 *Basiavit*] Atque impuro suo ore
tam impuram reddidit puellam, ut
qui modo sexcentos sestertios num-
mos offerret, jam neget.

LXVII.

AD PANNICUM DE GELLIA UXORE.

CUR tantum eunuchos habeat tua Gellia, quæris,
Pannice? vult futui Gellia, non parere.

O Pannice, sciiscitaris cur Gellia habeat tantum eunuchos? Gellia placet subagitari, non autem parere.

Ad Pannicum inscribitur in edd. vett.—1 Codex Thuanens: tua Cælia, et sic v. 2.—2 Gellia, nec parere Beverlandi Ms. et codex Pulmanni.

NOTÆ

2 Non parere] Juvenalis Sat. vi. Ila semper Oscula delectent, &c.
'Sunt quas eunuchi imbelles, ac mol-

LXVIII.

DE MORTE EUTYCHI PUERI.

FLETE nefas vestrum, sed toto flete Lucrino,

Naides, et luctus sentiat ipsa Thetis.

Inter Baianas raptus puer occidit undas

Eutychus, ille tuum, Castrice, dulce latus.

Hic tibi curarum socius, blandumque levamen ;

5

Hic amor, hic nostri vatis Alexis erat.

Numquid te vitreis nudum lasciva sub undis

Vidit, et Alcidaë nympha remisit Hylam?

O Naiades, deplorate vestrum scelus, at deplorate toto Lucrino, atque ipsa Thetis audiat vestram mantiliam. Puer Eutychus periit raptus inter undas Baianas: ille, o Castrice, qui blandus adhærebat tuo lateri. Hic erat particeps tuarum sollicitudinum, et dulce levamentum: hic amor, hic Alexis nostri Poëta. Numquid Nympha petulans te aspexit nudum sub aquis vitreis, et remisit Hylam Her-

2 Naiades in edd. vett. Scribendum Naides; nam altero non sunt usi veteres, nisi ubi quatuor syllabarum eam vocem volvere: Naiades.—3 Alli, re-visit.

NOTÆ

1 Flete nefas] Eutychus puer Castrici aquis Baianis extinctus est, cuius mortem deflet Poëta.

2 Ipsa Thetis] Thetis Nerei filia, et uxor Pelei, pro ipso mari ponitur. Sensus est: Thetis audiat, vel forte ipso experietur vestrum dolorem. Lucrinus vero in Campania, hodie,

Mar morto, vel Lago di Licola.

6 Alexis] Eutychus tibi erat in delictis, ut Virgilio Alexis. Virgil. Ecl. 11.

8 Nympha remisit] Te rapuit Hyla pulchriorem, quem restituit Herculi. Lib. v. Epig. 49.

An Dea foemineum jam negligit Hermaphroditum,

Amplexu teneri sollicitata viri?

10

Quicquid id est, subitæ quæcumque est causa rapinæ;

Sit, precor, et tellus mitis, et unda tibi.

culi? An Dea allecta amplexu viri teneri jam aspernatur foemineum Hermaphroditum? Utut est, quæcumque est causa repentinus raptus; precor ut terra sit tibi lenis et aqua.

NOTE

9 *An Dea*] Salmacis Hermaphroditum Veneris et Mercurii filium amavit. Ovid. Met. iv.

10 *Sollicitata*] Eutychi amplexu. 12 *Sit, precor*] Mortuis bene precandi formula. Lib. v. Epig. 35.

LXIX.

DE BASSA.

Non miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle:

Miror, quod Bassi filia potat aquam.

Non miror, quod tua Bassa bibit aquam, o Catulle: miror, quod filia Bassi bibit aquam.

2 *Bassa filia* Gruterus ex codice Palat. et sic Beverlandi Ms. Ut in matre annu feratur, quod non in filia ævi florentis, quæque et amatoribus parte sua satisfacere deberet, et simul sibi.

NOTE

1 *Non miror*] Oris forte erat impuri hæc Bassa, ut Lesbia, de qua lib. II. Epig. 59. unde merito aquam potabat, qua os impurum purgaret: at

cum esset temulenti Bassi filia, miratur Poëta illam a patre ebrio sic degenerasse, ut aquam biberet.

LXX.

AD MARTIANUM.

SEXAGESIMA, Martiane, messis

Acta est, et, puto, jam secunda Cottæ;

Nec se tædia lectuli calentis

Expertum meminit die vel uno.

O Martiane, Cottæ explevit annum sexagesimum, atque, opinor, jam secundum. Nec meminit se vel uno die sensisse molestias lectuli calentis. Perrexit digitum, et impu-

2 *Cottæ* Beverlandi Ms. —4 *Expertum* minuit in eodem Ms. —7 In quibus-

NOTE

3 *Tædia lectuli calentis*] Hoc est, hæc laborasse; propter quam incalescit lectus.

Ostendit digitum, sed impudicum,	5
Alconti, Dasioque, Symmachoque.	
At nostri bene computentur anni,	
Et, quantum tetricæ tulere febres,	
Aut languor gravis, aut mali dolores,	
A vita meliore separentur :	10
Infantes sumus, et senes videmur.	
Ætatem Priamique Nestorisque	
Longam qui putat esse, Martiane,	
Multum decipiturque falliturque.	
Non est vivere, sed valere, vita.	15

rum Alconti, et Dasio, et Symmacho medicis. Sed nostri anni diligenter revocentur ad calculos, et removeatur a vita meliore quicquid abstulerunt æva febres, aut languor gravis, vel improbi marores; infantes sumus, et senes appaeremus. O Martiane, qui credit longam esse ætatem Priami et Nestoris, multum errat et decipitur. Vita non est vivere, sed bene valere.

dam: At nostri bene computantur. Hæc usque ad vs. 10. male coherere putat Ant. de Rooy: ille corr. A vita meliori separetur. Ceterum tulere valet 'abstulere'; qua notione sæpius hoc verbum simplex capiendum. Virg. Æn. II. 600. 'Ni mea cura resistat, Jam flammæ tulerint.' Sidon. Carm. XIII. 14. 'Nulla tamen fuso prior est Geryone pugna, Uni tergemnum cui tulit ille caput.' Ubi vide Savaro. Adi et Cel. Reitz. de Ambig. Voc. 'fero:' et Cl. Gruner. ad Sedul. lib. I. v. 205.

NOTÆ

5 *Ostendit digitum*] Medium nempe, per contemtum. Lib. II. Epig. 28. Juvenalis Sat. x. 'mediumque ostenderet unguem.'

8 *Et, quantum*] Quot annos abstulerant febres, &c.

14 *Decipitur*] Nam qui diu vivant, ut Priamus et Nestor, qui gravi animi et corporis dolore cruciati sunt, non fruuntur vita longa, sed qui semper sani sunt, et vitam hilarem agunt.

LXXI.

DE TELETHUSA.

EDERE lascivos ad Bætica crasmata gestûs,
Et Gaditanis ludere docta modis;

Thelesina sciens agere gestus lascivos ad sonitus Baticos, et ludere modulationibus

De Thelethusa Beverlandi Ms. De Thelesina in Ald. Junt. Colin. Gryph.

NOTÆ

1 *Edere lascivos*] Eum deridet Poëta, qui vendiderat Thelesinam, vel Telethnsam servam, quam postea ejus amore captus redemit.

Tendere quæ tremulum Pelian, Hecubæque maritum

Posset ad Hectoreos sollicitare rogos;

Urit et excruciat dominum Telethusa priorem :

5

Vendidit ancillam; nunc redimit dominam.

Gaditanis. Quæ posset ad libidinem incendere trementem Pelian, atque excitare maritum Hecuba prope rogam Hectoris. Thelesina adurit et torquet priorem herum; venundedit servam, nunc redimit dominam.

~~~~~

&c. De Telethusa codex Pulmanni.—3 Pelia codex Florent.—4 Codd. Pulman. et Florent. *solicitata*. In aliis *toros pro rogos*.—5 Theletusa codd. Vat. et Florent. Telethusa codex Pulmanni. Thelesina Ald. Junt. Colln. Gryph. &c.—6 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. *redimet*.

#### NOTÆ

*Crusmata*] Hoc est, sonitus, a verbo *apobu, pulso*. *Batica*, hoc est, Hispana; Batis enim Hispaniæ fluvius; hodie, *Guadalquivir*. Puellæ autem Hispaniæ, maxime Gaditaniæ, choreas agebant valde lascivas. Lib. 1. Epig.

42. et lib. v. Epig. 79.

3 Pelian] Senex longævus fuit, Thessaliæ rex, de quo Ovid. Met. vii. Priamus vero maritus Hecubæ fuit, cujus senectus et historia satis nota.

### LXXII.

#### DE CILICE FURE.

FUR notæ nimium rapacitatis

Compilare Cilix volebat hortum :

Ingenti sed erat, Fabulle, in horto

Præter marmoreum nihil Priapum.

Dum non vult vacua manu redire;

5

Ipsum surripuit Cilix Priapum.

*Cilix fur rapacitatis nimium comperta cupiebat furtum facere in horto: at, o Fabulle, nihil erat in horto immenso præter Priapum marmoreum: dum Cilix non vult recerti manu vacua, fur fuit ipsum Priapum.*

~~~~~

Nullam lectionis varietatem in hoc Epigrammate exhibendo produnt exemplaria manu exarata aut excusa.

NOTÆ

1 Fur notæ] Simile est Epig. Græcum Anthol. lib. 11. cap. 25. cum ni-

hil in horto surripiendum inveniret fur, ipsum horti custodem surripuit.

LXXIII.

DE PRIAPO HILARI.

NON rudis indocta fecit me falce colonus :

Dispensatoris nobile cernis opus.

Nam Cæretani cultor ditissimus agri

Hos Hilarus colles et juga læta tenet.

Aspice, quam certo videar non ligneus ore,

5

Nec devota focis inguinis arma geram ;

Sed mihi perpetua nunquam moritura cupresso

Phidiaca rigeat mentula digna manu.

Vicini, moneo, sanctum celebrate Priapum,

Et bis septenis parcite jugeribus.

10

Non imperitus colonus formavit me falce rudi: vides egregium opus dispensatoria. Nam Hilarus notissimus cultor agri Cæretani possidet hos colles et jugera læta. Vide quam bene effecto vultu compaream non ligneus, nec gestem arma . . . comburenda . . . O Vicini, moneo colite sanctum Priapum, atque abstinete a quatuordecim jugeribus.

De Priapo lemma est in edd. vett.—3 Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. cultor notissimus. Codex Florent. cultor ditissimus.—4 Hos hilares in codice Pulmanni. Hos Hilaris codex Florent.

NOTE

- 1 *Non rudis*] De Priapo hortorum qui familiæ rationes dispensat, peculique administrationem habet. Leg. 51. et 62. ff. de Solutionibus.
 2 *Dispensatoris*] Videtur esse nomen peritissimi cujusdam artificis. 8 *Phidiaca*] Lib. III. Epig. 35. de Phidia dictum.
 Alias dispensator servus appellatur,

LXXIV.

AD ESCULANUM.

MEDIO recumbit imus ille qui lecto,

Calvam trifilem semitactus unguento,

Ille qui imus accubat in medio lecto calva trifili calcata unguento, et scalpit ora

- 1 Codd. Florent. et Palat. pro *imus* habent *unus*; quæ duo verba æquissime permutata fuere in codd. vett. Vide Burm. ad Propert. IV. 8. 7. et nos

NOTE

- 1 *Medio recumbit*] In Romanorum singuli ut plurimum tres convivas æcenaculis tres erant lecti, quorum cumbentes capiebant: medius vero

Foditque tonsis ora laxa lentiscis ;
Mentitur, Esculane : non habet dentes.

ampla politis lentiscis, mentitur, Esculane, illi non sunt dentes.

ad Catnll. LXI. 171.—2 *Calvum Triphilem* in edd. vett. *Calvum trisilem* in cod. Pulmanni, qui conj. *tripilem*, a tribus pilis. Codd. Florent. et Vat. *semitatus unguento* : et sic legendum censebat Turnebus. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. *segmentatus unguento*. Gruterus vero dicit legi in codice Palatino: *Calvum similem* ; unde Janus Rutgersius legendum putat: *Calvum Sileni*.—3 Beverlandi Ms. *lassa* pro *laxa*. De his vocibus vide Interpp. ad Propert. iv. 11. 26. et Sil. Ital. vi. 278. Obs. Misc. Tom. iv. p. 389. VV. DD. ad Ovid. Heroid. Epist. II. 123. Petron. cap. 82. Claud. de Laud. Stil. II. 145. et III. 228.—4 Ant. de Rooy distinguendum putat: *Mentitur, Esculane, non habet, dentes. Mentitur dentes* ut supra Epig. 57. 'Mentiris fictos unguento, Phæbe, capillos.'

NOTÆ

lectus aliis erat honoratior, et medius locus in medio lecto omnium honoratissimus ; tribus ergo uno in lecto recumbentibus summus dicebatur, qui ad caput lecti recumbebat, imus vero qui ad pedes recumbentis in medio accubabat. De his fusc Lipsius lib. III. antiquarum lectionum.

2 *Calvum trisilem*] Hunc locum explicat Turnebus lib. xxv. cap. 27. Ille enim, inquit, etiam unguento comam sibi in capite calvo pinxerat, et effinxerat: sed quæ trium florum esset, et capillorum: vel calvam haberet, cui reliqui essent tres capilli.

Et cum in capite sulcos duxisset unguenti lituris, et veluti vias secuisset, *semitatus* dixit. Quæ est antiquorum librorum scriptura : ut mirer quid sit quod et contra sententiam, et versus rationem multi *segmentatus* et defendant, et declarent. Judicet lector. Legunt alii, *semitactus*: tangere quippe est oleo ungere ut aiunt. Porro *segmentatum* illud dicitur quicquid ex tenuissimis segmentis vermiculatum compositum est.

3 *Lentiscia*] *Lentiscia* arbor est cujus frondea cuspidē dentium sordes purgabant.

LXXV.

IN PONTIAM.

CUM mittis turdumve mihi, quadramve placentæ,
Sive femur leporis, sive quid his simile ;

Cum ad me mittis turdum, aut frustum placentæ, aut femur leporis, aut aliquid

1 In edd. vett. Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. *turdumque*.—2 Beverlandi Ms. *sive quid his simile est*.—4 Codd.

NOTÆ

1 *Quadrante*] Aliquando *quadra* significat mensam. Juvenalis Sat. v. 'aliena vivere quadra.' Hic sumitur pro frusto, nam in quadrata frus-

ta secabantur placentæ. Sic lib. III. Epig. 76. 'Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ.'

Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego nec mittam, Pontia, sed nec edam.

hujusmodi, o Pontia? dicis te misisse tuas buccellas. O Pontia, nec mittam has ad alios, at nec manducabo.

~~~~~  
Beverlandi, Florent. et Thuan. *Has ego non mittam.*

## NOTE

§ *Buccellas*] Hoc est, frusta optimorum ciborum tibi appositorum, quanta nempe bucca capere potest. Alii aliter.

*Pontia*] Forte enim veneno imbutæ sunt illæ buccellæ. Pontia quippe venefica erat improbissima, de qua lib. II. Epig. 34.

## LXXVI.

## EPITAPHIUM FUSCI.

ILLE sacri lateris custos, Martisque togati,  
Credita cui summi castra fuere ducis:  
Hic situs est Fuscus: licet hoc, Fortuna, fateri,  
Non timet hostiles jam lapis iste minas.  
Grande jugum domita Dacus cervice recepit, 5  
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

*Ille custos sacri lateris, et Martis togati, cui fuit commissus exercitus summi Imperatoris: hic jacet Fuscus. Fas est, o Fortuna, hoc confiteri: jam iste lapis non metuit minas hostium. Grande jugum impositum est subactæ cervici Daci, et umbra victrix tenet sylvam subditam.*

~~~~~  
§ *Grande jugum domita* Ald. Junt. et Colin. *Grande jugum famula* Juntina nostra in margine. Sic lib. v. Epig. 3. 'Accola jam nostræ Degis, Germanice, ripæ, A famulis Istri qui tibi venit aquis.' Sed *famulum* occurrit versu sequenti.

NOTE

1 *Ille sacri*] Domitiani Præfectus Prætorii.

Martis togati] Domitiani in urbe residentis, et per duces bellum gerentis, qui idcirco togatus dicitur. Vel Martis togati custos dicitur, quod Prætorianæ cohortis esset Præfectus, quæ nempe urbis muros custodiret.

§ *Hic situs est*] Fusci meminit Suetonius in Domitiano cap. 6. Ad Fus-

cum est lib. VII. Epig. 27. cujus cineres sane Romam allati fuerant.

Licet hoc] O fortuna, quæ Fusco invidisti, invita tamen fateri debes, Fuscum licet mortuum, cui sane in Dacia tumultus fuerat erectus, jam non timere hostes victos, unde umbra victrix dicitur. De Dacia sæpius dictum.

LXXVII.

IN AFRUM.

CUM sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus ;
 Tam juvenis, quam nec Parthenopæus erat ;
 Tam fortis, quam nec, cum vinceret, Artemidorus :
 Quid te Cappadocum sex onns esse juvat ?
 Rideris, multoque magis traduceris, Afer, 5
 Quam nudus medio si spatieri foro.
 Non aliter monstratur Atlas cum compare ginno ;
 Quæque vehit similem bellua nigra Libyn.
 Invidiosa tibi quam sit lectica, requiris ?
 Non debes ferri mortuus hexaphoro. 10

Cum sis tam inops, quam nec erat infelix Irus; tam juvenis, quam nec Parthenopæus; tam robustus, quam nec Artemidorus, cum vinceret; cur placet gestari a sex Cappadocibus? Irrideris, o Afer, et multo majori es ludibrio, quam si nudus ambulares medio foro. Non aliter ostenditur Atlas cum mulo compare, et nigra bellua quæ portat Libyn. Rogas, quantum odium tibi conciliet lectica? Ne mortuus quidem debes gestari hexaphoro.

Ad Afrum mendacem Beverlandi Ms.—1 In eodem: quam nec miserabilis Iros.—5 Aper codex Florentinus. Apher in edd. vett.—7 Codex Vat. cum compare mulo. Codex Pulmanni, cum aliis vett. membranis: cum compare gibbo. In edd. vett. cum compare mulo. Lectio nostra debetur Scriverio. Vide Var. Notas.

NOTÆ

1 *Irus*]. De quo lib. v. Epig. 40. Arrogantem et mendicam Afrum carpit, qui lectica perinde ac si ditissimus veheretur.

2 *Parthenopæus*] Juvenis pulcherrimus simul et fortissimus, quem celebrat Statius Theb. iv.

3 *Artemidorus*] Pugil forte vel gladiator.

4 *Cappadocum sex*] Hoc est, Quid gestaris a sex servis e Cappadocia?

5 *Traduceris*] De hoc verbo vide quæ diximus lib. Spect. Epig. 4.

7 *Monstratur Atlas*] Hoc est, si Atlas nanus mulum pumilionem conscendat, ludibrio erit. Sic Angelus Po-

litianus hunc locum explicat Miscell. cap. 23. Pro *cum compare mulo*, legit Scriverius *cum compare ginno*, hoc est, parvulo mulo. Vetus codex habet, *cum compare gibbo*. Cujusdam nani, qui Atlas vocaretur, meminit Juvialis Sat. viii. Sic et Libys seu Afer vulgo ridetur ubi concolorem sibi elephantem conscendit.

10 *Non debes*] Quid sit hexaphorum dictum lib. ii. Epig. 81. Divites mortui efferebantur hexaphoro, pauperes vero sandapila, qua mortuus hic Afer effereendus erat, utpote pauper.

LXXVIII.

AD AULUM, DE PHRYGE LUSCO.

POTOR nobilis, Aule, lumine uno
 Luscus Phryx erat, alteroque lippus :
 Huic Heras medicus, Bibas cavetq :
 Vinum si biberis, nihil videbis.
 Ridens Phryx, oculo, Valebis, inquit.
 Misceri sibi protinus deunces,
 Sed crebros jubet : exitum requiris?
 Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

5

O Aule, Phryx egregius potator erat captus uno oculo, et lippus altero : medicus huic dicit, Vide ne potes vinum : si potaveris, nihil videbis. Phryx ridens dicit oculo suo, Valebis. Statim imperat sibi porrigi deunces, sed frequentes. Rogas eventum ? Phryx hausit merum, oculus virus.

Ad Aulum de Lusco lemma est in edd. vett.—1 Doctor nobilis Beverlandi Ma.—3 Huic dicit medicus, bibas caveto Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Huic eras medicus in quibusdam membranis. Huic Eros medicus conj. Beverlandus. Nostram lectionem restituit Janns Gruterus e codice Palatino.—5 Codex Vaticanus videbis, pro valebis. Ant. de Rooy legit : oculus o / valebis, inquit.

NOTÆ

5 Valebis] Ludit in hoc verbo, 8 Oculus bibit venenum] Nam vino quasi dicat ' sanaberis : ' sed intellige extinctus est oculus. Cetera per se eo sensu, quo lib. v. Epig. 67. hoc est, patent.

peribis.

LXXIX.

AD LUPUM.

TRISTIS es, et felix ; sciat hoc Fortuna, caveto :
 Ingratum dicet te, Lupe, si scierit.

Mæstus es, et beatus ; vide ne Fortuna hoc dicant : si didicerit, o Lupe, te vocabit immemorem.

Hic nullam lectionis varietatem exhibent aut scripti aut impressi libri.

NOTÆ

2 Ingratum] Cum grato et læto plurima, non accipias. animo beneficia, quæ in te contulit

LXXX.

AD CÆSAREM DE ROSIS HYBERNIS.

UT nova dona tibi, Cæsar, Nilotica tellus

Miserat hybernas ambitiosa rosas :

Navita derisit Pharios Memphiticus hortos,

Urbis ut intravit limina prima tuæ.

Tantus veris honos, et odoræ gratia Floræ,

5

Tantaque Pæstani gloria ruris erat.

Sic quacumque vagus gressumque oculosque ferebat,

Tonsilibus sertis omne rubebat iter.

At tu Romanæ jussus jam cedere brumæ,

Mitte tuas messes ; accipe, Nile, rosas.

10

O Cæsar, terra Ægyptia fastosa ad te miserat hyemales rosas ut nova munera : navita Memphiticus contempsit hortos Ægyptios, ubi ingressus est primum aditum tuæ urbis. Tantum erat decus veris, et honor Floræ odorifera, et tanta pulchritudo Pæstani agri. Sic quacumque errans iret aut aspiceret, omnis via rubebat sertis textilibus. At tu, o Nile, coactus dare primas hyemi Romanæ, mitte tua frumenta, atque accipe nostras rosas.

De rosis ad Cæ. missis inscriptio est in edd. vett.—1 'Male primum distichon distinguitur, et explicatur; nam in fine ejus *τελελα προσερχη* ponenda est, ut sensu perfecto: neque exponendum: Ubi tibi allatæ sunt ex Ægypto rosæ hybernæ; sed, Tellus Nilotica miserat tibi rosas hybernas, ut, id est, tanquam dona nova et insolita. Sic finit hæc sententia. Sequitur: At navita Memphiticus, ut intravit Romam, risit hortos Pharios.' Gronovius.—5 *Tantus venit honos Beverlandi Ms.*—7 In eodem: *quocumque vagus.*—8 *Textilibusque sertis Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Junlan. Lang. Delph. &c. Tonsilibus sertis in codd. Thuan. et Florent. Tonsilibus textis in codice Vaticano. Sutilibus sertis legunt alii. Vide Salmasium in Var. Notis. omne subibat iter codex Thuaneus. omne rubeat iter cod. Florent.*

NOTÆ

2 *Ambitiosa*] Propter flores quos hyeme nasci alibi non credebant Ægyptii.

3 *Navita Memphiticus*] Hoc est, ex urbe Memphi, de qua lib. Spect. Epig. 1. Ille scilicet Ægyptius hortos patriæ suæ contempsit, statim atque vidit roseta Romanorum.

5 *Tantus veris honos*] Id est, tanta erat rosarum copia, quibus abundat Pæstanus ager, de quo lib. v. Epig. 38.

8 *Tonsilibus [Textilibus] sertis*] Hoc

est, coronis textis ex rosia. Alii legunt *Sutilibus*: coronas nempe ex rosarum foliis consuere solebant veteres. Vide lib. v. Epig. 65. et lib. ix. Epig. 95. de qua lectione judicet lector.

9 *Cedere brumæ*] Hoc est, cedere rosis quæ hyemis tempore Romæ nascuntur.

10 *Tuas messes*] Frumentis abundat Ægyptus, unde dicta est Relpublicæ Romanæ horreum.

LXXXI.

IN CHARIDEMUM.

IRATUS tanquam populo, Charideme, lavaris :

Inguina sic toto subluvis in solio.

Nec caput hic vellem sic te, Charideme, lavare ;

Et caput, ecce, lavas : inguina malo laves.

4 *Et caput esse lavas* Junt. an. 1512.

NOTE

1 *Iratus tanquam populo*] Tanquam 3 *Nec caput hic, &c.*] Vide lib. II.
volens eos polluere et conspurcare, Epig. 42. argumenti æque puri, et
qui post te in eodem solio loturi sunt. Epig. 56. supra.

LXXXII.

AD RUFUM.

QUIDAM me modo, Rufe, diligenter

Inspectum, velut emtor aut lanista,

Cum vultu digitoque subnotasset,

Tune es, tunc, ait, ille Martialis,

Cujus nequitias jocosque novit,

5

Aurem qui modo non habet Batavam ?

Cum paulo ante quidam velut emtor aut lanista me accurate consideratum subnotasset oculis et manibus, Tune es, tunc, inquit, ille Martialis, cujus lascivias et sales tenet qui modo non habet aurem Batavam? Subrisi parum: et levi nutu fassus

6 In edd. vett. non habet *severam*: in quibusdam codd. non habet *Suevam*: optimæ tamen membranæ: non habet *Batavam*; et sic tres clarissimi Batavi, Junius, Gruterus, et Scriverius. Vide Erasm. in Adag. 'Auris Batava,' et quæ dicemus ad lib. XIV. Epig. 176.

NOTE

2 *Velut emtor*] Cum mangones servos emturi essent, eos diligenter inspiciebant, et manibus attractabant. Lanista magister fuit gladiatorum quos domi habebat, atque instituebat ut illos deinde locaret et venderet.

6 *Non habet Batavam*] Hoc est, rusticam et barbaram; duri quippe et barbari habebantur Batavi, hodie, Hollandi. Alii legunt, *severam*; sed placet prior lectio; nec enim ullam

nationem antiquis suis dotibus spoliare decet, at reddendum unicuique quod suum est. Scriverius legit quidem *Batavam*, sed aliter explicat; exponit nempe sibi gratulari Poëtam, quod legatur ab omnibus Romæ, præterquam a Batavis, qui armis et duriori vitæ assueti, corporis Augusti custodes, non ita curabant jocos istos. Hæc sunt Scriverii verba, de quibus judicet lector.

Delp. et Var. Clas.

Martial.

2 H

Subrisi modice: levique nutu
 Me, quem dixerat esse, non negavi.
 Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
 Respondi: Quia sum malus Poëta.
 Hoc ne sæpius accadat Poëtæ,
 Mittas, Rase, mihi bonas lacernas.

10

sum me esse quem dixerat. Quare igitur, inquit, sunt tibi lacernæ viles? Quia sum vilis Poëta. O Rase, mitte mihi elegantes lacernas, ne hoc frequentius contingat viti.

NOTE

9 *Lacernas*] Vestes quæ togis superinduebantur.

10 *Quia sum malus*] Hoc urbane respondet Martialis; nec enim ideo

tritis lacernis erat indatus, quia malus Poëta, sed propter hoc ipsum, quod 'amor ingenii neminem unquam divitem fecerit,' ut ait Petronius.

LXXXIII.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

QUANTUM sollicito fortuna parentis Etrusco,
 Tantum, summe ducum, debet uterque tibi.
 Nam tu missa tua revocasti fulmina dextra:
 Hos cuperem mores ignibus esse Jovis.
 Si tua sit summo, Cæsar, natura Tonanti,
 Utetur toto fulmine rara manus.
 Muneris hoc utrumque tui testatur Etruscus,
 Esse quod et comiti contigit, et reduci.

5

Quantum cæcis patri debet filio Etrusco iniquo, tantum tibi debet uterque, o summe ducum. Tu enim retraxisti fulmina jacta tua dextera: optarem, ut talis esset natura fulminum Jovis. O Cæsar, si summus Jupiter habent tuam inoleam, manus ejus raro emitteret totum fulmen. Etruscus filius testatur se consecutum hoc utrumque tuo dono, quod et licuit illi esse comiti, et reduci.

6 Heraldus legit: *torto fulmine.*

NOTE

1 *Quantum*] Duo facere Etrusci, pater et filius: ille a Domitiano missus est in exilium, hic patrem sponte comitatus est, cujus reditum tandem impetravit. Vide Statii Sylv. III. et lib. VII. Epig. 40.

4 *Hos cuperem*] Hoc est, Optarem

ut tantam clementiam haberet Jupiter; raro enim fulmen vibraret totum.

7 *Hoc utrumque*] Nempe ipsi fulmine permixtum et comitari patrem, et simul cum eo redire ab exilio. Sic Poëta laudat clementiam Domitianæ.

LXXXIV.

DE PHILIPPO.

OCTAPHORO sanus portatur, Avite, Philippus :

Hunc tu si sanum credis, Avite, furis.

O Avite, Philippus sanus vehitur Octaphoro : o Avite, si tu hunc existimas sanum, inanis.

1 Octaphoro sanus portatur, Avite Beverlandi Ms.

NOTE

1 Octaphoro] Lectica scilicet ab 2 Hunc tu si sanum] Animo nempe; octo servis gestata. Lib. II. Epig. etenim nimis erat arrogantis ab octo servis gestari.

Sanus] Corpore.

LXXXV.

IN MORTEM RUFI CAMONII.

EDITUS est sextus sine te mihi, Rufe Camoni,

Nec te lectorem sperat, amice, liber.

Impia Cappadocum tellus, et numine lævo

Visa tibi, cineres reddit et ossa patri.

Funde tuo lacrymas, orbata Bononia, Rufo :

5

Et resonet tota planctus in Æmilia.

O mi Rufe, te absente edidi sextum librum Musis: nec confidit, o amice, te habere lectorem. A te conspecta impia terra Cappadocum, et Deo avertente restituit genitori tuo cineres atque ossa tua. O Bononia privata tuo Rufo effundit lacrymas, et lamentationes personat in tota Æmilia. Heu qualis pietas, heu

Flet mortem Ruffi lemma est in edd. vett.—1 Seditur en sextus codd. Vat. et Florent. Editur en sextus in quibusdam: Editur en (vel heu) sextus in aliis. sine te mi Rufe camonii Ald. Junt. Colln. et Gryph. mihi Rufe Camoni Beverlandi Ms.—3 Codd. Junii, Pulmanni, et Beverlandi: lumine lævo.—4 Visa tibi cineres sedit Beverlandi Ms. redditur ossa patris in Vaticano. Codex

NOTE

1 Editus est] Est editus a me sextus liber Camonii, Musis, id est, liber carminum. Quæ enim carmine scribantur, Musis carminum præsidibus eduntur. Sic hunc versum explicat Raderus. Alii legunt Rufe Camoni cæsus familiæ meminist Nib. ix. Epig. 76. et 78.

2 Nec te] Quia interliisti.

3 Impia] Cappadoces impii dicuntur a Poëta vel propter pravam indolem, vel propter mortem Ruffi pestilenti Cappadociæ aëre interfecti.

5 Bononia] Italiæ urbs nota, patria Ruffi.

6 Æmilia] De via Æmilia, quæ Bononiam ducit, dictum lib. III. Epig. 4.

Heu qualis pietas, heu quam brevis occidit ætas!

Viderat Alpei præmia quinque modo.

Pectore tu memori nostros evolvere lusus,

Tu solitus nostros, Rufe, tenere jocos.

10

Accipe cum fletu mœsti breve carmen amici,

Atque hæc absentis thura fuisse puta.

quam brevis ætas perii! Paulo ante spectaverat quinque præmia Alpei. O Rufe, tui moris erat legere nostros ludos, et memoriter scire nostras facetias. Accipe cum lacrymis brevem versum amici tristici, atque existima hæc fuisse thura absentis.

Pulmanni: reddit et ossa patris.—8 Codd. Palat. Vat. et Florent. præmia quanta. cod. Thuan. præmia quinta. Beverlandi Ms. præmia quarta; et sic legit Gruterus.—10 Tu solitus totos codex Pulmanni; et sic Gruterus.

NOTE

8 *Viderat Alpei*] Poëta intelligit Olympica certamina, quæ ad Alphenum amnem, cujus fons in Arcadia, quarto quoque anno celebrabantur teste Suida; atque ita sensus est:

Rufum interiisse viginti annos natum, vel forte viginti quinque, si Olympiadem pro lustris intelligat Poëta, ut lib. vii. Epig. 40.

LXXXVI.

IN BIBENTES AQUAM CALIDAM.

SETINUM, dominæque nives, densique trientes,

Quando ego vos, medico non prohibente, bibam?

Stultus, et ingratus, nec tanto munere dignus,

Qui mavult hæres divitis esse Midæ.

O Setinum, et nives jucunda, et densi trientes, quando ego vos potabo, medico non vetante? Qui mavult succedere locupleti Midæ, demens est, atque immemor, nec

In Bibentes aquam inscriptio est in edd. vett.—6 Scriverio debetur: *Et potet*

NOTE

1 *Setinum*] Vinum nobile e Setia Campaniæ oppido.

Dominæ nives] Optatæ, quibus scilicet vinum refrigeratur: vocat autem nives dominas, quod illum allicerent traherentque. Lib. v. Epig. 65.

Densique trientes] Hoc est, frequen-

tes: triens vero quatuor cyathos continet.

4 *Qui mavult*] Possidere divitias Midæ regis Phrygiæ ditissimi, Ovid. Met. xi. quam bibere Setinum nivibus refrigeratum, ille stultus est, atque in Deos ingratus.

Possideat Libycas messes, Hermumque, Tagumque, 5
Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

dignus tanto dono. Qui mihi commendat aquam calidam, bibit illam, et fratur messibus Africa, et Hermo, et Tago.

calidam, qui mihi liest, aquam. Quod et tentabat Turnebus, agnoscit Gronovius; et tandem testatur codex Thuanus. Verbum 'livere' nonnunquam accipiendum pro 'invidere.' Tacit. Ann. XIII. cap. 42. ubi vide Cel. Ernest. Nostr. infra lib. x. Epig. 37. et Gevart. Lect. Papin. cap. 18. Editio illa, quæ Amstelodami ex Museo Scriverii prodiiit an. 1650. paulo aliter distinguit; nempe hoc modo: *Et potet calidam, qui mihi liest aquam.* Quod si non errore operarum, sed ex mente Scriverii factum; an aqua nivata magis aqua dicenda, quam calida? vel, an aqua calida, quia calida erat, aqua esse desinebat? quis hoc statuat? *Et potet calidam, qui mihi laudat aquam* in edd. vett. *Et potet caldam* cod. Thuan. et Beverlandi Ms. *qui mihi libet aquam* codex Pulmanni: *qui mihi libet aquam* Florent. 'Πολυέλλας' est illud *liet*, cui suffragantur etiam cod. Thuan. in quo *caldam* melius, pro *calidam*. Pejor est, immo nullius numeri aliorum lectio, *laudat*, quam apud G. Chr. Gebauerum quoque reperi libro 'De calidæ et caldi apud Veteres potn,' Lipsiæ 1721. 8vo. C. II, p. 20. carbonem pro thesauro; magnum enim quidpiam ab eo expectaveram. Sic scribit Anon. in Epist. Crit. ad Ant. de Rooy. 'Conjeci num forte levi mutatione legendum sit: *Possideat Libycas messes, Hermumque, Tagumque: Nec potet, calidam qui mihi laudat aquam.* Vides, si hoc modo legas, imprecationem esse, longe vehementissimam, et propius præcedentibus respondentem? Misdæ sortem imprecatur calidam laudantibus. Ita nec in et transisse deprehendit Salmas. ad Flor. IV. 2. 67. Et contra in *Nec*, recte vidit Scriv. infra lib. x. Epig. 2. *Nec* h. l. resolvendum in 'et non;' id quod sententiam nonnunquam requirunt. Vide Gronov. Obs. lib. III. cap. 7. et 11. et Gell. lib. II. cap. 2. Ant. de Rooy. *Et potet calidam, qui mihi libet, aquam* invenio in editione Calderini: *libet* interpretatur 'propinat.'

NOTE

5 *Libycas messes*] Hoc est, Africanos agros frumentis abundantes, et Hermum Asiæ, et Tagum Hispaniæ amnes auriferos habeat Medicus, vel quilibet alius, dum modo aquam calidam potet; mihi vero pauperi vnum bibendum relinquat.

6 *Qui mihi liest* [*laudat*] Turnebus

lib. xxv. cap. 27. Reperio, inquit, in veteribus, *qui mihi libet*, ut sit, ne liberaliter quidem præbet, sed ministrat parce et maligne, ut si libaret, et tamen laudat, nos quoque laudamus. Alii *liet*, hoc est, invidet: *Et potet calidam, qui mihi liest, aquam.*

LXXXVII.

AD CÆSAREM.

Di tibi dent, et tu, Cæsar, quæcumque mereris:

Di mihi dent, et tu, quæ volo, si merui.

O Cæsar, a te, atque a Diis consequaris quæcumque mereris: consequar a te atque a Diis, quæ cupio si dignus sum.

Hujus Epigrammatis lectio non variat in libris impressis aut scriptis.

NOTE

1 *Di tibi*] O Domitiane, non indiges ab aliis quam a te ipso atque a Diis quicquam expectare, cum omnium mortalium ditissimus, et ipse Deus sis. Ego vero a Diis atque a te consequar, quæ meritus sum.

LXXXVIII.

AD CÆCILIANUM.

MANE salutavi vero te nomine casu:

Nec dixi dominum, Cæciliane, meum.

Quanti libertas constet mihi tanta, requiris?

Centum quadrantes abstulit illa mihi.

Forte mane salutavi te vero nomine: nec appellavi meum dominum. O Cæciliane, regis quanti constet mihi tanta licentia? illa me privavit centum quadrantibus.

Ad Sæcilianum lemma est in codice Florent. et versu 2. Sæciliæ. meum.—
3 *Quanti libertas constat tibi codex Pulmanni.*

NOTE

4 *Centum quadrantes*] Clientes vocabant patronos, quos colebant, dominos, a quibus solebant consequi centum quadrantum sportulam, quam amisit Martialis, cum forte salutasset Cæcilianum, nec dominum appellasset.

LXXXIX.

DE PANARETO POTORE.

CUM peteret seram media jam nocte matellam

Arguto madidus pollice Panaretus:

Spoletina data est, sed quam siccaverat ipse:

Nec fuerat soli tanta lagena satis.

Cum Panaretus ebrius digito crepante posceret seram matellam media jam nocte: Spoletina porrecta est, at quam exhausserat ipse: nec tanta lagena suffecerat illi soli.

1 *Cum peteret seram codex Pulmanni.—*4 *Codex Thuan. tanta lagena: codex Florent. tote.*

NOTE

1 *Matellam*] Vas ad effundendum lotium. 111. *Epig. 80.*

2 *Arguto pollice*] Crepitu nempe in urbe Umbræ ficta erat, vel quæ digitorum poscebatur matella. Lib. plena esset vine Spoletino.

Ille fide summa testæ sua vina remensus,
 Reddidit œnophori pondera plena sui.
 Miraris, quantum biberat, cepisse lagenam?
 Desine mirari, Rufe: merum biberat.

5

Ille summa fide remensus testæ sua vina restituit pondera completæ sui œnophori. An miraris lagenam continuisse quantum potaverat? O Rufe, cessæ mirari: potaverat merum.

NOTE

5 *Remensus*] Hoc est, tantum lotii effudit, quantum vini biberat, atque œnophorum seu vas vinarium omnino implevit.

6 *Merum biberat*] Si vinum aqua

dilutum bibisset Panaretus ille, plus lotii, pro ratione aquæ infusæ, effudit, quam lagena capere potuisset: at summa fide remensus est quod exhauserat.

XC.

DE GELLIA.

Mœchum Gellia non habet, nisi unum.
 Turpe est hoc magis, uxor est duorum.

Gellia non habet nisi unum mœchum. Hoc fœdus est, conjux est duorum.

Hic non variant libri, aut calamo enarati aut prelo excusi.

NOTE

2 *Uxor est duorum*] Mariti scilicet et adulteri. Seneca de Beneficiis lib. III. cap. 16. 'Infracta,' hoc est, insulsa, 'et antiqua est, quæ nesciat matrimonium vocari unius adulterium.' Hæc ergo Gellia excusabat se, quod unicum haberet mœchum:

Pœta vero probat hoc illi turpius esse, quam innuptæ plures habere mœchos. Etenim repugnat unam feminam duorum esse conjugem, quod tamen contingit, cum unum habeat mœchum.

XCI.

IN ZOILUM.

SANCTA ducis summi prohibet censura, vetatque
 Mœchari: gaude, Zoile, non futues.

2 *Zoile, non futuis* in nonnullis edd. vett.

NOTE

1 *Sancta duci*] Vide Epig. 2. 4. et 7. supra.

2 *Gaude, Zoile*] Zoilum non debere graviter ferre a Domitiano promulga-

tam legem adversant adulteros dicit, quoniam ipse non sectabatur mulieres, sed fellabat. Lib. III. Epig. 81.

XCII.

IN AMMIANUM.

CÆLATUS tibi cum sit, Ammiane,
Serpens in patera Myronis arte;
Vaticana bibis: bibis venenum.

O Amiane, cum habeas in patera inculptum serpentem arte Myronis, potas vinum Vaticanum, potas toxicum.

In Amianum in edd. vett.—1 Dolatus tibi cum sit Amiane Beverlandi Ms. Cælatus tibi cum sit Amiane in codice Florentino.—2 Myronas in eodem codice; unde Beverlandus legi jussit Myrones.—3 Codd. Florent. et Vat. bibis et venenum, metro obstante.

NOTE

2 *Myronis arte*] Sculptoris nobilis, de quo lib. iv. Epig. 39.

3 *Vaticana bibis*] Quæ erant pessima. Vide lib. i. Epig. 19. Vinum vero Vaticanum, seu toxicum, ut

dixit citato Epigrammate, mire convenit cum serpente expresso in patera, quæ est poculi genus latum ac patens.

XCIII.

DE THAIDE.

TAM male Thais olet, quam non fullonis avari
Testa vetus, media sed modo fracta via.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani Transtiberina cutis.

Thais olet putidius quam vetus amphora fullonis avari, et paulo ante rupta media via. Hircus a coitu recenti, ora leonis, pellis Transtiberina ablata a cane. Pullus

2 Codex Vaticanus: *quæ modo fracta via*. Beverlandi Ms. *via est*.—3 Codex Thuaneus: *non hora leonis*. Beverlandus legi jussit: *non ala leonis*.—4 *Non detracta lacu* margini ascriptum exhibet Juntina nostra: *lacu* interpretor locum putidum ubi Coriarius *dépuarra* madefacit, Anglice, a *tan-plé*. Si cani legen-

NOTE

1 *Quam non fullonis*] In trivis amphoras collocabant fullones ad excipiendum lotium, magnum vero pretium pro vestibus purgandis exigebant: quam ob causam, ut putat Raderus, avari dicuntur. Camolorum 'urinam fullonibus utilissimam esse tradunt,' inquit Plinius lib.

xxviii. cap. 8.

3 *Non ab amore*] Vide lib. iv. Epig. 4. Plinius lib. xi. cap. 53. Animæ leonis virus grave.

4 *Transtiberina*] Vide lib. i. Epig. 42. in regione urbis trans Tiberim sordida exercebantur opera.

Pullus abortivo nec cum putrescit in ovo,
 Amphora corrupto nec vitiata garo. 5
 Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
 Deposita quoties balnea veste petit:
 Psilothro viret, aut acida latet oblita creta :
 Aut tegitur pingui terque quaterque faba. 10
 Cum bene se tutam per fraudes mille putavit,
 Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

cum corrumpitur in ovo abortivo, amphora rupta putrido garo. Quoties veste abjecta adit balnea, ut fraudulenta commutat hanc graveolentiam alio odore; nitescit psilothro, aut delitescit delibuta creta acida, aut ter et quater operitur faba optima. Cum credidit se bene munitam per mille dolos, cum molita est omnia, Thais olet Thaida.

dum, intellige *δέψα* caninum; aliter enim interpretantur.—6 Codex Pulmanni: *nec vitiata cado*.—9 *Psilothro viret* Junt. an. 1512. *Psilothro nitet* in aliis vet. *nitet* et *viret* vix distingui possunt in codd. Ex Juntinæ lectione *viret* nullo negotio fit lectio nostra, quam satis firmat codex Thaneus. *aut acida latet* idem Thuan. *aut acida nitet* Beverlandi Ms.—10 *Aut tegitur pista* in eodem Ms.—11 *Cum bene securam profert* idem Beverlandus.

NOTÆ

5 *Pullus abortivo ovo*] Nec pejus olet pullus abortivus in ovo putrido.

6 *Garō*] Quod ex intestinis et sanguinescombrorum conficiebatur. Lib. xiii. Epig. 102.

9 *Psilothro*] Unguentum, de quo lib. iii. Epig. 74.

Aut acida] Id est, creta aceto ma-

cerata, qua faciem oblinebat Thais.

10 *Faba*] Unguento facto ex farina fabarum, quod lomentum vocari putat Domitius lib. iii. Epig. 42.

11 *Cum bene se tutam*] A graveolentia scilicet, semper nativum odorem omnium pessimum olet Thais.

XCIV.

DE CALPETIANO.

PONUNTUR semper chrysendeta Calpetiano,
 Sive foris, seu cum coenat in urbe domi.

Semper opponuntur chrysendeta Calpetiano, seu cum coenat foris, seu domi in urbe.

De Calpetiano lemma est in codice Pulmanni. Cetera, nulla est varietas in hoc Epigrammate.

NOTÆ

1 *Chrysendeta*] Quæ sic explicat lib. ii. Epig. 48. Ego vasa gemmata esse puto, quorum gemmæ consertæ et contextæ tenerentur. Turnebus lib. xiv. cap. 3. Vasa doctissimi viri explicant crustis anreis illigata et exornata, ut in Martiale

Sic etiam in stabulo semper, sic coenat in agro.

Non habet ergo aliud? non habet immo suum.

Sic quoque semper cenat in diversoria, sic in villa. An igitur non habet aliud? Immo non habet suum.

NOTE

4 *Non habet*] Interrogat lector: *Immo*] Respondet Poëta: Immo ea Calpetianus ergo non habet alia vasa vasa quibus utitur, non sunt sua, sed matris sumta.
præter chrysendeta?

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATUM

LIBER VII.

I.

AD DOMITIANUM, DE LORICA.

ACCIPERE belligeræ crudum thoraca Minervæ,
Ipsa Medusææ quem timet ira comæ.
Dum vacat hæc, Cæsar, poterit lorica vocari:
Pectore cum sacro sederit, Ægis erit.

O Cæsar, indue servum thoraca bellicosa Minervæ, quem ipsa Dea Medusa etiam irata metueret. Poteris hæc lorica appellari, dum otiosa est: cum munieris sacrum pectus, vocabitur Ægis.

In edd. vett. lemma deest: in aliis inscribitur: *Ad loricam Domitiani.*—
2 *Ipsa Medusa* quo Beverlandi Ms. *quem timet ira Dea* ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman: Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *quo timet ira Dea* Calderinus et codex Bodl. l. e. quo irata Pallas utitur, quem sumit Pallas pugnatura. *quem timet ira comæ* codd. Vat. et Florent. *quem timet umbra comæ* Junt. nostra in margine; quod etiam proposuit Beverlandus. Mart. viii. 55. 'Aurea lunatæ cum stetit umbra jubæ.' Umbra hic est sylva: aliter Gronovius, quem vide in Var. Notis.

NOTE

1 *Accipe*] Hoc Epigramma ad Sarmaticam expeditionem referri videtur, de qua Suet. in Domit. cap. 6.

2 *Ipsa Medusææ*] Alii: *Ipsa Medusa* *quo timet ira Dea*: hoc est, quo irata Pallas utitur, et quo induta ferocior evadit, quam Medusa

dicitur, quod illius ope Medusam interfecerit Persæus. Legant alii: *Ipsa Medusa* *quem timet ira comæ*: hoc est, quem thoraca vel ipsa Medusa serpentibus, quos pro capillis gerebat, munia timeret. Eligat lector.

4 *Ægis erit*] Lorica qua Dii atun-

NOTE

tur, *Ægis* dicitur, quæ est clypeus *Palladis* factus ex *Amalthææ* capræ corio, in cujus medio erat *Gorgonis* caput: quo clypeo si *Numen* aliquod manerit pectus, *Ægis* dicitur, lorica autem, cum illo usus fuerit mortalis. *Cæsar Domitianus* Deus haberi volebat. Sequens Epigramma cum hoc

primo conjunxit *Domitius*, et inscripsit: *Ad lorica Domitiani*: at esse distinguendum contendit *Raderus*: hic enim, inquit, *Cæsarem* ipsum alloquitur, lorica vero sequentibus distichis. Ego cum *Radero* existimo esse novum Epigramma.

II.

AD IPSAM LORICAM.

INVIA Sarmaticis domini lorica sagittis,

Et Martis Getico tergo fida magis:

Quam vel ad *Ætolæ* securam cuspidis ictus

Texuit innumeri lubricus unguis apri.

Felix sorte tua! sacrum cui tangere pectus

5

Fas erit, et nostri mente calere Dei.

I comes, et magnos illæsa merere triumphos,

Palmatæque ducem, sed cito, redde togæ.

O lorica domini impenetrabilis jaculis *Sarmatarum*, et tutior *Getico* tergo *Martis*: quam tutam vel ab ictibus teli *Ætoli* texuerunt politis unguibus multorum aprorum: nacta es felicem sortem, cui licebit tangere sacrum pectus, et calefieri mente *Numinis* nostri. Ito socia, atque illæsa merere magnos triumphos, et quamprimum restitue Imperatorem toga palmata.

Ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Pulman. Lang. aliæ, hoc Epigramma præcedenti conjunctum exhibent. Distinctum præfert *Calderina* editio, quam secutæ sunt *Plant. Junian. Farnab. Schrevel. et recentt.* Hic ergo lorica ipsam alloquitur; superiori tetrasticho *Cæsarem* est affectus. Felicem enim prædicat lorica, quod pectus Dei, i. e. *Cæsaris* attingat, et comes eat in hostes. Inscriptio in quibusdam est: *Ad lorica Domitiani*, ut priori Epigrammate.—3 *Quam vel ad ætholias* *Beverlandi* Ms.—7 In codice *Vaticano*, *merge triumphos*.

NOTE

1 *Invia Sarmaticis*] Vide Epig. superius. *Sarmatia* duplex est, inquit *Ortelius*, *Europæa* et *Asiatica*. *Europæam* *Russiam* hodie vocat, *Asiaticam* vero, *Tartariam*.

2 *Et Martis Getico*] *Mars* Deus belli apud *Getas* colebatur indutus lorica facta ex pellibus animalium.

3 *Quam vel ad*] *Ætolam* cuspidem intellige telum *Meleagri* in *Ætolia*

nati: vel *Ætolam* cuspidem interpretare lanceam, et quidem acutissimam; *Ætoli* enim, inquit *Raderus*, *Plinio* teste, lanceas invenerunt.

4 *Lubricus unguis*] Hæc *Domitiani* lorica erat contexta vel ex laminis æreis aprorum unguibus referentibus, vel forte ex veris aprorum unguibus.

6 *Dei*] *Domitiani*.

8 *Palmatæque*] Hoc est, urbi resti-

NOTÆ

tuo Imperatorem triumphantem: nam erant palmæ, triumphantium erat palmata vestis, in qua nempe depictæ propria.

III.

AD PONTILIANUM.

CUR non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?

Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

O Pontiliane, quare non mitto ad te meos libros? ne tu, o Pontiliane, mittas ad me tuos.

Hic nulla lectionis varietas est in libris calamo exaratis aut typis impressis.

NOTÆ

1 Cur non] Per se patet hoc Epig. Eiusdem argumenti est lib. v. Epig. 74.

IV.

DE OPIANO.

ESSET, Castrice, cum mali coloris,

Versus scribere cœpit Oppianus.

O Castrice, cum Oppianus haberet malum colorem, incepit componere carmina.

De Opiano inscribitur in Ald. Junt. Colin. &c. Mox vs. 2. Opianus in iisdem.

NOTÆ

1 Esset] Oppianus iste, de quo jam chartis impallescere. Persius Sat. lib. vi. Epig. 42. pœsi animum applicuit, ratus, propter pallorem ex v. Horat. i. Epist. 19. 'Decipit exemplar vitilis imitabile: quod si morbo contractum, se habitum iri Pallerem casu, biberent exsangue nobilem Poëtam, quales erant ii qui cuminum.'

V.

AD CÆSAREM DOMITIANUM.

SI desiderium, Cæsar, populique patrumque

Respicias, et Latiae gaudia vera togæ;

O Cæsar, si moveris amore populi et patrum, et vera latitia toga Latia, restitue

Hic nulla lectionis varietas invenienda est in exemplaribus scriptis aut impressis.

Redde Deum votis poscentibus: invidet hosti
 Roma suo, veniat laurea multa licet.
 Terrarum dominum propius videt ille, tuoque
 Terretur vultu barbarus, et fruitur.

5

te Deum vehementibus votis Romanorum: Roma invidet suo hosti, quamvis frequens laurea afferatur. Ille propius spectat dominum orbis; et barbarus terretur tuo vultu, sed fruitur.

NOTE

3 *Latia gaudia*] Hoc est, Romanorum togatorum.

5 *Redde Deum*] Hoc est, Redi in urbem.

Invidet hosti] Quod nempe fruitur

tua præsentiā.

4 *Veniat laurea*] Hoc est, Licet ad nos literæ laureatæ sæpe afferantur, victoriarum, quas ex Sarmatis reportas, nuntiæ. Vide Epig. sequens.

VI.

DE FAMA REDITUS DOMITIANI.

ECQUID Hyperboreis ad nos conversus ab oris
 Ausonias Cæsar jam parat ire vias?
 Certus abest auctor, sed vox hoc nuntiat omnis:
 Credo tibi; verum dicere, Fama, soles.
 Publica victrices testantur gaudia chartæ:
 Martia laurigera cuspide pila virent.

5

Ecquid Cæsar ad nos conversus a regionibus Septentrionis meditatur suscipere iter Italia? auctor manifestus non apparet, at vox omnis nuntiat hunc reditum. O Fama, tibi adhibeo fidem, tui moris est dicere verum. Laureata literæ confrmant publicam lætitiā: pila Martia virescunt cuspide laureata. Roma iterum

~~~~~

3 *Certus adest auctor* exhibet codex Vatiannus.

## NOTE

1 *Ecquid Hyperboreis*] De Sarmatia, regione ad Septentrionem, vide Epig. 2. supra.

3 *Ausonias*] Italas: Italia enim Ausonia dicta est ab Ausone Ulyssis et Calypso filio.

4 *Verum dicere*] Immo falsum dicere solet fama. Virg. *Æn.* iv. 'Facta atque infecta canit.' Tamen videtur Poëta intelligere tunc famam solere dicere verum, cum constanti omnium sermone aliquid celebratur; Domitiani vero reditum omnes renuntiabant. Vel quod facile credi-

mus, quod cupimus.

5 *Victrices chartæ*] Reportata victoria solebant duces Romani vel ad Senatum vel ad principem mittere laureatas literas indices victoriæ, cujus insigne est laurus. Livius Decad. 1. lib. 5. 'Literæ a Posthumio laureatæ sequuntur victoriam populi Romani.'

6 *Martia laurigera*] Milites hastarum et pilorum cuspidem lauro circumdabant in signum lætitiæ ex reportata victoria.

Rursus, io, magnos clamat tibi Roma triumphos,  
 Invictusque tua, Cæsar, in urbe sonas.  
 Sed jam lætitiæ quo sit fiducia major,  
 Sarmaticæ laurus nuntius ipse veni.

10

*clamat io tibi magnos triumphos, atque tua in urbe, o Cæsar, invictus proclamatis. At jam ipse redi renuntiaturus victoriam Sarmaticam, ut sit major securitas nostri gaudii.*

## NOTÆ

7 *Rursus* id] Vox triumphi solennis. Vide Horat. Epod. 9.

## VII.

## AD CÆSAREM DOMITIANUM.

HYBERNA quamvis Arctos, et rudis Peuce,  
 Et ungularum pulsibus calens Ister,  
 Fractusque cornu jam ter improbo Rhenus,  
 Teneat domantem regna perfidæ gentis,  
 Te, summe mundi rector, et parens orbis,  
 Abesse nostris non tamen potes votis.  
 Illic et oculis et animis sumus, Cæsar:  
 Adeoque mentes omnium tenes unus,

5

*O summe moderator mundi, et pater orbis, licet hyemalis Arctos, et barbara Peuce, et Danubius calefactus agitationibus ungularum, et jam ter cornu fracto Rhenus rebellis retineat te vincentem regna nationis perfidiosa: nihilominus nequis remotus esse a nostris votis. Ibi, o Cæsar, adsumus et oculis et mentibus, atque ita,*

2 Codex Vaticanus exhibet: *carens Ister*.—3 *Fractusque cornu jam ter improbus Rhenus* codex Florentinus.—5 *Junctura nostra in margine: te parens*

## NOTÆ

1 *Hyberna*] Vide superiora Epigrammata. Hoc est, Quamvis te longe a nobis bella detineant in regionibus Septemtrionis, nostris tamen mentibus præsens es.

*Rudis Peuce*] Insula magna ad ostia Istri, teste Strabone lib. VII.

2 *Et ungularum*] Vide Ovidium Trist. III. 10. 'Ceruleos ventis latices durantibus Ister Congelat, et tectis in mare serpit aquis. Quaque rates ierant, pedibus nunc itur: et undas Frigore concretas ungula pul-

satequi,' &c.

3 *Fractusque cornu*] Metonymia est: fractum Rhenum dicit pro victis Batavis et Germanis: alludit autem noster Poëta ad flaviorum porana. Virgilius *Æn.* VIII. 'Corniger Hesperidum fluvius reguator aquarum.' Et vide etiam lib. IX. Eplg. 104. 'Cornus Sarmatici ter perfida contudit Istri.'

5 *Adeoque*] Omnes enim a spectaculis avertuntur cum aliquid narratur aut de tuo reditu, aut de tuis victoriis.

Ut ipsa magni turba nesciat Circi  
Utrumne currat Passerinus, an Tigris.

10

tu unus occupas cogitationes omnium, ut ipsa multitudo Circi magni ignoret, utrumne Passerinus currat, an Tigris.

urbis: codex Pulmanni: et parens orbis.—10 Passerinus legitur in codice Palatino. Hæc sunt nomina athletarum. Vide Salmas. ad Solinum.

## NOTÆ

10 *Passerinus, an Tigris*] Ambo cursu pedibusque gloriari? Tigrim vince, certabant, reliquosque longe superabant. Lib. XII. Epig. 36. 'Vis cursu

## VIII.

## DE REDITU DOMITIANI.

NUNC hilares, si quando mihi, nunc ludite, Musæ:

Victor ab Odrysis redditur orbe Deus.

Certa facis populi tu primus vota, December:

Jam licet ingenti dicere voce, Venit.

Felix sorte tua! poteras non cedere Jano,

5

Gaudia si nobis, quæ dabit ille, dares.

Festa coronatus ludet convicia miles,

Inter laurigeros cum comes ibit equos.

O Musæ nunc lata nunc canite, si unquam mihi cecinistis: Deus restituitur victor ab orbe Othrysis. O December, tu primus reddis certa vota populi: jam fas est clamare summa voce, Venit. Beatus sorte tua poteras non dare primas Jano, si nobis pareres latitiam quam pariet ille. Miles coronatus jocabitur contumelias fes-

2 Victor ab Othrysis Plant. Junian. Lang. Delph. alæ. Victor ab Odrysis codex Pulmanni; et sic Ald. Junt. Colin. Gryph. et alæ vett.—6 Gaudia si nobis, quæ dabit ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. et Lang. dabit codex Pulmanni; recte: eo quod Domitianus a subacta Germania non

## NOTÆ

2 *Odrysis* [*Othrysis*] Othrys mons Thraciæ: melius forte legunt alii *Odrysis*. Odrysiæ enim populi sunt Thraciæ, quos aliqui hodie vocant, *Moldavenses*. Claudianus tamen de III. Cons. Honor. 'Othrysium pariter Getico sædavit Hebrum sanguine.'

3 *Certa facis*] Mense enim Decembri literæ Romam sunt allatæ de reditu Domitiani.

5 *Poteras non*] Sensus est: Si mense

Decembri urbem ingressurus esset Cæsar, poterat ille non cedere Januario, a Jano Deo, in cujus honorem multa sacrificia fiebant, sic dicto, Ovid. Fast. I. quo nempe mense Romanus erat rediturus Cæsar.

7 *Festa coronatus*] Triumphum comitari milites lauro coronati, et in ipsum Imperatorem jocosa convicia jacere solebant.

8 *Inter laurigeros*] Ovid. Trist. IV. 2.

Fas audire jocos, levioraque carmina, Caesar,  
Et tibi: si lusus ipse triumphus amat.

10

*tios, cum socius sequetur inter equos laureatos. O Caesar, licet tibi audire ludos, et versus leviores, si triumphus ipse admittit jocos.*

ante Januarium rediturus erat Romam. Vide lib. viii. Epig. 8.—9 Codex Vaticanus, *leviori carmine*.—10 *Sit tibi, si lusus* ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Pulman. Calderin. Lang. Delph. alim. *Et tibi, si lusus* codd. Vat. et Gruteri, qui primus in textum recepit. Janus Rutgersius legendum censet: *Et tibi sit: lusus ipse*.

## NOTE

‘Vinclaque captiva reges cervice 9 *Levioraque*] Hbc est, audire mea gerentes Ante coronatos ire videbit Epigrammata. equos.’

## IX.

DE CASCELIO.

Cum sexaginta numeret Cascelius annos,  
Ingeniosus homo est: quando disertus erit?

*Cum Cascelius natus sit sexaginta annos, solers est: quando erit eloquens?*

*De Cascelio* inscribitur in edd. vet. quæ versu primo exhibent etiam, *Cascelius*: Beverlandi Ma. *Cascelius*.

## NOTE

1 *Cum sexaginta*] Jam senex iste tardius ad discendum eluxisset ejus Cascelius ingeniosus videri volebat, ingenium. quem Poëta irridet, quod nempe

## X.

IN OLUM.

PÆDICATUR Eros, fellat Linus: Ole, quid ad te,  
De cute quid faciat ille, vel ille, sua?  
Centenis futuit Matho millibus: Ole, quid ad te?  
Non tu propterea, sed Matho pauper erit.

*In Olum fugitivum lemma est in Beverlandi Ma.*—1 *Pædicatur Eros* in edd. vet. *Pædicatur Orus* codex Florentinus. Pinus pro *Linus* in codice Vaticano. *Ole quid ad te? De cute quid faciat, &c.* exhibent edd. vet. *Ole, quid ad te De cute quid faciant ille vel ille sua?* legendum censet Salmasius; nam ‘de alieno corio ludere’ proverb. in eos dicitur qui de alieno liberales: sed chameleon non de alieno, sed de suo plana corio ludit, quod ita pro libitu, versipalle habet ac versatile. Vide Turneb. lib. xxiv. cap. 28. *faciunt etiam*

*Delph. et Var. Clas.*

*Martial.*

2 I

- In lucem coenat Sertorius : Ole, quid ad te? 5  
 Cum liceat tota stertere nocte tibi.  
 Septingenta Tito debet Lupus : Ole, quid ad te?  
 Assem ne dederis, crediderisve Lupo.  
 Illud dissimulas, ad te quod pertinet, Ole,  
 Quodque magis curæ convenit esse tuæ. 10  
 Pro togula debes : hoc ad te pertinet, Ole.  
 Quadrantem nemo jam tibi credet : et hoc.  
 Uxor mœcha tibi est : hoc ad te pertinet, Ole.  
 Poscit jam dotem filia grandis : et hoc.  
 Dicere quindecies poteram, quod pertinet ad te : 15  
 Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

\* \* Ole, Sertorius coenat ad diem usque : quid spectat ad te, cum tibi fas sit ardeat et graviter dormire tota nocte? Lupus debet septingenta Tito : Ole, quid ad te? Ne assem quidem donaveris aut credideris Lupo. Ole, taces id, quod spectat ad te, et quod congruit magis tuæ sollicitudini. Debes pro togula, Ole : hoc pertinet ad te. Nullus jam tibi mutuo dabit quadrantem : et hoc pertinet ad te. Habes conjugem adulteram : hoc ad te attinet, Ole. Filia jam grandis petit dotem : et hoc. Poteram quindecies repetere, Quid pertinet ad te? At, Ole, nihil attinet ad me quid facias.

exhibet codex Florentinus.—8 Assem nume dederas crediderasve Lupo? legit Antonius de Rooy.—12 Codex Pulmanni : Jam tibi creditis.—15 Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. et Delph. quid pertinet ad te? Lctionem nostram testatur codex Pulmanni.

## NOTÆ

- 5 In lucem] Suas computationes est pater, cum illam dotare teneatur, protrahit Sertorius. Leg. XIX. ff. de Riti Nuptiarum.  
 7 Septingenta] Sestertia nempe. 15 Dicere quindecies] Sensus est :  
 8 Crediderisve] Nam si nihil Lupo Ole, tam curiosus es in alienis nego-  
 credideris, tunc cura vacabis. tiis, ut pluries repetere potuerim :  
 11 Pro togula] Quam nondum sel- Quid ad te?  
 viasti, et tamen aliorum debita recenseres. 16 Sed quid agas] Poëta obijcerea  
 12 Quadrantem] Hoc est, quartam poterat Olus : Quid tu, o Martialis,  
 assis partem. satagis rerum mearum? Quapropter  
 14 Poscit jam dotem] Filiae debitor illum occupat Poëta,

## XI.

## AD AULUM PUDENTEM.

CŪGIS me calamo manuque nostra  
 Emendare meos, Pudens, libellos.

O Pudens, me cœgis corrigere meos libros calamo et manu propria. O quam. vi.

Ad Pudentem inscriptio est in Ald. Junt. Colln. Gryph. Palman. Plant. Junian. Lang. &c.

O quam me nimium probas, amasque,  
Qui vis archetypas habere nugas?

*miu[m] probas me, et diligis, qui vis habere ineptias autographas!*

## NOTE

1 *Cegis me*] De Pudente jam dictum lib. i. Epig. 32. Nescio an hic idem sit: utut est, Poëtæ erat amicusimus, qui in memoris simul et amicitium argumentum ab illo peteret versas propria ejus manu scriptos et

emendatos, quos Martialis vocat *archetypas nugas*.

3 *Nimium probas*] Nam si in meis versibus aliqua fuerint menda, in librarium culpam reflectere non potero.

## XII.

## AD FAUSTINUM.

Sic me fronte legat dominus, Faustine, serena,

Excipiatque meos, qua solet aure, jocos;

Ut mea nec, juste quos odit, pagina lædit,

Et mihi de nullo fama rubore placet.

Quid prodest, cupiant cum quidam nostra videri,

5

Si qua Lycambeo sanguine tela madent?

Vipereumque vomant nostro sub nomine virus,

Qui Phœbi radios ferre diemque negant?

Ludimus innocui: scis hoc bene: juro potentis

Per genium Famæ, Castalidumque gregem:

10

*O Faustine, dominus ita legat me vultu benigno, et excipiat meos ludos aure qua consuevit; ut mei libri nec offendunt quos jure oderunt, et fama non est grata mihi de rubore cujusquam. Quid jureat, cum quidam velint existimari nostra, si quaedam tela perfunduntur sanguine Lycambeo? atque effundant venenum vipereum sub nostro nomine, qui fatentur se non posse pati radios solis et lucem? Jecurur vocibus innocuis; hoc juro per genium Famæ potentis, et eorum Musarum; et per aures*

3 Ald. Junt. Colin. pagina lesit.—9 *Ludimus innocuis verbis hoc juro* ed. antiquis. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Fulman. Calderin. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. Lectionem nostram testantur codd. Bodleianus,

## NOTE

1 *Sic me fronte*] Hoc est, Sic me legat et amet Domitianus, ut ego nec lædo quos jure odi.

6 *Si qua Lycambeo*] Archilochus Poëta Lacedæmonius versus Iambicos tam acerbos scripsit in Lycambem, quod desponsam ipsi suam filiam negavisset, ut laqueo suspendere se simul cum filia illum coëgerit. Sensus est: Quid prodest occulto poëtæ versus

inordaces et contumeliosos edere, cum omnes noverint candidum meum ingenium? Vide Epist. lib. i.

8 *Qui Phœbi radios*] Qui non audent versus suo nomine edere in lucem.

9 *Innocui: scis hoc bene* [*innocuis verbis, hoc*] Alii legunt: *Ludimus innocui: scis hoc bene*.

Perque tuas aures, magni mihi numinis instar,  
Lector, inhumana liber ab invidia.

*tuas mihi instar Numinis, o lector aliens a crudeli invidia.*

~~~~~

Thuan. et Florent. quam primas restituit Scriverius.—10 *Castalidumque* in codd. Pulmanni, Thuan. Vat. et Florent. *Castalidumque cetum* Iustina nostra in margine, i. e. *cetum*, metro obstante. *cetum* et *gregem* non multum differunt in codd. ob similitudinem litterarum *t* et *e*, et *e* et *g*, caractere Longobardico. Ex mendosa hac lectione facile eruas *chorum*, quod propius accedit ad litterarum tractum in voce *gregem*. Sjo 'Floridum chorus' ap. Ovid. Trist. v. 3. 10. 'Pierii chori' ex Pont. v. 58. 'Naiadum chori' Fast. i. 512. Cf. Fast. v. 80. Nostr. i. 77. vii. 69. xii. 3. et sic passim apud Poetas. 'Grege' proprie dicitur de quadrupedum congregatione, et translate de vili hominum multitudine usurpatur. Cicero tamen et Terent. de hominum numero homo sensu utuntur. Cf. Nostr. ix. 87. et xii. 11. ubi de lectione 'grege' non dubitari potest.

NOTÆ

10 *Castalidumque gregem*] Hoc est, talis sibi atque Apollini sacre Castalides Musarum, quæ a fonte Castalides dicuntur.

XIII.

DE LYCORIDE.

DUM Tiburtinis albescere solibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
Aura valet? parvo tempore nigra redit.

Dum fusca Lycoris audit ebur antiqui dentis album fieri collibus Tiburis, petit Herculeos colles: quid potest aura excolet Tiburis? brevi tempore nigra resertitur.

~~~~~

1 Gruterus ex codice Palat. primus dedit, *albescere solibus*; quicum consentiant codex Florentinus et egregius iste Theom. quem contulit Gronovius. Vide Var. Notas. *albescere collibus* exhibent edd. vet.

#### NOTÆ

1 *Dum Tiburtinis*] De Lycoride      2 *Antiqui dentis*] Id est, vetusti idem est argumentum lib. iv. Epig. eboris.  
62. ubi egimus de oculo Tibertino.

## XIV.

AD AULUM, DE LUCTU SUÆ PUELLÆ.

ACCIDIT infandum nostræ scelus, Aule, puellæ,

Amisit lusus deliciasque suas :

Non quales teneri ploravit amica Catulli

Lesbia, nequitiis passeris orba sui ;

Vel Stellæ cantata meo, quas flevit Ianthia,

5

Cujus in Elysio nigra columba volat.

Lux mea non capitur nugis, nec amoribus istis,

Nec dominæ pectus talia damna movent.

Bis denos puerum numerantem perdidit annos,

Mentala cui nondum sesquipedalis erat.

10

O Aule, ingens flagitium contigit nostra puella : perdidit indec atque ameros suos : non quales deflevit Lesbia blandi Catulli, privata lascivis sui passeris ; vel celebrata a meo Stella, quam ploravit Ianthia, cujus nigra columba volat in campis Elysiis. Lux mea non capitur ineptiis, nec istis delicis, nec cor meum dominæ moveatur talibus jacturis. Amisit puerum natum viginti annos \* \*

De sua Puella lemma est in Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.—5 In iisdem edd. quam flevit Hiantis : Beverlandi Ms. modo quam flevit Ianthia.—7 Codex Florentinus : neque amoribus istis : codex Vat. neque moribus istis ; et sic Gruterus e cod. Palat.

## NOTÆ

1 *Infandum scelus*] Parcarum nempe : Ianthide uxore Stellæ vide lib. vi. ad finem usque Epigrammatis mentem lectoris lepide suspendit Poëta. Epig. 21.

4 *Lesbia*] Vide Catullum Carm. 11. de passere mortuo Lesbia. 6 *In Elysio*] Hoc est, cujus columbæ umbra est apud Inferos, secundum antiquorum opinionem, qui existimabant mortuorum omnium animalium umbras esse in Inferis.

5 *Vel Stellæ cantata*] Id est, columba, de qua lib. 1. Epig. 8. De

## XV.

AD ARGINUM PUERUM IANTHIDOS.

QUIS puer hic nitidis absistit Ianthidos undis,

Et fugit ad dominam Naiada ? numquid Hylas ?

Quis puer hic refugit aquas puras Ianthidos, et fugit ad dominam Naiada ? Num-

Ad Arginum puerum inscribitur in edd. vett.—1 Nonnulli legunt : absistit

## NOTÆ

1 *Ianthidos undis*] De hoc fonte Stellæ erat fons, cujus Nympham a vide lib. vi. Epig. 47. In verbis Violantilla seu Ianthide Stellæ uxore

O bene, quod sylva colitur Tirynthius ista,  
 Et quod amatrices tam prope servat aquas!  
 Securus licet hos fontes, Argine, ministros:  
 Nil facient nymphae: ne velit ipse, cave.

5

*quid est Hyles? O factum bene, quod Hercules colitur in isto nemore, et quod tam prope custodit amatrices undas! O Argine, fas est tutus ministros has undas: Nymphae nihil faciunt: adverte ne ipse cupiat te rapere.*

*Hiantides; et sic est in codice Palmanni.—2 Et fugiet dominam Beverlandi Ms. Naida legit Gronovius, ut est in omnibus vett. Vide ad lib. vi. Epig. 66.—4 Beverlandi Ms. jam prope.—5 Argynas codex Florent.—6 Nil faciunt Nymphae Ald. Junt. Colla. Gryph. Palman. Junian. Plant. Lang. Delph. alim.*

## NOTE

Isanthidem denominat, ad quam Violentillam confugiebat hic servus, ne a Nymphis reperetur. Vide lib. vi. Epig. 21.  
 2 Numquid Hyles] De quo lib. v. Epig. 49.  
 3 O bene] In vicino scilicet nemore colitur Hercules, qui te tuebitur a Nymphis.  
 6 Nil faciunt] Tute potes haurire aquam ex hoc fonte, et ministrare; nec enim hujus fontis Nympham te rapiunt; sed cave ab ipso Hercule.

## XVI.

## AD REGULUM.

ÆRA domi non sunt, superest hoc, Regule, solum,  
 Ut tua vendamus munera: numquid emis?

*Non habeo pecuniam domi, o Regule: hoc unum restat ut vendamus tua dona: numquid emis?*

1 Regule tantum ed. antiquiss. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colla. Calderin. Gryph. Plant. Juniani Lang. Delphi &c. Regule solum codex Palmanni; ut sic Grut. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.—2 Beverlandi Ms. numquid emes.

## NOTE

1 Superest hoc] Nihil quicquam habeo præter munera quæ a te accepta; hoc autem facere dicit Poeta sperans Regulum ea non redempturum, sed liberaliter subventurum sum inopie. De Regulo dictum lib. i. Epig. 14.

## XVII.

## AD BIBLIOTHECAM JULII MARTIALIS.

RURIS bibliotheca delicati,  
 Vicinam videt unde lector urbem;

*O bibliotheca amantis villæ, ex qua lector aspexit propinquam urbem, si quis fas-*

Inter carmina sanctiora si quis  
 Lascivæ fuerit locus Thaliae,  
 Hos nido licet inseras vel imo, 5  
 Septem quos tibi mittimus libellos,  
 Auctoris calamo sui notates:  
 Hæc illis pretium facit litura.  
 At tu munere dedicata parvo,  
 Quæ cantaberis orbe nota toto: 10  
 Pignus pectoris hoc mei tuere,  
 Julæ bibliotheca Martialis.

*rit locus jocosæ Thaliae inter verius sanctiores, collocas licet vel infimis forulis hæc septem libros, quos ad te misimus emendatos calamo sui auctoris: hæc litura constituit illis pretium. Sed tu, o bibliotheca Julæ Martialis, donata parvo munere, quæ cognita celebraberis toto orbe, serva hoc pignus mei amoris.*

1 *Rudis bibliotheca* in codice Vaticano.—5 *Hæc modo licet* in eodem. *insere* vel *uno* codex quidam ap. Beverlandum.—8 *Hoc illis pretium* codd. Vat. et Florent.

## NOTE

1 *Rudis bibliotheca*] Hæc rurs longa sis mejs: carminibus. Vide lib. iv.  
 Janiculi collo recumbebat, ut dictum Epig. 8.  
 est lib. iv. Epig. 64. 5 *Nido vel imo*] Hoc est, vel in ultimo ordine collocas velim.  
 4 *Lascivæ Thaliae*] Hoc est, joco-

## XVIII.

## IN GALLAM.

Cum tibi sit facies, de qua nec foemina possit  
 Dicere; cum corpus nulla litura notet:  
 Cur te tam rarus cupiat, repetatque fututor,  
 Miraris? vitium est non leve, Galla, tibi.  
 Accessi quoties ad opus, mixtisque movemur 5  
 Inguinibus: cunnus non tacet, ipsa taces.  
 Di facerent ut tu loquereris, et ipse taceret:  
 Offendor cunni garrulitate tui.

7. Pulmanni codex: *et ille taceret.*

## NOTE

1 *De qua nec*] Id est, nec ulla femina potest deformitatem notare in tuo corpore. 2 *Nulla litura*] Nec opus est ut lomento rugas uteri condas, quæ nullæ sunt. Vide lib. iii. Epig. 42.

Pedere te mallem : namque hoc nec inutile dicit

Symmachus, et risum res movet ista simul.

10

Quis ridere potest fatui poppysmata cunni ?

Cum sonat hic, cui non mentula mensque cadit ?

Dic aliquid saltem, clamosoque obstrepe cunno :

Et si adeo muta es, disce vel inde loqui.

## NOTE

11 *Poppysmata*] Vox fictitia a sono attrectatio blanda, ut quæ sit ad quo equis necdum domitis blandimur. cicurandum equum. Vide lib. III. Politianus Miscell. cap. 32. demalsio Epig. 72.

## XIX.

## DE FRAGMENTO ARGUS.

FRAGMENTUM, quod vile putas et inutile lignum,

Hæc fuit ignoti prima carina maris.

Quam nec Cyaneæ quondam potuere ruinæ

Frangere, nec Scythici tristior ira freti.

Sæcula vicerunt : sed quamvis cesserit annis,

5

Sanctior est salva parva tabella rate.

*Fragmentum quod credis contentum atque inutile lignum, hæc fuit prima carina maris incogniti ; quæ olim nec potuit frangi ruinis Cyaneæ, nec avariore ira Scythici freti. Victa est sæculis ; et licet cesserit annis, exigua tabella augustior est nave integra.*

3 *Hoc fuit* Beverlandi Ms.—4 Edd. vett. habent, *unda freti* : Pulmanni codex, *ira freti* ; et sic Plant. Junian. Delph. Græc. Scriv. Farnab. Schrevel. et recentt.—5 *Sæcula vicerunt, et quamvis* Beverlandi Ms.

## NOTE

1 *Fragmentum*] Navis scilicet Argus, quod Romæ tunc extabat. De illa nave et Argonautis vide Valerium Flaccum.

2 *Hæc fuit*] Ante Argonautas mare navibus tentatum non fuit, ut canunt Poëtæ.

3 *Cyaneæ ruinæ*] Cyanem seu Symplegades secundum Ptolemæum duc

sunt insulæ, vel saxa adjacentia Bosphoro Thracio, hodie, *Canal de Constantinople*, quæ non sine magno periculo transivissent Argonautæ.

4 *Ira freti*] Hoc est, tempestas Ponti Euxini. Alii legunt, *unda freti*.

5 *Sanctior*] Propter veneratissimam quæ debetur antiquitati.

## XX.

## IN SANCTRAM.

NIHIL est miserius, nec gulosius Sanctra,  
 Rectam vocatus cum cucurrit ad coenam,  
 Quam tot diebus, noctibusque captavit;  
 Ter poscit apri glandulas, quater lambum,  
 Et utramque coxam leporis, et duos armos : 5  
 Nec erubescit pejerare de turdo,  
 Et ostreorum rapere lividos cirros.  
 Buccis placentæ sordidam linit mappam.  
 Illic et uvæ collocantur ollares,  
 Et Punicorum pauca grana malorum, 10  
 Et excavatæ pellis indecens vulvæ,  
 Et lippa ficus, debilisque boletus.

*Nihil est infelicius et gulosius Sanctra, cum invitatus properat ad coenam rectam, quam aucupatus est tot diebus et noctibus; ter petit glandulas apri, quater lambum, atque utramque coxam leporis, et duos armos; nec pulset illum pejerare de turdo, et subducere lividos cirros ostreorum. Dulci placentæ inflectit sordidam mappam. Illic et uvæ ollares, et pauca grana malorum Punicorum apponuntur, et pellis indecens vulvæ exesa, et fœus lippa, et debilis boletus. At cum jam mappa frangitur*

*Dulci placentæ ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Colin. Gryph. Pfiff. Junian. Lang. Delph. alius. Dulcis placentæ Pulmanni codex. Buccis placentæ codex Florentinus, pro 'buccis,' i. e. frustula.—11 Beverlandi Ms.*

## NOTE

2 *Rectam vocatus*] Quam revocaverat Domitianus sublatiis sportulis. Vide lib. II. Epig. 69.

4 *Glandulas*] Vide lib. III. Epig. 81. lambus vero est media pars apri in tres partes divisi.

5 *Utramque coxam*] Coxa posteriorum pedum pars est superior, armus anteriorum.

6 *Pejerare*] Hoc est, cum subduxit turdos, non pudet ipsum jurare sibi non fuisse appositos.

7 *Ostreorum lividos cirros*] Cirri proprie crines sunt, sed hic sumuntur pro sistris ostreorum carnis colorem

referentibus, unde *lividos* vocat. Sensus est: Ab illo bellohone rapi etiam ostrea.

8 *Buccis placentæ* [*Dulci placentæ*] Quam et clam subductam mappa involvebat. Legunt alii *Buccis placentæ*, hoc est, frustis: alii, *Dulcis placentæ*. Videat lector.

9 *Uvæ ollares*] Quæ nempe in ollis servabantur.

11 *Et exesatæ*] Exesa enim carne sola pellis supererat.

12 *Et lippa fœus*] E qua lacteus humor lippitudinis instar fuit.

*Debilisque boletus*] Quia parum du-

Sed mappa cum jam mille rumpitur furtis,  
 Rosos tepenti spondylos sinu condit,  
 Et devorato capite turturem truncum. 15  
 Colligere longa turpe nec putat dextra  
 Analecta, quicquid et canes reliquerunt.  
 Nec esculenta sufficit gulæ præda,  
 Mixto lagenam replet ad pedes vino.  
 Hæc per ducentas cum domum tulit scalas, 20  
 Seque obserata clausit anxius cella,  
 Gulosus ille postero die vendit.

*mille furtis, calido sinu occultat spondylos exesos, nec deinde existimat inhonestum porrecta manu colligere turturam mutilam devorato capite, et frusta, et quicquid reliquerunt canes. Nec præda escaria sufficit belluactioni, vino mixto replet amphoram jacentem ad pedes. Cum hæc omnia portavit domum per ducentas gradus, et sollicitus se abscondit cella clausa, posttridie ille hollus vendit hæc frusta.*

*Et excavata pelvis.*—18 Codex Florentinus: *rumpitur cunis.*—15 *Indevorato capite* Ald. Junt. Collin. Gryph. &c. sed Plant. Junian. et Delph. *Indevorato capite.*—16 Ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt. Collin. Gryph. Lang. Plant. Junian. Pulman. Delph. alim: *nec pudet.* Lectio nostra debetur Doussæ P. probante Pulmanno.—18 *Nec esculentis* Pulmanni codex. *Nec esculentis* Beverlandi Ms. *gula prædari* codex Vat.—19 Codex Florent. *ad pedes mare.*—20 *Hæc per ducentas* in codice Vaticano.

## NOTE

rat, non optimus, inquit Farnabius: frusta intellige, quam servi colligimus immo recisus vel nullo aut debili rent. Lib. xiv. Epig. 80.

*capite, Gronovius.* 19 *Mixto lagenam*] Subdedit etiam 13 *Mille furtis*] Hoc est, esculentis. viam aqua temperatum, quod servi in mappa involutis. ad pedes bibebant.

14 *Spondylos*] Quos puto hic sumi 20 *Per ducentas scalas*] His verbis pro quodam piscium genere, aliis indicat Sanctram istum sub tegulis spondylus est vertebra dorsi. Plin. panperam more habitasse. Lib. i. lib. xxxii. cap. 11. Epig. 118.

15 *Et devorato* [*Indevorato*] Alii 22 *Vendit*] Non belluactionem tantum, sed et Sanctæ avaritiam carpit. *Et devorato. Analecta*] Reliquias et

## XXI.

## DE NATALI LUCANI.

HÆC est illa dies, quæ magni conscia partus,  
 Lucanum populis, et tibi, Polla, dedit.

O Polla, hæc est illa lux, quæ testis magni partus edidit Lucanum populis

## NOTE

1 *Hæc est illa dies*] Quarta scilicet aut tertia Nonas Novembris. Lucani

**Hœu ! Nero crudelis, nullaque inuisior umbra :  
Debuit hoc saltem non ~~hæuissæ~~ tibi.**

*et tibi. Hœu, æroe Nero, nec odiosior propter ullam aliam umbram: saltem hoc non debuit tibi perquisitum fuisse.*

3 In codice Vaticano: nulla est inuisior umbra.

## NOTE

opera commentariis illustravit Lambertus Hortensius, et vitam illius Poëtæ copiose describit.

2 *Polla*] Lucani uxor, quem interfici iussit Nero, quod conjuraverat contra eum Lucanus, cum ab ipso prohiberetur sua Carmina in lucem odere.

3 *Nulla inuisior*] Hoc est, O Nero,

nullius eadēs majus tibi odium conciliavit.

4 *Non hœuissæ*] Interficere tam egregium Poëtam. Videtur ad Neronis dictum respicere, qui multis occisis, nescisse hactenus Cæsarem, quantum Imperatori liceret, dicebat. *Raderus.*

## XXII.

## DE EODEM.

**VATIS Apollinei magno memorabilis ortu  
Lux redivit: Aonidum turba favete sacris.  
Hæc meruit, cum te terris, Lucane, dedisset,  
Mixtus Castaliae Bætis ut esset aqua.**

*Dies revertitur celebrandus magno ortu Poëtæ Apollinei: O Musa, esto te propitiis sacrificiis. O Lucane; cum Bætis te dedisset orbi, hoc auspicius est ut mideretur unda Castalia.*

2 *Aonidum turba favente* Beverlandi Ms. *Aonidum turba* Janus Guilielmus in Pœodol. Plant. Quæst. cap. 6. De harum vocum penetratione sæquenti consule Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 2. Drakenb. ad Sil. Ital. v. 277. XII. 185. et XIV. 209. — 4 *Baccus ut esset* Beverlandi Ms.

## NOTE

2 *Turba favete*] Turba est nomen collectivum, quæpropter verbum ponitur in plurali.

3 *Hæc meruit*] Alii sic explicant: Hæc dies vel propter te, o Lucane, editum meruit, ut Bætis patrius Lucani fluvius numeraretur inter fontes Musarum. Judicet lector.

4 *Bætis*] Cordubæ natus est Lucanus, quæ est ad Bætim Hispaniæ Bæticæ fluvium hodie, *Guadalquivir*; qui fluvius inter fontes Musarum numeratur, quoniam tulit Poëtam Lucanum. De fontē autem Castalia jam sæpius dictum.

## XXIII.

DE EODEM, AD PHŒBUM.

PHŒBE, veni; sed quantus eras, cum bella tonanti  
 Ipse dares Latiae plectra secunda lyrae.  
 Quid tanta pro luce precer? tu, Polla, maritum  
 Sæpe colas, et se sentiat ipse coli.

*O Apollo veni, at quantus eras, cum ipse bella cantanti concederes plectra secunda lyrae Latinae. Quid optabo pro die tam memoranda? tu, o Polla, crebro colas conjugem, atque ille intelligat se coli.*

1 Edd. vett. *bella cantanti*: Beverlandi Ms. *bella tonantis*. Lectionem nostram primus dedit Gruterus.—4 Pulmanni codex: *sensiat ille coli*.

## NOTÆ

1 *Veni*] Nempe ad hæc sacra, quam Virgilio carminis epici gloriam concessisti.  
 facimus natalem Lucani diem celebrantes.

2 *Plectra secunda*] Hoc est, cui Lucano tu ipse, o Phœbe, secundam a  
 3 *Tu, Polla*] Dia vivas, ut maritum sæpius colere possis.

## XXIV.

IN MALEDICUM.

Cum Juvenale meo quæ me committere tentas,  
 Quid non audebis, perfida lingua, loqui?  
 Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes:  
 Thesea Pirithoi destituisset amor.  
 Tu Siculos fratres, et majus nomen Atridas,  
 Et Ledaë poteras dissociare genus.

*O lingua improba, quam experiris committere me cum meo Juvenale, quid non audebis dicere? Orestes odisset Pyladen te excogitante scelus, atque amor Pirithoi destituisset Thesea. Tu valebas disjungere Siculos fratres, atque Atridas sortitos*

*Ad Detractorem lemma est in codice Pulmanni.—1 Cum Juvenale meo quæ me committere tentas Beverlandi Ms.—3 Pyladen odisset Orestem codex*

## NOTÆ

1 *Cum Juvenale*] Hoc est: O lingua, quam tentas contentione et dissidii semina jacere inter me et Juvenalem Poëtam satis notum.

3 *Pyladen*] Horum heroum historia omnibus nota est.

5 *Siculos fratres*] Intellige Amphionum et Anapiam natos Catanzæ, hodie, Catania, in urbe Sicilia, non longe a monte Ætna, quorum plium in parentes amorem refert Strabo lib. vi.

Hoc tibi pro meritis, et talibus imprecor ausis,  
Ut facias illud, quod, puto, lingua, facis.

*maorem famam, et stirpem Leda. Hoc tibi exopto pro meritis, et talibus ausis, ut facias illud quod, opinor, lingua facit.*

Palatinus.—8 Gruterus ex eodem codice legit, *lingua facis*, pro vulg. *lingua facit*: alloquitur enim ipsam linguam.

## NOTE

*Atridas*] Agamemnonem et Memolaum celebriores Siculis istis fratribus.

6 *Leda genus*] Castorem et Pollucem.

8 *Facio* [*facit*] *Alii facia*. Videtur enim alloqui linguam, cui precatur, ut adhæreat rebus turpibus. Lib. 11. Epig. 61.

## XXV.

## IN MALUM PORTAM.

DULCIA cum tantum scribas Epigrammata semper,

Et cerussata candidiora cute;

Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis

Gutta sit; o demens, vis tamen illa legi!

Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti;

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas:

Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit.

*Cum perpetuo componas Epigrammata solum dulcia, et candidiora pelle cerussata; nec aspergantur ulla mica salis, nec gutta fellis amari; o fatue, nihilominus vis illa evolvi! Nec ipse cibus placet destitutus acerbitate aceti; nec vultus arridet, cui deest gelasinus. Trade puero poma mellita, et mariscus insulas: ego enim amo Chiam, quæ acit pungere.*

*In malum Portam, quæ Epigrammata sine turpibus scribit, inscriptio est in Bayerlandi, Ms.*

## NOTE

1 *Dulcia cum*] Insulas, nec imbuta illa mordacitate quæ his versibus convenit.

2 *Candidiora*] Hoc est, in quibus inest semina candidior cerussa, quæ erat eximii candoris. Vide Lib. 1. Epig. 78. Candidus vero album quidem significat, sed et simplex etiam ut sumitur hic.

3 *Nulla mica salis*] Hoc est, nulla urbanitas, nec acerbitas.

5 *Nec cibus ipse*] Acerba enim irri-

tant stomachum, lectorem quoque alliciant sales.

6 *Gelasinus*] Gelasini sunt sulculi qui a ridentibus in ore sunt, inquit Raderus. Robertus Stephanus in suo Thesouro ait: Gelasini sunt lineæ quæ ridendo efficiuntur, et summam gratiam ori conciliant. Gelasini sunt etiam dentes anteriores, qui ridendo nudantur. Gelasinus scurram quoque significat.

7 *Mariscus*] Genus quoddam æcus

## NOTE

insulse; infantibus enim placent. *Hic* hoc est, mihi placet Epigramma dulcia.

3 *Chis*] Ficus nempe acerbi saporis. 23.

## XXVI.

## SCAZONTA MITTIT AD APOLLINAREM.

APOLLINAREM conveni meum, Scazon,  
 Et si vacabit, (ne molestus accedas),  
 Hoc qualecumque, cujus aliqua pars ipse est,  
 Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.  
 Si te receptum fronte videris tota, 5  
 Noto rogabis ut favere sustentet.  
 Quanto mearum, scis, amore nugarum  
 Flagret: nec ipse plus amare te possum.  
 Contra malignos esse si cupis tutus,  
 Apollinarem conveni meum, Scazon, 10

O Scazon, adi meum Apollinarem: licet otiosus sis, ne importunus accedas, trades hoc qualecumque, cujus aliquam partem efficit ipse: aures filium emendent festum hunc versum. Si videris te exceptum toto vultu, rogabis ut te ferat gratia solita. Tenes quanto ardeat studio mearum inceptiarum: nec ipse possum te diligere magis. Si sis ante securus alicuius imprudens, o Scazon, adi meum Apollinarem.

2 *Et si vacabit*, non molestus codex Pulmanni.—3 Beverlandi Ms. *pars ipse est*.—4 Gronovius scribi jussit, *faceta*. Vide Var. Notas.—5 Beverlandi Ms. *nec ipse plus*.—9 In eodem, *esse si voles*.

## NOTE

1 *Apollinarem*] Doctissimum sane virum, de quo lib. iv. Epig. 87. Scazon Iambus est claudicans; in sexto enim pede ponitur Spondens.

2 *Et si vacabit*] Tamen tempus maxime opportunum captabile. *Veneris* impersonale est hic. Virgil. *Æn.* II. 'Sed si tantus auctor casus cognoscere nostros, Et vacet annales nostrorum audire laborum.'

3 *Cujus aliqua pars*] Nam nostri Poëta versus emendabat Apollinarius.

4 *Hoc facetum*] Quomodo *facetum*, quod modo vocabat *qualecumque*? cui modestum latus haudquam convenit. Scribe *faceta*: aures *facetas* vocat ejus qui facetus est, qui scilicet eleganter audire. Hinc Gronovius.

## XXVII.

DE APRO SIBI A DEXTRO MISSEO.\*

TUSCÆ glandis aper populator, et ilice multa

Jam piger, Ætolæ fama secunda feræ,

Quem meus intravit splendenti cuspidē Dexter,

Præda jaces nostris invidiosa focis.

Pinguescant madido tetri nidore Penates,

5

Flagret et exciso festa culina jugo.

Sed coquus ingentem piperis consumet acervum,

Addet et arcano mixta Falerna garo.

Ad dominum redeas : noster te non capit ignis,

Conturbator aper : vilis esurio.

10

O aper castator Tusca glandis, et jam piger multa ilice, fama præcina ab Ætola fera, quem interfecit Dexter fulgenti venabulo, precumbis præda odiosa nostris focis. Penates madidi pinguescant hilari nidore, et culina læta ardeat cæcis lignis. At coquus impendet ingentem cumulum piperis, atque adjunget Falerna mixta interiori garo. Revertaris ad dominum: O aper decolor, non te capiant nostri Laræ. Fames mea constat vilioris.

De Apro a se occiso in edd. vett. Ad Aprum missum codex Pulmanni.—2 Gruterus legi posse credit: Impiger Ætola, &c. Codd. Vatt. et Florent. exhibent: Jam piger Ætolia fama.—3 Edd. vett. splendenti cuspidē cultor; et tunc ad Martialem debet referri.—4 Præda jacet in quibusdam.—5 Codex Pulmanni et Beverlandi Ms. madido læti. Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. madidi læto, vel læto.—7 Sed focus Beverlandi Ms.

## NOTÆ

\* De apro] Legunt alii: De apro a se occiso; et in tertio versu cultor pro Dexter: sed huic lectioni repugnat ultimum distichum: ad Dextrum enim suum amicum videtur remittere aprum, cui condendo non sufficerent sue opes. Alii: Ad aprum missum.

1 Tusca glandis] In agro nempe Tusca aper glandibus sagittatus læta incedebat.

2 Ætola fama] Hic scilicet aper præcinas erat ab ingenti apro-Calydonio, quem in Ætolorum agro immiserat Irata Diana. Vide lib. Spect. Epig. 15.

4 Præda jaces] Alii jacet. invidiosus, hec est major quam ferat mea con-

ditio.

5 Madido tetri [madidi læto] Legunt alii, madido læti: alii madido tetri. Eligat lector. Penates vero Dii sunt domestici sunt propea domo. Sensus est: Læta cena instruat.

6 Exciso jugo] Montis nimirum, id est, cæsa ligna largius reponantur super focum.

8 Addet et arcano] Hoc est, meliori et interiori. De garo dictum lib. vi. Epig. 98. Genus erat liquaminis, de quo iterum lib. xiii. Epig. 102. 'Expirantis adhuc scombræ de sanguine primo, Accipe fastosum, manera cara, garum.'

9 Ad dominum] Dextrum scilicet.

## NOTE

*Noster te*] Nostra culina non habet diendo conturbarentur et decoqu-  
unde te condit; seu in quo apro con- rentur opes mem.

## XXVIII.

## AD FUSCUM.

Sic Tiburtinæ crescat tibi sylva Dianæ,  
Et properet cæsum sæpe redire nemus:  
Nec Tartessiacis Pallas tua, Fusce, trapetis  
Cedat, et immodici dent bona musta lacus:  
Sic fora mirentur, sic te Pallatia laudent, 5  
Excolat et geminas plurima palma fores:  
Otia dum medius præstat tibi parva December,  
Excipe, sed certa, quos legis, aure jocos.  
Scire libet verum: res est hæc ardua: sed tu  
Quod tibi vis dici, dicere, Fusce, potes. 10

*Sic nemus Diana Tiburtina tibi augescat, et sylva amica festinet crescere: nec olea tua, o Fusce, cedant pretis Baticis, atque ingentes cupæ præbeant bona musta: sic fora mirentur, sic palatia commendent te, et multæ palmæ exornent geminas fores: dum medius December concedit tibi brevem quietem, examina, sed aure attende, ludos quos voluit. Placet scire veritatem, hæc est res difficilis: at tu, o Fusce, potes dicere quod cupis dici tibi.*

3 *Tarpestiacis Pallas tua*, &c. codd. Florent. et Vat.—4 Codex Vaticanus: *dent bona vina lacus*.—8 *Excipe et certa* codex Palmanni. *Excipe sed certa* in aliis.—9 *Scire licet verum, res est*, &c. in edd. vett. Alii, *Scire libet verum? res est hæc ardua* ex persona Fuscæ verum pronuntiare subterfugio, ne odium

## NOTE

1 *Sic Tiburtinæ*] Tibure syivam habebat iste Fuscus, doctus sane causidicus, quæ Dianæ utpote memorum præsidis esse dicitur.

3 *Nec Tartessiacis*] Pallas seu Minerva inventrix fuit olivæ pro qua et ipsa sumitur. Sensus est: Nec tua oliveta cedant olivetis Baticis: Bætis vero flavius est Hispaniæ; hodie, Guadalquivir, qui olim dictus est Tartessus, ad quem multæ sunt olivæ, et quidem optimæ: trapæ autem, seu trapetum, est mola olearia, et sumitur pro ipso prelo.

4 *Lacus*] Capæ sunt in quas vinum prelis expressum labitur.

5 *Sic fora mirentur*] Te agantem causas.

*Pallatia laudent*] Hoc est, Imperator ipse te laudet.

6 *Excolat et geminas*] Solebant veteres palmis exornare fores causidicorum, qui in causis agendis vivebant. Juvenalis Sat. vii. 'et tibi lævæ Figantur virides scalarum gloria palmæ.'

7 *Otia dum*] Saturnalium tempore a foro vacabant causidici.

8 *Excipe* [*Excipe*] Hoc est, diligenter examina. Alii *Excipe*.

9 *Scire libet*] Alii, *Scire licet*. Fuscæ oratio esse videtur metuentis verita-

pariat: respondet Poëta: Sed tu mihi dic, quod tibi in pari re dici velles, &c. Vide Epist. lib. XII. et Horat. Epist. ad Pisones sub fine. Cf. lib. VIII. Epig. 76. Lectionem nostram firmat codex Pulmanni.

## NOTE

tem proferre, quæ sapius odium Dic, o Fusce, quod tibi in simili occasione dici velles.

10 Quod tibi vis] Subjungit Poëta:

## XXIX.

## AD TESTILUM PUERUM.

TESTILE, Victoris tormentum dulce Voconî,

Quo nemo est toto notior orbe puer;

Sic etiam positus formosus amere capillis,

Et placeat vati nulla puella tuo;

Paulisper domini doctos seponere libellos,

Carmina Victori dum lego pauca tuo.

Et Mæcenati Maro cum cantaret Alexim,

Nota tamen Marsi fusca Melænis erat.

5

*O Testile, suavis cura Vaconii Victoris, quo nullus notior est toto orbe; sic quoque pulcher diligaris tonsis crinibus, et nulla puella grata sit tuo Poëta; aliquantum remove eruditos libros heri, dum lego paucos versus tuo Victori: cum Virgilius caneret Alexim ipsi Mæcenati, nihilominus fusca Melænis Marsi erat quoque nota.*

1 Testile Victuri codex Pulmanni.—2 Beverlandi Ms. notior urbe puer.—6 In eodem Ms. lego parva tuo.

## NOTE

1 Victoris] Poëtæ qui Testilum Carmina Marsi Poëtæ Virgilio minus suum puerum amabat. politi, quibus ille Marsus puellam

7 Et Mæcenati] De formoso Alexi, quem ardebat Virgilius, elegantissimam Eclogam scripsit ad Mæcenatem, qui tamen non desinebat legere Epigrammata suis Versibus longe inferiora non aspernabitur.

## XXX.

## IN CÆLIAM.

DAS Parthis, das Germanis, das, Cælia, Dacis:

Nec Cilicum spernis, Cappadocumque toros:

1 Das Cattis Ald. Junnt. Colln. Gryph. Das Parthis codex Pulmanni.

## NOTE

1 Das Parthis [Cattis] Tui copiam. Memphi. Lib. Spect. Epig. 1. vers. 1. Alii, Parthis. Pharia urbe futuror]

Delph. et Var. Clas.

Martial.

2 K

Et tibi de Pharia Memphiticus urbe fututor

Navigat, a rubris et niger Indus aquis:

Nec recutitorum fugis inguina Judæorum,

5

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

Qua ratione facis, cum sis Romana puella,

Quod Romana tibi mentula nulla placet?

#### NOTÆ

4 *Rubris et niger, &c.*] A mari Erythraeo, quod cum *Ἐρυθραίων* diceretur Græcis, ab Erythra filio Persæi et Andromedæ, qui ibi regnavit, Latini *Rubrum* verterunt, cujus coloris vel arenas vel undas esse credebant.

Hebr. בָּז, id est, *papyreum*.

5 *Recutitorum, &c.*] Quibus circumcisis succrescit cutis.

6 *Sarmatico, &c.*] Namque Alanos Scythiæ populos in Sarmatia Europæa ponant Plinius et Ptolemæus.

### XXXI.

#### AD REGULUM.

RAUCÆ cortis aves, et ova matrum,

Et flavas medio vapore Chias,

Et foetum querulæ rudem capellæ,

Nec jam frigoribus pares olivas,

Et canum gelidis olus pruinis,

5

De nostro tibi rure missa credis?

O quam, Regule, diligenter erras!

Nil nostri, nisi me, ferunt agelli.

*Putas me tibi misisse de mea villa aves raucæ cortis, atque ova gallinarum, et ficus Chias flavas temperato calore, et rudem foetum gementis capellæ, et olivas jam cedentes frigori, et brassicam canum pruinis frigidis. O Regule, quam data opera*

2 *Et furvas* codex Pulmanni. Lectionem nostram exhibent edd. vet.

#### NOTÆ

1 *Raucæ cortis*] Propter raucum strepitum avium domesticarum, quas describit noster Poëta lib. III. Epig. 57. 'Vagatur omnis turba sordidæ cortis; Argutus auser, gemmeique pavones,' &c.

2 *Et flavas medio*] Hoc est, ficus Chias moderato calore exsiccatus, de quibus supra Epig. XXIV. et lib. XIII. Epig. 23.

3 *Et foetum*] Hoc est, hædillum de

quo sollicita est capella.

4 *Nec jam*] Nec olivas frigore constrictas.

5 *Et canum gelidis*] Hoc est, modo ex horto lectum, atque adhuc gelu constrictum.

7 *O quam*] Dedita nempe opera erras fingens te nescire sterilissimam esse meum agellum. De Regulo dictum lib. I. Epig. 83.

Quicquid villicus UMBER, aut colonus,  
Aut rus marmore tertio notatum,  
Aut Tusci tibi, Tusculive mittunt,  
Id tota mihi nascitur Suburra.

10

*falleris. Agelli nostri nihil ferunt, nisi me. Quicquid villicus UMBER, aut colonus, aut Tusci, aut Tusculi mittunt ad te, aut villa ad tertium lapidem, id mihi gignitur tota Suburra.*

omnes.—10. 11 Hi duo versus transpositi sunt in Ald. Junt. Colla. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. et Delph.—12 In tota Beverlandi Ms. Id tota tibi codex Pulmanni.

## NOTE

10 *Marmore tertio*] Hoc est, rus ad 12 *Nascitur Suburra*] Regio urbis tertium ab urbe militare; singula . erat Suburra, in qua hæc omnia ven- enim miliaria lapidibus notabantur. debantur.

## XXXII.

## AD ATTICUM.

ATTICE, facundæ renovas qui nomina gentis,  
Nec sinis ingentem conticuisse domum;  
Te pia Cæcropsiæ comitatur turba Minervæ,  
Te secreta quies, te sophos omnis amat.  
At juvenes alios fracta colit aure magister,  
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.

5

*O Attice, qui revocas nomina familia diserta, nec pateris illustrem domum esse in oblivione; pia turba Minervæ Atheniensis tibi adhaeret, quies secunda te, omnis sapiens diligit te. At magister instituit alios juvenes aure fracta, atque avarus aleptos*

4 *Te sacra quies* codex Vaticanus. *Te chorus omnis amat* in codice Floren-

## NOTE

1 *Facundæ renovas*] Memoriam nempe Pomponii Attici, cujus vitam scripsit Cornelius Nepos, ad quem Epistolas scripsit Cicero, quæ inscribuntur ad Atticum, quem moribus et doctrina imitabatur hic Atticus.

3 *Te pia*] Hoc est, Græci philosophi tibi semper adherent. Car Minerva Cæcropsia dicatur, vide lib. 1. Epig. 40.

4 *Te secreta quies*] Hoc est, non agis causas, nec ambis magistratus, sed remotus a turba operam das phi-

losophiæ.

5 *Fracta colit aure*] Hoc est, Gymnasiorum exercitor alios juvenes magnis clamoribus instituit: vel *fracta aure* dixit, quod cum exercitor pugilatum doceret juvenes, eorum aures verberibus contundebat. Virgil. *Æn.* v. 'eratque aures et tempora circum Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.' Vide Turnebum lib. xxiv. cap. 28.

6 *Rapit immeritas*] Hoc est, juvenes spoliat pecunia immerita qui-

Non pila, non follis, non te paganica thermis

Præparat, aut nudi stipitis ictus hebes :

Vara nec injecto ceromate brachia tendis ;

Non harpasta vagus pulverulenta rapis :

10

Sed curris niveas tantum prope Virginis undas,

Aut ubi Sidonio taurus amore calet.

Per varias artes, omnis quibus area servit,

Ludere, cum liceat currere, pigritia est.

*rapit immeritam pecuniam. Non pila, non follis, nec paganica præparat te ad balnea, vel retusus ictus nudi stipitis : nec tendis brachia vara injecto ceromate : nec incertus subripis harpasta pulverulenta : at solum curris juxta aquas niveas virginis, vel ubi taurus writur amore Sidonio. Inertia est ludere variis artibus quibus inseruit area, cum fas sit currere.*

tino.—6 *Et rapit innumeras* Turneb. Adverss. xxiv. 28.—9 *Varra nec in lento* exhibet codex Vaticanus. *Vara nec injecto*, i. e. nec lucta obtorques brachia et lacertos quasi varos ; sic Ludovicus Carion. emendavit lib. ii. cap. 9. quod etiam exhibent Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. cum codice Palmanni. *Rara nec injecto* in aliis codd. Vide Turneb. lib. xxiv. cap. 28.—13 *Legitur et, area fervet.* Petrus Scriv. 'areas' intelligit 'vitæ spatia,' ut lib. x. Epig. 24. sed vide Senecæ Epist. 15.

#### NOTÆ

dem, quia operam illis non utilem impendit. Legit Turnebus lib. xxiv. cap. 28. *Et rapit innumeras sordidus unctor opes.* Judicet lector.

7 *Non pila*] Nempe trigonalis. De quatuor pilarum generibus, scilicet de trigonalis, folli, paganica, et harpasta fuse diximus lib. iv. Epig. 19.

8 *Aut nudi stipitis*] In terram figebatur palus, contra quem tanquam adversarium se exercebant tirones. Juvenalis Sat. vi. 247. 'aut quis non vidit vulnera pali, Quem cavat assiduus sudibus scutoque lacessit?'

9 *Vara nec*] Hoc est, nec luctaris: ita vero in lucta athletæ implicabant

brachia, ut vara viderentur. Legunt alii *Rara* minus bene. *Ceroma* autem erat unguentum ex oleo et luto confectum, quo ungebantur athletæ. Vide lib. iii. Epig. 57.

11 *Prope Virginis undas*] Sensus est : Sed exerce te cursu ad aquam Virginem, de qua lib. v. Epig. 21. Vel ad porticum Europæ, ubi depictus erat Jupiter in taurum conversus, qualis per mare in Cretam vexit Europen filiam Agenoris, qui Sidonem condiderat.

14 *Ludere, cum liceat*] His verbis omnibus aliis exercitationibus cursum anteposit.

### XXXIII.

#### IN CINNAM.

SORDIDIOR cœno cum sit toga, calceus autem

. Candidior prima sit tibi, Cinna, nive ;

O Cinna, cum habeas togam sordidiorem luto, calceum vero candidiorem prima

Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amictu?  
Collige, Cinna, togam; calceus ecce perit.

*nire; o demens, quid madefacis pedes veste demissa? O Cinna, attolle togam, en calceus inquinatur.*

3 *Neglecto* Gruterus legit ex codd. Palat. et Bodl. male, ex mente Scri-  
verii.—4 Ant. de Rooy conj. *calceus inde perit*, i. e. a sordida toga.

## NOTE

2 *Candidior*] Hinc colligere est, dutum, et calceis albis utentem le-  
Romanos calceis albis usos fuisse: pide irridet Poëta.  
hunc autem Cinnam toga sordida in-

## XXXIV.

AD SEVERUM, DE CHARINO.

Quo possit fieri modo, Severe,  
Ut vir pessimus omnium Charinus  
Unam rem bene fecerit, requiris?  
Dicam, sed cito: quid Nerone pejus?  
Quid thermis melius Neronianis? 5  
Non deest protinus, ecce, de malignis,  
Qui sic rancidulo loquatur ore:  
Quid? tu tot domini, Deique nostri  
Præfers muneribus Neronianas?  
Thermas præfero balneis cinædi. 10

*O Severe, regas qua ratione fieri possit ut Charinus homo omnium improbi-  
recte egerit unam rem? Dicam, at breviter: quid improbius Nerone? quid tamen  
melius thermis Neronianis? En statim adest aliquis ex malitiosis, qui sic loqua-  
tur ore fastido, Ut quid anteponis thermas Neronianas ædificiis Domini et Dei nos-  
tri? Ego antepono illas balneis cinædi.*

*Ad Severum inscriptio est in edd. vett.—3 Unam rem bene gesserit codex  
Vaticanus.—4 Dicam, sed scito Beverlandi Ms.—6 Codex Florentinus habet:  
ecce, da malignus.—8 Ut quid tu domini ed. antiq. Ferrar. an. 1471. Ald. Junt.  
Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. et Delph. Quid te  
tot domini codex Florentinus. Quid tu tot domini in optimis libris; unde recte  
Gruterus: Quid? tu tot domini, probantibus Rutgersio et Gronovio. Ecquid  
tot domini Sriverius.—9 Neronianis Beverlandi Ms.—10 Codex Pulmanni,  
cinæde.*

## NOTE

2 *Ut vir pessimus*] De quo homine  
impurissimo dictum lib. iv. Epig. 39.  
licet improbius in gratiam popu-  
li, ut Nero thermas, sic ille balnea ex-  
struxit nobilissima.

7 *Rancidulo*] Metaphora ducta a  
cibo vitiatum jam, et prope corrupto.  
*Rancidulum* dixit, hoc est, os putidum  
et corruptum calumniis atque adula-  
tionibus.

## NOTÆ

9 *Muneribus*] Hoc est, ædificiis ficia non antepono ædificiis Domitiani; sed Neronis thermas balneis Chariæ præfero.

## XXXV.

## AD LECANIAM.\*

INGUINA succinctus nigra tibi servus aluta

Stat, quoties calidis tota foveris aquis.

Sed meus, ut de me taceam, Lecania, servus

Judæum nulla sub cute pondus habet.

Et nudi tecum juvenesque senesque lavantur. 5

An sola est servi mentula vera tui?

Ecquid foemineos sequeris, matrona, recessus?

Secretusque tua, cunne, lavaris aqua?

*Ad Matronam* Ald. Junt. Colin. Gryph. Lang. &c. *Ad Lecaniam* codex Pulmanni.—5 *Et nudi* ex cod. Palatino dedit Gruterus. *Isdem* in locis lavabant viri cum mulieribus simul. *Sed nudi* Ald. Junt. Collin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. aliz. *lavatur* pro *lavamur* in codice Pulmanni.—6 Janus Guilielmus legendum censet, *verba tui*. Vide Var. Notas.

## NOTÆ

\* *In Matronam*] Alii, *In Lecaniam*.

1 *Succinctus*] Cum in balnea veniret Lecania, jubebat sibi astare servum obligatis pudendis, hac forte de causa, ut suspicatur Poëta, ne in aliis mulieribus latus defatigaret. Siquidem alii promiscue cum foeminis omnes nudi lavabant: ergo non præ

pudore ita agebat Lecania. Vide lib. xi. Epig. 76. et Epig. 84. infra, ubi de tributo quod pendebant Judæi circumsecti: qui tegebant inguina, ne verpi viderentur.

8 *Secretusque tua*] Nempe in secreto recessu rem habebat cum servô.

## XXXVI.

## AD STELLAM.

CUM pluvias madidumque Jovem perferre negaret,

Et rudis hybernis villa nataret aquis;

*Cum rudis villa nequiret tolerare imbres et cælum pluvium, atque inundaretur*

## NOTÆ

1 *Cum pluvias*] Sensus Epigrammatis est: O Stella, ut tuum munus omni ex parte absolutum sit, mitte

togam qua tegar, quemadmodum tegulas misisti, quibus tegeretur mea villa.

Plurima, quæ posset subitos effundere nimbos,

Muneribus venit tegula missa tais.

Horridus, ecce, sonat Boreæ stridore December :

5

Stella, tegis villam, non tegis agricolam.

*aquis hyemalibus, suo dono multa tegula ad me allata sunt, quas possent emittere pluvias. En December horrens fremit strepitu Aquilonis: o Stella, tegis villam, non tegis agricolam.*

2 Codex Florentinus: nulla natures aquis.—3 Alii legunt, defendere nimbos l. e. arcere. Vide Jan. Guillielm. Verisimil. lib. III. esp. 26. 'Qui hic mavult legere defendere, interrogandus erat, talene putet fuisse formas imbricum tegularumve veterum, atque sæculi nostri?' Gruterus. 'Cogitavi, pro effundere, diffundere, h. e. receptos collectosque imbres in partes diversas fundere, quod solent tegulae, atque adeo minnere.' Ant. de Rooy. Vide Burm. ad Ovid. Heroid. Epist. VIII. 61. 'Flere licet certe: fiendo diffundimus iram.'

### XXXVII.

AD CASTRICUM, DE THETA.

NOSTI mortiferum quæstoris, Castrice, signum ?

Est operæ pretium discere theta novum.

Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,

Letalem juguli jusserat esse notam.

*O Castrice, an tibi comperta est letalis nota quæstoris? expedit discere theta inusitatum. Quoties emungeret nasum stillantem frigore, imperaverat esse mortiferum*

1 Nosti mortiferum exhibent codd. et edd. vett. Nosti mortiferum ed. Langii an. 1617. et in margine mortiferum pro v. l. ex ed. Palmanni. Nosti legunt alii. Vide Var. Notas.—4 Ant. de Rooy scribit jugulo, dandi causa. 'Genitivo,' ait, 'forte occasionem dederat initialis litera vocis sequentis, quæ res sæpius propterantibus librariis imposuit. 'Jugulum' pro 'jugulatione' (quo sensu h. l. capiendum foret si Genitivus retineretur) sequioris ævi scriptoribus usurpatum: vide Wopkens in Sednl. Obs. Misc. Nov. Tom. IV. p. 271. an item

### NOTÆ

1 Mortiferum quæstoris] Lego n. ff. de origine juris officium quæstoris sic definitur. 'Constituti sunt quæstures, qui pecunie præessent, et dicti sunt ab eo, quod inquirendæ et conservandæ pecunie causa creati erant: et quia de capite civis Romani injussa populi non erat lege permissum Con-

sulibus jus dicere, propterea quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præessent. Hi appellabantur quæstores parricidii:' de quibus agit poëta. Theta vero signum erat mortis, quæ græce θάνατος dicitur.

Turpis ab invisio pendebat stiria naso,  
 Cum flaret madida fauce December atrox.  
 Collegæ tenuere manus: quid plura requiris?  
 Emungi misero, Castrice, non licuit.

5

*judicium juguli: turpis stiria pendebat ab odioso naso, cum sævus December flaret humida fauce. Collegæ cohibuerunt manus, quid rogas plura? O Castrice, infelix non potuit emungere se.*

\*\*\*\*\*

Martialis ævo, dubito.—6 Cum fleret madida codex Palatinus, improbante Farnabio. Cum flaret media in Beveriandi Ms. Cum staret madida in aliis codd. Lectionem nostram exhibet codex Pulmanni.

#### NOTÆ

5 Stiria] Stilla est congelata; hic significat Gallice, *roupie*.

6 Cum flaret] Alii, fleret, alii, staret, prior lectio magis placet.

7 Collegæ tenuere] Atque ita nasum emungere nequivit, quod signum esset hominis interficiendi.

### XXXVIII.

#### AD POLYPHEMUM.

TANTUS es, et talis nostri, Polypheme, Severi:  
 Ut te mirari possit et ipse Cyclops.  
 Sed nec Scylla minor: quod si fera monstra duorum  
 Junxeris, alterius fiet uterque timor.

*O Polypheme, nostri Severi, tam magnus, et talis es, ut possis movere admirationem et ipsi Cyclopi: at nec Scylla minor: quod si junxeris sæva portenta amborum, sibi invicem incutient terrorem.*

~~~~~

3 Sed nec Scylla minor legunt nonnulli, ut Scyllam Polyphemo non fuisse minorem accipiamus. Vide Turneb. Advers. lib. xxiv. cap. 28.—4 Codd. Vat. et Florent. *flet uterque minor.*

NOTÆ

3 Nec Scylla minor] Nimirum ipso Polyphemo conservo: tantæ ergo magnitudinis erant servus iste Polyphemus, et Scylla serva, ut et ipsi Cyclopi, noto ex Theocrito et Virgilio, admirationem movere possent: immo et alter alteri terrori esse posset. Legunt alii: *Sed nec Scylla minor.* Prior lectio placet Turnebo lib.

24. cap. 28. hoc est; Nec Scylla servus, aut serva, nesciunt Interpretes, minor est Polyphemo conservo. Quidam intelligunt duas fuisse statuas ingentis magnitudinis, sed intelligendum potius de duobus servis, ut opinor, tam deformibus et tam magnis, ut sibi invicem terrori esse potuerint.

XXXIX.

DE CÆLIO.

DISCURSUS varios, vagumque mane,
Et fastus, et ave potentiorum,
Cum perferre patique jam negaret,
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram, 5
Et sanas linit obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioso;
(Quantum cura potest, et ars doloris!)
Desit fingere Cælius podagram.

Cum Cælius jam nollet pati et tolerare varios discursus, atque errores matutinos, et superbiam, et salutationes potentiorum; incepit simulare podagram, quam dum nimis cupit demonstrare veram, atque oblitus, et illicat plantas sanas, atque ambulat incessu molesto, (o quantum valet cura et ars doloris!) Cælius cessavit simulare podagram.

Hujus Epigrammatis lectio non variatur in exemplaribus, aut scriptis aut excusis.

NOTÆ

- 1 *Vagumque mane*] De matutinis ironia lib. v. Epig. 22.
salutationibus dictum lib. i. Epig. 9 *Desit*] Per contractionem pro
56. *desit*; nam re ipsa correptus est po-
8 *Quantum cura*] Eadem usus est dagra.

XL.

EPITAPHIUM PATRIS ETRUSCI.

Hic jacet ille senex, Augusta notus in aula,
Pectore non humili passus utrumque Deum;

Hic jacet ille senex cognitus in aula Augusta passus utrumque Deum corde non

- 2 Codd. Vat. et Florent. exhibent: *passus utroque*.—4 Ald. Junt. Colin.

NOTÆ

- 1 *Hic jacet*] De Etrusco patre, et num nempe propitium, atque adver-
Etrusco filio dictum lib. vi. Epig. sum, qui iratus in exilium miserat
83. Etruscum, placatus vero eundem re-
2 *Passus utrumque Deum*] Domitia- vocaverat. Lib. vi. Epig. 83.

Natorum pietas sanctis quem conjugis umbris

Miscuit: Elysium possidet ambo nemus.

Occidit illa prior viridi fraudata juventa :

5

Hic prope ter senas vidit Olympiadas.

Sed festinatis raptum tibi credidit annis,

Aspexit lacrymas quisquis, Etrusce, tuas.

abjecto ; quem pietas liberorum conjunxit sanctis manibus uxoris : umbra habitat in Elysio nemore. Illa prior interit privata viridi juvenute ; hic fore vidit octodecim Olympiadas. At quisquis spectavit tuos fletus, o Etrusce, putavit illum tibi oblatum fuisse morte immatura.

Gryph. possidet umbra, improbante Grutero. Sed codd. Vat. Florent. Palat. Thuan. Pulmanni, alii, cum edd. antiquiss. Ferrar. an. 1471. possidet ambo, imitatione Virgilii : 'Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros.'—6 Hic prope ter denas codex Pulmanni. Hic prope ter senas vixit codd. Thuan. et Florent. et sic in nonnullis edd.

NOTE

3 *Natorum pietas*] Hoc est, eodem sepulcro conditus est cum uxore sua.

4 *Possidet ambo* [umbra] Alii forte melius legunt *ambo* pro *ambos*, Etruscum scilicet, atque uxorem. Sic Virg. Æn. xi. 'Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros,' &c.

6 *Hic prope ter senas*] Poëta videtur summisce Olympiadem pro lustro, seu quinquennio : Statius enim in Sylv. iii. quæ inscribitur, 'Lacrymas Etrusci,' sic de Etrusco canit : 'Dextra bis octonis fluxerant sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor,' &c. Ex his versibus constat Etruscum feliciter egisse octoginta annos, antequam mitteretur in exilium. Ovidius etiam de Ponto lib. iv. Eleg. 6. Olympiadem sumit pro lustro : 'In

Scythia nobis quinquennis Olympias acta est : Jam tempus lustris transit in alterius.' Apud Historicos vero Olympias accipitur pro quatuor annis integris, de quibus jam dictum supra. Si ergo Olympiadem pro quatuor annis acciperet, septuaginta annos circum circa vixisset Etruscus, atque ita contra Statium diceret Martialis.

7 *Sed festinatis*] Hoc est : O Etrusce fili, licet Etruscus pater tuus senior interierit, fato tamen immaturo abreptum tibi illum credidit, quisquis vidit tuos planetus. Legunt alii : *Respexit te credidit annis.* In hoc verum Etruscum patrem, in ultimo Etruscum filium alloqueretur Poëta, ut alunt. Melior longe mihi videtur prior lectio.

XLI.

AD SEMPRONIUM TUCCAM.

COSMICOS esse tibi, Semproni Tucca, videris :

Cosmica, Semproni, tam mala, quam bona sunt.

O Semproni Tucca, credis te esse cosmicum : o Semproni, cosmica æque bona ac mala sunt.

Ad Sempronium inscribitur in edd. vett.

NOTÆ

1 *Cosmicos*] *Koσmicos* hoc est, *mundanus*. Hoc Epigramma sic explicat Turnebus lib. xxv. cap. 24. Credo, inquit, Sempronium voluisse videri Socratis et philosophorum imitatore qui se mundanos dicebant, non alienius certi definitique loci municipes: ac se mundanum esse respondit

interroganti, cujus esset Socrates: Martialis autem, qui mundum tantumdem boni quantum mali habere sciret, et multos intelligeret ambitiosos philosophi nomine magna vitia occultare, cosmica et bona et mala esse dicit, ne eo nomine se Sempronius circumspiceret.

XLII.

AD CASTRICUM.

MUNERIBUS cupiat si quis contendere tecum,

Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.

Nos tennes in utroque sumus, vincique parati:

Inde sopor nobis, et placet alta quies.

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris? 5

Alcinoo nullum poma dedisse putas?

O *Castrice*, si quis velit certare tecum donis, hic quoque audeat versibus. Nos sumus mediocres in utroque, et prouti ad codendum, hinc amo soporum atque otium nimium. Rogas, cur ergo dederim tibi tam malos versus? An credis Alcinoo a nemine accepisse poma?

In hoc Epigrammate exhibendo nullam lectionis varietatem produnt exemplaria.

NOTÆ

1 *Muneribus*] Hic Castricus et divitiis et doctrina abundavit, cui primas dat Poëta.

5 *Tam mala*] Rationem reddit, cur ad Castricum versus miserit, quia, nempe, inquit, et Alcinoo Phæacum

regi in insula Coreyra, hodie, *Corfue*, cujus herti pomis nobilissimis abundarunt, aliquis forsan obtulit poma, et quidem suis longe inferiora. Hujus Alcinoui hortos describit Homer. Od. Z.

XLIII.

IN CINNAM.

PRIMUM est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:

Illud deinde sequens, ut cito, Cinna, neges.

O *Cinna*, primum est ut des, si quid petam a te; deinde illud sequens, ut recuses

2 *Illud deinde sequens ei, &c.* in codice Pulmanni. Nostram lectionem exhibent alii codd. cum edd. vett. omnibus.

Diligo præstantem; non odi, Cinna, negantem:
Sed tu nec præstas, nec cito, Cinna, negas.

sine mora. O Cinna, amo dantem, non odi recusantem. At tu, o Cinna, nec das, nec recusas celeriter.

NOTÆ

1 *Primum est*] Vide lib. vi. Epig. 20. et 30.

XLIV.

DE IMAGINE MAXIMI CÆSONII, AD Q. OVIDIUM.

MAXIMUS ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est,
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.
Hunc Nero damnavit: sed tu damnare Neronem
Ausus es, et profugi, non tua, fata sequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis isti, 5
Qui modo nolueras consulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas est cineri me superesse meo,
Audiet hoc præsens, venturaque turba, Fuisse
Illi te, Senecæ quod fuit ille suo. 10

Ovidi, hic est ille tuus Maximus Cæsonius, cujus faciem adhuc exprimit cera vivida. Damnavit a Nerone, at tu ausus es condemnare Neronem, et sequi sortem exulis, non tuam. Tu potens comitatus es profugum per mare Siculum, qui paulo ante recusaras comitari illum Consulem. Si nomina non peritura traduntur meis chartis, et licet me vivere superatitem meo cineri, præsentem et posteri scient hæc, te illi fuisse, quod ille fuit suo Senecæ.

Ad Ovidium inscriptio est in edd. vett.—4 Ausus et non profugi codex Florentinus. non tua facta sequi in eodem codice.—9 Audiet hæc præsens Ald. Junt. Colin. Gryph. aliæ. Audiet hoc præsens codex Pulmanni.

NOTÆ

1 *Maximus ille*] In cera nempe ad vivum expressus Cæsonius, qui, damnatus a Nerone in conjuratione Pisoniana, in exilium aut in Sicillam aut in Africam fuit missus. De eo Tacitus Annal. xv.

3 *Sed tu damnare*] Cum sponte tua Cæsonium ut innocentem secutus es.

5 *Æquora per Scyllæ*] Scylla scopulus est in mari Siculo.

6 *Consulis ire comes*] In Africam, quam paulo ante administraverat Cæsonius.

10 *Senecæ quod fuit*] Hinc colligere est, Cæsonium in Corsicam comitatum fuisse Senecam exulem.

XLV.

DE EADEM.

FACUNDI Senecæ potens amicus,
Caro proximus, aut prior Sereno,
Hic est Maximus ille, quem frequenti
Felix litera pagina salutatur.

Hunc tu per Siculas secutus undas,

5

O nullis, Ovidi, tacende linguis,
Sprevisti domini furentis iras.

Miretur Pyladem suum vetustas,

Hæsit qui comes exuli parentis.

Quis discrimina comparet duorum?

10

Hæsisti comes exuli Neronis.

Potens amicus disertis Senecæ, proximus Caro, aut prior Sereno, hic est ille Maximus, quem salutatur felix Epistola frequenti pagina: hunc tu comitatus per mare Siculum, Ovidi celebrande omnibus linguis, contempsisti furores domini irati. Antiquitas prædicet nam Pyladem; qui comitatus est exulem matris: quis conferat pericula amborum? Secutus es exulem Neronis.

Ad eundem lemma est in Ald. Junt. Colin. Gryph. &c.—1 Senecæ proximus amicus Beverlandi Ms.—2 Caro proximus in eodem.—9 Codex Pulmanni: comes exulis parentis.

NOTÆ

2 *Caro proximus*] In amore nempe erga Senecam. Carus autem et Serenus, et hic Maximus Cæsonius, Senecæ amicissimi fuerant. Vide Senecæ Epistolam 87.

3 *Quem frequenti*] Ad quem Cæsonium toties scripsit Seneca. *Felix litera* dicitur, ut opinor, quod bearet ipsum Cæsonium.

5 *Hunc tu*] Vide Epigramma præcedens.

7 *Domini*] Neronis.

8 *Miretur Pyladem*] Qui se comi-

tem adjunxit Oresti exulanti, ne a matre sua Clytemnestra, ut Agamemnon pater, interficeretur. Euripides in Oreste, et Sophocles in Electra. Deinde reversus matrem occidit, et rursum exulavit.

10 *Duorum*] Pyladis nempo et Ovidii: ille enim, Orestem secutus, non tantum periculum expertus est, quantum adiit Ovidius, damnatum a Nerone sævissimo tyranno Cæsonium comitatus.

XLVI.

AD PRISCUM.

COMMENDARE tuum dum vis mihi carmine munus,
Mæonioquæ cupis doctius ore loqui;

Dum vis versibus commendare mihi tuum donum, et cupis canere eloquentius Ho-

Excrucias multis pariter me teque diebus :

Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.

Divitibus poteris Musas, elegosque sonantes

5

Mittere : pauperibus munera pexa dato.

mero, et te et me similiter exanimas multis diebus: et tua Thalia, o Prisce, tibi grata est cum nostro dispendio. Licebit mittere locupletibus Musas, atque elegos sonantes: largire egenis munera pexa.

4 *Prisce, Thalia tacet* codex Fulmanni; et sic legit Turneb. Advers. lib. xxiv. cap. 28.—6 *Beverlandi Ma. munera, Prisce, dato.* J. Vossius: *munera plena dato*; et interpretatur, non ornata et polita instar Elegorum sonantium, sed crassa et pingua et incondita, magni attamen ponderis. Alii legunt: *munera plana dato.*

NOTÆ

1 *Commendare tuum*] Dum enim Carmina meditaretur Priscus, interim noster Poëta egebat.

2 *Mæonio*] Cur Homerus vocaretur Mæonius dictum Epig. 10. lib. v.

4 *Et tua de nostro*] Et tibi jucundum est meditari Carmina cum meo damno: manus enim premissam non mittis. Turnebus lib. xxiv. cap. 28: legit, *Thalia tacet*. Quod enim, inquit, versus se scribere accuratos

simularet Priscus, vel etiam meditaretur, nec interea dona remitteret, silentium ejus merito sibi conqueritur damnosum Martialis. Judicet lector.

6 *Munera pexa*] Raderus vestem pexam intelligit. Vide lib. ii. Epig. 58. Legunt alii *plena*, id est, sine Carminibus. Alii *plena*, hæc est, inquit Farnabius, quorum gratia non diminuitur mora.

XLVII.

AD LICINIUM SURAM.

DOCTORUM Licini celeberrime Sura virorum,

Cujus prisca graves lingua reduxit avos,

O *Licini Sura, celeberrime hominum eruditorum, cujus antiqua lingua revocavit*

Ad Licinium inscribitur in Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Lang. aliis.
—1 In iisdem: *celeberrime, summe virorum.* Lectionem nostram testantur

NOTÆ

1 *Licini*] Cujus mentionem facit Plinius Junior lib. iv. Epist. 80. 'Attali tibi,' inquit, nempe Licinio Surae, 'ex patria mea pro munusculo questionem altissima ista eruditione

tua dignissimam.' Legunt alii: *celeberrime, summe*, quæ lectio non videtur bona.

2 *Cujus prisca*] Cujus oratio gravitatem et mores antiquorum sapit.

Redderis, heu quanto fatorum munere! nobis,

Gustata Lethes pæne remissus aqua.

Perdiderant jam vota metum, securaque fiebant

5

Tristitia cum lacrymis; jamque peractus eras.

severos eos: heu quanto dono fatorum restitueris nobis fere remissus libata unda Lethes! Jam vota amiserant timorem, et maior totus lacrymabatur, et jam deple-

optimi codices.—5. 6 'Priora hujus distichi quid sibi velint, non extrico plane. Conjeceram olim: *Perdiderant jam vota metu*; fere ut Ovid. Fast. vi. 245. 'Spem metus expulerat, cum Menti vota Senatus nascipit.' Adeo ut Verbum Activum *Perdiderant* Passive capiatur, vel absolute; qua de construendi ratione vide Gell. lib. xviii. cap. 12. Vechner. Hellenol. lib. 1. p. 1. cap. 6. Pompos. de Usu Antiq. Locut. lib. ii. cap. 1. Cort. Excurs. vi. ad Sallust. Jugurt. cap. 86. Voss. Anal. lib. iii. cap. 3. Jems. Singul. Observ. lib. i. 36. Sed non satisfacit. Receptam lectionem Farnabius explicat: 'Tanquam in certa morte deposueramus spem, et cum votis metum caramque pro te.' Hoc voluisse ferebat Poëtam, non plane iverim inficias. Attamen an hæc sententia e vulgata lectionis verbis exculpi commode queat, viderint me oculatiores: ego certe ex illa colligere nondum possum, vota, i. e. spem cum metu cessare. An autem quemadmodum 'servitia' pro 'servis', et 'operas' pro 'operaria' passim legimus (vide et Erudit. Gruner. ad Sedul. Mb. l. v. 20. et Brant. ad Cæs. B. G. lib. vii. 32.) ita et vota dixit Martialis pro amicis, qui Licinii salute vota conceperant? qua de consuetudine vide Brisson. Form. lib. i. Broukh. ad Tibull. l. 5. 10. Thomasin. de Tab. Vocat. cap. 34. vide et infra lib. xii. Epig. 92. Amici itaque non amplius metuebant; quia pro defuncto habebatur Licinius. An vero scribendum? *Perdiderant jam vota, metus*, conjunctione omissa, ut sæpius. Vide Scheffer. ad Phædr. lib. i. Fab. q. v. 3. Ovid. Heroid. Epist. ii. 81. 'Jura, fides ubi nunc commissaque dextera dextræ' et *rd Perdiderant iterum pro 'Perdita erant,' vel absolute. Sed an secura tristitia? cur ergo fiebant? Fletus commoti animi indicium, non autem securi. Securus significat quietum, tranquillum: malim itaque: sinceraque fiebant Tristitia. Quæ vox aptissime affectum erga Licinium exprimit. Ita et 'sincerus' in 'securus' transierat apud Nason. Nuc. v. 35. ubi vide Burm. Sed est præterea, quod aliquando mihi in mentem venit. Extat nimirum in aliquibus edd. [scil. Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderiu. Plant. Junian. Lang. Delph. &c.] *securaque fiebat Tristitia, et lacrymis jamque peractus eras.* Respicit hanc lectionem Scriverius: puto, quod virum offenderet *rd jamque*, præcedente jam copula *et*. Neque mihi valde arripet; quanquam, sæpius particulam *que* abundare, non ignorem. Quid? si legas: *sinceraque fiebat Tristitia, in lacrymis jamque peractus eras.* h. e. respectu lacrymarum: vel, tot jam lacrymæ fundebantur, ac si re vera diem tuum obilases. Hoc pacto certe interdum hæc præpositio est exponenda: ut apud Flor. lib. ii. cap. 6. 'Tota insula in una urbe superata est.' Justin. lib. xiv. cap. ult. 'Ut Alexandrum posses in moriente matre cognoscere.' Curt. vi. 9. 'In vobis liberos, parentes, consanguineos*

NOTE

4 *Gustata Lethes*] Lethe Inferarum fluvius, hoc est, fere mortuus vitæ restitueris.

5 *Vota metum*] Spe enim tuæ vitæ deposita jam desideramus timere, et certum tuam mortem lugebamus. Le-

gunt alii: *securaque fiebant Tristitia cum lacrymis*, &c. prior lectio mihi videtur melior, nisi forte melius legas: *securaque fiebant*: (nempe vota) *Tristitia, et lacrymis jamque peractus eras.*

Non tulit invidiam taciti regnator Averni,

Et raptas fatis reddidit ipse colos.

Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas

Moverit; et frueris posteritate tua.

10

Vive velut raptō, fugitivaque gaudia carpe:

Perdiderit nullum vita reversa diem.

raveramus te. Rex silentis Orci non fuit par odio nostro, atque ipse restituit pensa crepta a fatis. Ergo novisti quantas querimonias hominum exilarit tuus interitus falsus, et frueris tua posteritate, Vive velut raptō, et percipe latitiam fugacem: vita reddita nullum amiserit diem.

habeo.' Horat. iv. Od. 4. 4. 'Expertus fidelem Jupiter in Ganymede flavo.' Ipse Martialis lib. iv. Epig. 29. 'Sæpius in libro memoratur Persius uno, Qnam levis in tota Marsus Amazonide.' Sulpic. Sever. Vit. Martin. cap. 2. 'Vere memor Dominus ... se in paupere professus est fuisse vestitum.' Ant. de Rooy. *Tristitia cum lacrymis dedit Scriverius e membranis et Junii margine. 'Videtur legendum: securaque flebant Tristitia jam lacryma. Jam lugentium lacrymæ, h. e. lugentes lacrymis, flebant tristitia secunda, i. e. certum et creditum nec amplius pro dubio habitum casum tuum.' Gronovius. —8 Et raptum fatis reddidit ipse solo codex Pulmanni. Et raptas fatis reddidit ipse colos conj. Gronovius, ut Seneca: 'Abrupit stolidæ regalia tempora vitæ.'*

NOTÆ

7 *Regnator Averni*] Pluto.

8 *Reddidit*] *Parcis pensa restituit,*
quæ a fatis ablata fuerant.

10 *Frueris posteritate tua*] Ipse
velut redivivus scis quam fueris carus

nobis, tuis nimirum posteris, cum
mortuum te crediderimus.

11 *Vive velut raptō*] Hoc est, per-
cipe voluptates perinde ac si ex raptō
viveres. Vide lib. i. Epig. 16.

XLVIII.

AD ANNIUM.

CUM mensas habeat fere ducentas,

Pro mensis habet Annii ministros:

Cum mensæ prope ducentæ sint Annio, sunt famuli loco mensarum: paropsides

*De Annio inscribitur in edd. vett.—1 Codex Pulmanni: habeat fere tre-
centas.*

NOTÆ

1 *Fere ducentas*] Numerus est cer-
tus pro incerto.

2 *Pro mensis*] Hoc est, mensarum
vicibus funguntur ipsi ministri cibos
et opsonia in gabatis seu paropsidi-
bus circumferentes, nec quicquam
apponunt convivis. Turnebus lib.

xxv. cap. 24. sic explicat hos versus.
Puto, inquit, ita intelligendum:
suppetunt illi plurimæ mensæ ad du-
centas, non tamen in eis opsonia re-
ponit: sed eas semper servi gerunt,
nec epulis frui possunt convivæ, ita
ambulatoriam cœnam potius spectant,

Transcurrent gabatæ, volantque lances.
 Has vobis epulas habete, lauti.
 Nos offendimur ambulante cœna.

5

*transcurrent, et lances volant. O divites, servate vobis has dapes. Cœna ambulans
 lædit nos.*

NOTE

quam comedunt: cum ministri ce- ipsis et lancibus.
 liter paropsides et gabatas ante con- 5 *Nos offendimur*] Quia ambulate-
 vivas præferant, &c. Mensas acci- riis his epulis frui non possumus.
 pere videtur Turnebus pro gabatis

XLIX.

AD SEVERUM.

PARVA suburbani munuscula mittimus horti:
 Faucibus ova tuis; poma, Severe, gula.

*O Severe, mittimus exigua munuscula suburbani horti; ova tuis faucibus, poma
 gula.*

1 *Pauca suburbani exhibet codex Palatinus. Vide Interpp. ad Propert. iv.
 10. 20. Ovid. Met. ii. 788. Fast. iii. 66. Pont. iii. 1. 60. et Burm. ad Fast.
 iii. 192.*

NOTE

2 *Faucibus ova*] Hoc est, quæ tuæ quæ palato grata sint, famamque
 raucitati medeantur; poma autem, stimulent.

L.

AD FONTEM IANTHIDOS.

Fons dominæ, regina loci, quo gaudet Ianthis,
 Gloria conspicuæ delictumque domus:
 Cum tua tot niveis ornetur ripa ministris,
 Et Ganymedeo luceat unda choro:

*O fons dominæ, regina loci, quo delectatur Ianthis, decus et voluptas splendida
 domus: cum tua ripa decoretur tot candidis famulis, atque aqua splendeat choro*

*Ad fontem Hiantidos lemma est in edd. vett.—1 In iisdem: quo gaudet
 Hiantis.—4 Codex Pulmanni: luceat unda thoro. Sed thoro, sive tere, et
 choro vix distingui possunt in codd. Vide nos ad Tibull. ii. 1. 88.*

NOTE

1 *Ianthis*] Vide lib. vi. Epig. 47. et Epig. 14. supra.
Delph. et Var. Clus. Martial.

2 L

Quid facit Alcides sylva sacratus in ista ?

5

Tam vicina tibi cur tenet antra Deus ?

Nunquid nympharum notos observat amores,

Tam multi pariter ne rapiantur Hylæ ?

Ganymedeo ; quid agit Hercules sacratus in ista sylva ? quare Deus occupat tam propinquas tibi speluncas ? num custodit cognitos amores Nympharum, ne tam multi Hylæ similiter rapiantur ?

LI.

AD URBICUM.

MERCARI nostras si te piget, Urbice, nugas,

Et lasciva tamen carmina nosse libet :

Pompeium quæras (et nosti forsitan) Auctum ;

Ultoris prima Martis in æde sedet.

Jure madens, varioque togæ limatus in usu,

5

Non lector meus hic, Urbice, sed liber est.

Sic tenet absentis nostros, cantatque libellos :

Ut pereat chartis litera nulla meis.

Denique, si vellet, poterat scripsisse videri ;

Sed famæ mavult ille favere meæ.

10

O Urbice, si tædet te emere nostras ineptias, et nihilominus placet tenere versus lascivos : quæras Pompeium Auctum, et forte novisti ; habitat in æde prima Martis ultoris. Imbutus jurisprudentia, atque exercitatus in vario usu togæ, o Urbice, hic non est meus lector, sed liber. Ita scit et canit nostros libros non præsentem, ut nulla syllaba desit meis scriptis. Tandem, si liberet, poterat videri composuisse : at ille mavult studere meæ existimationi. Potes hunc provocare a decima : (nec

~~~~~  
3 *Pompeium quæras* codex Vaticanus. *Pompeium quæris* codex Florentinus.—5 *In codice Vaticano lunatus*, propter similitudinem syllabarum *im* et *un* in membranâ. Ant. de Rooy conj. *ab usu*. Vide Micyll. ad Ovid. Trist. iv. 10. 16. Idem Ovid. Art. Am. iii. 91. 'Conteritur ferrum, silicea tenu-

### NOTÆ

4 *Ultoris prima*] Quam Marti bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat Augustus. Suet. in Augusto cap. 29.

5 *Jure madens*] Alii intelligunt, coqui instar jasculo unctum fulsere hunc Auctum, cujus etiam toga, qua ad varios usus uteretur, attrita esset : ego vero et jurisperitum fuisse, et studiis pacis, et vario causarum ge-

nere exercitatum libenter dixerim. Vide Epig. 69. infra, et lib. i. Epig. 40.

7 *Sic tenet absentis*] Pro absentem : Ita et alii auctores locuti sunt. Sensus est : Ita ad anguem Pompeius Auctus tenet mea Carmina, at ea memoriter sine ullo errore recitare possit. Heraldus mavult *absentis* esse in Genitivo : Martialis scilicet.

Hunc licet a decima (nec enim satis ante vacabit)

Solicites: capiet cœnula parva duos.

Ille leget, bibe tu: nolis licet, ille sonabit:

Et cum, Jam satis est, dixeris; ille leget.

*enim prius erit ipsi satis otii:) exigua cœnula apponetur ambobus. Ille leget, tu pota: quamvis nolis ille recitabit: et cum jam dixeris, Sufficit; ille leget adhuc.*

antur ab usu.—11 Nunc licet Beverlandi Ms.—12 Sollicitos codex Pulmanni.

#### NOTE

11 *Licet a decima*] Prius enim propterea negotia non vacabat Auctus. Hora vero nona cœnare incipiebant antiqui. De horis dictum lib. iv. Epig. 8. Sensus est: Si Auctum rogaveris ut mea Carmina legat, te ad cœnam iuvabit, et leget ad nauseam usque.

### LII.

#### AD AUCTIONEM.

GRATUM est, quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos;

Si tamen et Celerem quod legis, Aucte, juvat.

Ille meas gentes, et Celtas rexit Iberos,

Nec fuit in nostro certior orbe fides.

Major me tanto reverentia turbat; et aures

5

Non auditoris, iudicis esse puto.

*O Aucte, jucundum est quod recitas Celeri nostros libros, si tamen et placet Celeri, quod recitas. Ille administravit meam nationem, et Celtas Iberos, nec fides sanctior fuit in nostro orbe. Major observantia in tantum virum terret me; atque existimo aures esse iudicis, non auditoris.*

5 *Major me tanti* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Pulman. Plant. Junian. Lang. Delph. aliz. *Major me tanti* codd. Thuan. Palat. et Florent. *Major me tanta* codex Vaticanus.—6 *Non auditores* Beverlandi Ms.

#### NOTE

1 *Quod Celeri*] De Aucto vide Epigramma præcedens. Celeris vero mentionem facit Plinius Junior lib. iv. Epist. 11. qui ob Corneliæ Vestalem incesti accusatam in Comitio virgis cæsus est: de quo sane hic non loquitur Poëta, sed de altero, qui præfectus fuit Hispaniæ, patriæ Martialis. Celtæ autem Iberi ripas in-

colentes, dicti sunt Celtiberi.

4 *In nostro orbe*] In Hispania patria mea, quæ mari et Pyrenæis montibus clausa, quasi orbis alter est.

6 *Non auditoris*] Nec enim auditorem tantum, sed ut Celtiberorum, sic et Musarum iudicem vereor Celerem. In superiori versu alii legunt *tanto*, pro *tanti*.

## LIII.

## IN UMBRUM.

OMNIA misisti mihi Saturnalibus, UMBER,  
 Munera, contulerant quæ tibi quinque dies;  
 Bis senos triplices, et dentiscalpia septem:  
 His comes accessit spongia, mappa, calix;  
 Semodiusque fabæ cum vimine Picenarum, 5  
 Et Laletanæ nigra lagena sapæ;  
 Parvaque cum canis venerunt coctana prunis,  
 Et Libycæ fici pondere testa gravis.  
 Vix puto triginta nummorum tota fuisse  
 Munera, quæ grandes octo tulere Syri. 10  
 Quanto commodius nullo mihi ferre labore  
 Argenti potuit pondera quinque puer?

*O UMBER, Saturnalibus misisti ad me omnia dona, quæ tu acceperas quinque diebus; misisti duodecim triplices, et septem dentiscalpia: his adjuncta erant spongia, mappa, calix, et semodius fabæ, cum cistella Picenarum olivarum, et nigra amphora sapa Laletanæ: atque exigua coctana accesserunt cum prunis canis, et testa gravis pondere fici Libycæ. Credo omnia dona, quæ portarunt octo grandes Syri, vix valuisse triginta nummis. Quanto facilius servus potuit nullo labore ferre quinque libras argenti?*

8 *Et Libycæ fici* Palmanni codex.

## NOTE

1 *Misisti*] De Saturnalibus dictum lib. v. Epig. 84.

3 *Bis senos triplices*] Hoc est, duodecim pugillares: dicuntur autem triplices a tribus foliis: fiebant ex citro, ebore, &c.

*Dentiscalpia*] Quibus dentes purgantur. Vide lib. vi. Epig. 74. et lib. xx. Epig. 22.

4 *Spongia*] Ad tergendas mensas, lib. xiv. Epig. 144.

5 *Semodiusque*] Lib. iv. Epig. 46.

6 *Et Laletanæ*] Hoc est, vinum facis plenum ex Laletania in Hispania Tarraconensi. Sapa, proprie vinum est decoctum.

7 *Coctana*] De quibus lib. xiii. Epig. 28. et lib. iv. Epig. 89.

8 *Et Libycæ fici*] Vide lib. iv. Epig. 46.

10 *Syri*] Hoc est, servi ex Syria.

12 *Argenti pondera*] Hoc est, quinque libras argenti.

## LIV.

## IN NASIDIENUM.

SEMPER mane mihi de me mera somnia narras,  
 Quæ moveant animum, sollicitentque meum.  
 Jam prior ad fæcem, sed et hæc vindemia venit;  
 Exorat noctes dum mihi saga tuas.  
 Consumsi salsasque molas, et thuris acervos:  
 Decrovere greges, dum cadit agna frequens.  
 Non porcus, non cortis aves, non ova supersunt.  
 Aut vigila, aut dormi, Nasidiane, tibi.

5

*Semper mane exponis mihi mera somnia de me, quæ agitant atque angant mentem meam. Jam prior vindemia, sed et hæc reducta est ad fæcem, dum saga placat mihi tuas noctes. Exhausti et salsus molas, atque acervos thuris: greges diminuti sunt, dum crebra agna immolatur. Non porcus, non aves cortis, non ova restant. O Nasidiane, aut vigila, aut dormi tibi.*

1 Codex Pulmanni exhibet: *de me tua somnia narras*; et sic etiam Beverlandi Ms. Cetera, in hoc Epigrammate nulla est lectionis varietas.

## NOTÆ

1 *Semper mane mihi*] Ut munera captaret a Poëta, Nasidienus fingebat plena terroris somnia, quæ aliquid mali portenderent Martiali: atque ab illo modo thus, modo vinum petebat ad ea placanda. Quid autem de somniis crediderint antiqui, vide Macrobius in Somnio Scipionis.

3 *Jam prior*] Vinum superioris vindemiæ et hornotinæ jam consumptum

est.

4 *Exorat noctes*] Id est, dum saga expiat infausta tua somnia.

5 *Consumsi salsasque*] In sacrificiis, quæ fiebant ad omen aliquod avertendum, antiqui adhibebant vinum, hostiam, thus, et salsas molas, id est, far tostum et sale mixtum.

8 *Aut dormi tibi*] Hoc est, aut de te somnia tuo damno.

## LV.

## IN CHRESTUM.

NULLI munera, Chreste, si remittis,  
 Nèc nobis dederis, remiserisque;  
 Credam te satis esse liberalem.  
 Sed si reddis Apicio, Lupoque,

## NOTÆ

4 *Apicio, Lupoque, &c.*] Turpitudinis tuæ ministris.

Et Gallo, Titioque, Gellioque ;  
 Lingas non mihi, (nam proba et pusilla est,)  
 Sed quæ de Solymis venit perustis.  
 Damnatam modo mentulam tributi.

5

5 *Titioque Cænioque* in codd. Palat. Bodl. Oxon. et Pulmanni. Sunt qui legant: *Titioque Celioque*.—6 Scriptus codex Turnebi, ut et Palat. exhibet, *Linges*. Palat. etiam habet: *nam proba et puella est*.—8 In edd. vett. *tributis*. Lectio nostra debetur Turnebo lib. xxiv. cap. 28.

## NOTÆ

5 *Gellioque*] Palat. et membranæ Anglicanæ *Cænioque*. Sunt et qui legunt *Celioque*.

6 *Lingas*] Scriptus codex Turnebi, ut et Palat. *Linges*.

*Non mihi, &c.*] Non meam, quæ castior est, sed servi mei Judæi damnati ad tributum, vel nomine tributi in servitutem damnati. Turnebus lib.

xxiv. cap. 28. *leg. tributi*; grave autem tributum pendebant, cum Judæi, tum qui Judaicæ sectæ initiabantur circumsecti. Sueton. Domit. cap. 12.

*Et pusilla est*] Palat. aperte *puella est*. Et cur non admittam, cum eandem alibi nominet *anum*, mentionemque facit ‘*chartæ virginis*?’ Gruter.

## LVI.

## AD RABIRIUM.

ASTRA polumque tua cepisti mente, Rabiri:  
 Parrhasiam mira qui struis arte domum.  
 Phidiaco si digna Jovi dare templa parabit,  
 Has petat a nostro Pisa Tonante manus.

O Rabiri, mente tua complexus es cælum et sidera; qui ædificas domum Palatinum mirabili artificio. Si Pisa cogitavit extruere templa convenientia Jovi Phidiaco, postulet a nostro Tonante has manus Rabirii.

In quibusdam: *pia cepisti mente*. Scriverius legit: *tua percepisti mente*.—3 Turnebus lib. xxiv. cap. 28. legit: *Jovi dare templa parabit*. Alii *paravit*.

## NOTÆ

1 *Astra polumque*] Sensus est: Palatium tam superbum Domitiano extruxerat Rabirius, ut cælum ipsum mente concepisce videretur, ad cujus imaginem Palatium illud ædificaverat. Rabirii rursus meminit lib. x. Epig. 71.

2 *Parrhasiam*] Id est, Palatinam, in monte nempe Palatino, ubi Evander Arcas ex urbe Parrhasia primus domum extruxit. Sic Interpretes

hunc locum explicant Virg. *Æn.* xi. ‘Parrhasio Evandro Armiger ante fuit.’

3 *Phidiaco si digna*] Hoc est: Si Pisa urbs Peloponnesi ad fluvium Alpheum voluerit Jovi extruere templum dignum illo simulacro, quod ex ebore Phidias statuarius nobilissimus formavit, a Domitiano nostro Jove petat Rabirium.

## LVII.

DE ACHILLA.

CASTORA de Polluce Gabinia fecit Achillam :

Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

*Gabinia ex Polluce fecit Achillam Castora : pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.*

Nullam lectionis varietatem in hoc Epigrammate exhibendo prodant exemplaria.

## NOTÆ

1 *Gabinia*] Dives fœmina equestri censu donavit Achillam, ut eques fieret. Alludit autem ad illum versum Homeri: *Καστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πρὸς ἀγαθὸν Πολυδάμεια*: Castora equorum domitorem, et Pollucem pugnis

*fortem*. Achilles ergo antea quidem pugil erat strenuus: jam vero est equorum domitor; id est, eques factus est, et Gabiniam inibat. Lib. III. Epig. 90.

## LVIII.

AD GALLAM.

JAM sex, aut septem nupsisti, Galla, cinædis :

Dum coma te nimium, pexaque barba juvat.

Deinde experta latus, madidoque simillima loro

Inguina, nec lassa stare coacta manu,

Deseris imbelles thalamos, mollemque maritum :

5

Rursus et in similes decidis usque toros.

Quære aliquem Curios semper Fabiosque loquentem,

Hirsutum, et dura rusticitate trucem.

Invenies ; sed habet tristis quoque turba cinædos :

Difficile est, vero nubere, Galla, viro.

10

Et hic nulla lectionis varietas extat in libris impressis aut calamo exaratis.

## NOTÆ

1 *Cinædis*] Dum ex cultu et elegantia eos judicabas strenuos ad *κλωστόν*.

6 *Similes toros*] Mollium et imbellium cinædorum.

7 *Quære aliquem, &c.*] Ne ulterius te decipiant pexi isti et comati, quære aliquem ex his qui sermone et

cultus neglectu gravitatem et virilitatem profitentur. Lib. I. Epig. 25.

9 *Sed habet, &c.*] Sed et hi sunt Socratici cinædi.

10 *Difficile est, &c.*] Juvén. Sat. II.

‘Fronti nulla fides. Quis enim non vicus abundat Tristibus obscenis?’

## LIX.

DE CÆCILIANO.

NON cœnat sine apro noster, Tite, Cæcilianus.

Bellum convivam Cæcilianus habet.

O Tite, Cæcilianus noster non cœnat sine apro : Cæcilianus habet egregium convivam.

\*\*\*\*\*

Neque in hoc Epigrammate quicquam variant libri scripti aut excusi.

## NOTÆ

1 *Sine apro*] Unde Juvenalis Sat. 1. ejus convivam appellat. Domitius tamen mavult de apro homine intelligere, cujus meminit Poëta lib. x. Epig. 15. Eligat lector.

141. 'quanta est gula quæ sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum,' &c. Aprum ergo sibi soli apponebat Cæcilianus, quem facete

## LX.

AD JOVEM CAPITOLINUM.

TARPEIÆ venerande rector aulæ,  
 Quem salvo duce credimus Tonantem,  
 Cum votis sibi quisque te fatiget,  
 Et poscat dare, quæ Dei potestis :  
 Nil pro me mihi, Jupiter, petenti  
 Ne succensueris, velut superbo.  
 Te pro Cæsare debeo rogare :  
 Pro me debeo Cæsarem rogare.

5

O colende gubernator aulæ Tarpeiæ, quem Tonantem putamus sospite Imperatore, cum quilibet pro se te oneret votis, et petat ut concedas, quæ Dii potestis : o Jupiter, ne irascaris mihi nihil poscenti pro me, velut arroganti. Debeo orare te pro Cæsare : at debeo orare Cæsarem pro me.

\*\*\*\*\*

Ad Jovem lemma est in edd. vett.—4 Alii legunt : quæ Dei potestas.

## NOTÆ

1 *Tarpeiæ*] Hoc est, Capitoli, in quo colebatur Jupiter.

2 *Quem salvo*] Quem Jovem Deum credimus, salvo Domitiano. Sic lib. v. Epig. 1.

4 *Quæ Dei potestis*] Alii, quæ Dei potestas. Idem est sensus.

8 *Pro me debeo*] Potest enim Domitianus mihi suppeditare quæ sunt necessaria. Turpis hæc est erga Domitianum adulatio ; quasi vero ille velut Deus potuisset Martialem tueri ab omnibus casibus quibus obnoxia est humana vita.

## LXI.

AD CÆSAREM GERMANICUM.

ABSTULERAT totam temerarius institor urbem,

Inque suo nullum limine limen erat.

Jussisti tenues, Germanice, crescere vicos;

Et modo quæ fuerat semita, facta via est.

Nulla catenatis pila est præcincta lagenis:

5

Nec prætor medio cogitur ire luto.

Stringitur in densa nec cæca novacula turba:

Occupat aut totas nigra popina vias.

Tonsor, caupo, coquus, lanius sua limina servant.

Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

10

*Inconsideratus mercator occupaverat totam urbem, et nullum limen erat in suo limine. O Germanice, imperasti laxari vicos angustos: et qui paulo ante trames fuerat, factus est via. Nulla pila est referta catenatis lagenis: nec prætor cogitur ambulare medio ceno. Nec cæca novacula nudatur in frequenti turba, aut fumosa popina tenet totas vias. Tonsor, caupo, coquus, lanius manent domi suæ: nunc Roma est, nuper fuit magna officina.*

2 *Inque suo nullum limine* malit Ant. de Rooy.—7 *Stringitur in densas nec cæca novacula turbas* exhibet codex Pulmanni.

## NOTÆ

1 *Abstulerat totam*] Passim mercatores erant media via, ut vix locus esset ambulantiibus per urbem; Domitianus vero, quem Germanicum ob devictos Germanos vocat, vicos laxari jussit. Institor is est qui in taberna mercibus vendendis præpositus est.

2 *Inque suo*] Hoc est, nullum ante ædes quas liberum euntibus per urbem transitum relinquebant mercatores.

5 *Nulla catenatis*] Pilæ erant columnæ ad quas libri vendebantur. Horatius 1. Sat. 4. 'Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.' Quibus etiam affixæ erant connexæ inter se lagenæ, signum nempe vini venaliti.

6 *Nec prætor*] Vicis enim laxatis jam transitus liber est juxta tabernas.

7 *Stringitur in densa*] Hoc est, in-

quit Domitius, novacula non nudatur amplius media via; cellæ enim tonsoriæ media via collocatæ, uti et cauponum tabernæ dejectæ sunt, et jam tonsores domi tondere coguntur. Raderus conjicit hoc referri posse ad sacculares, qui media in turba marsupia exsecarent. *Cæca novacula* dicitur, vel quod sit recondita theca sua, vel quod non videatur in turba, cum res brevis sit et exigua. Hic locus obscurus mihi videtur. Judicet lector.

9 *Limina servant*] Hoc est, hi omnes non exstruunt amplius tabernas media via, sed domi suæ exercent suas artes.

10 *Roma est*] Idem fere dixit lib. Spect. Epig. 2. 'reddita Roma sibi est,' quæ antea magna videbatur officina.

## LXII.

## IN AMILLUM.

RECLUSIS foribus grandes percidis, Amille,

Et te preprendi, cum facis ista, cupis;

Ne quid liberti narrent, servique paterni,

Et niger obliqua garrulitate cliens.

Non pædicari se qui testatur, Amille,

5

Illud sæpe facit, quod sine teste facit.

*In Hamillum* inscribitur in quibusdam; et sic apud Juvenalem, ut exhibent plurimi codd.—1 In quibusdam, *præcidis*.—4 *Et notet* in edd. vet. *Et niger* codex Pulmanni; et sic legit Gruterus ex codd. Palat. et Bodl.—5 Codex Pulmanni: *te qui testatur*.

## NOTÆ

1 *Percidis* [*præcidis*] Alii *percidis*. Lib. II. Epig. 72.

3 *Narrent, &c.*] Te gravius aliquid pati.

4 *Et niger* [*notet*] Gruterus ex Palat. et Anglie. legit: *Et niger*: ut

*niger* ille, designet garrulum quem, Horatianæ picturæ non dissimilem.

5 *Testatur, teste facit*] Ludit in *testatur* et *teste*, necnon in ambiguitate *roû teste*. Hic autem ὀφθαλμοῦς intelligit, id est, λαλῶν ἢ πομπιζῶν.

## LXIII.

## DE SILIO (ITALICO.)

PERPETUI nunquam moritura volumina Silii

Qui legis, et Latia carmina digna toga;

O lector, qui evolvis libros non perituros Silii non morituri, et versus dignos toga

Non *De Silio Italico*, sed *De Silio* lemma est in codd. et edd. vet. omnibus.—1 Beverlandi Ms. *nunquam peritura*.—2 In quibusdam: *carmina digna*

## NOTE

1 *Perpetui*] *De Silio Italico* Poëta vide lib. IV. Epig. 14. et Plin. lib. III. Epist. 7.

2 *Et Latia*] Hoc est, inquit Domitius, digna rebus gestis Romanorum: Silii enim scripsit secundum bellum Punicum. Farnabius interpretatur carmina digna maiestate Oratoris Romani, et Consulis; Raderus vero

intelligit carmina tam egregia, quam natus in urbe Poëta scribere poterat: Silium enim natum in urbe Italica metropoli Pelignorum, ex qua dictus est 'Italicus' affirmat. Secundum alios Italica hodie, *Sevilla la nova*, urbs fuit Hispaniæ Bæticæ, patria Silii Poëtæ. Legunt alii: *Latia carmina digna lyra*.

Pierios tantum vati placuisse recessus

Credis, et Aoniæ Bacchica sarta comæ ?

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,

5

Implevit magni quam Ciceronis opus.

Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum ;

Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.

Postquam bis senis ingentem fascibus annum

Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit :

10

Emeritos Musis et Phœbo tradidit annos ;

Proque suo celebrat nunc Heliconæ foro.

*Latia, an putas Pœtam amavisse tantum recessus Musarum, et coronas Bacchicas comæ Aoniæ? non prius se tradidit sacris cothurnati Maronis, quam ab-solcit opus magni Ciceronis. Gravis hasta centum virorum hunc miratur adhuc; multi clientes hunc prædicant ore memori. Postquam duodecim fascibus administrevrat ingentem annum, qui fuit sacer mundo vindicato in libertatem: dedit emeritos annos Musis et Phæbo: et nunc commendat Heliconæ pro suo foro.*

~~~~~

Igra.—5 *Sacra coronati* in codice Vaticano. Martialis alibi: ‘Rara coronato plausere theatra Menandro.’—12 *Proque suis celebrat* conj. Ant. de Rooy. *suis*, h. e. liber curis publicis, et quasi sui juris, ut vocat otia senectæ. Supra lib. iv. Epig. 25. ‘Si juris fuerint otia nostra sui.’ Quo sensu et ‘meus’ occurrit in Pers. Sat. v. 88. ‘Vindicta postquam meus a Præ tore recessi.’ Nec quenquam offendat remotior a suo Casu Præpositio. Cf. Hor. iii. Od. 27. 51. Eleg. in Obiit. Mæcenat. vi. 12. Ovid. Epist. ix. 96. xiii. 161. Eleg. ad Liv. Aug. vs. 254. Vide etiam Jens. Observ. Sing. L. L. §. 16. Quamvis pro suo foro hand incommode exponi possit, tanquam suum forum. Vide Heins. ad Ovid. Epist. iii. 98. et Snakeub. ad Curt. iv. 10. 4. Pro foro Beverlandi Ms. habet, *thoro*.

NOTE

3 *Pierios*] Vide lib. i. Epig. 77. Sensus est: Credisne Silium pœsi tantum vacavisse?

4 *Sarta*] Quibus more Bacchico caput coronant Musæ Aoniæ.

5 *Cothurnati*] Propter carminum gravitatem. De cothurno lib. v. Epig. 30.

6 *Implevit magni*] Hoc est, non prius se Musis tradidit, quam Ciceronis opera implevisset legendo, et imitando.

7 *Centum gravis hasta*] De centum virorum judicio vide lib. vi. Epig. 38.

8 *Hunc loquitur*] Quos defendit clientes, illum prædicant.

9 *Postquam*] Fuit consul eo anno, quo interfecto Nerone imperium assertum fuit in libertatem: idcirco annum illum vocat ingentem.

11 *Emeritos*] Id est, accepta rude ex causis forensibus, inquit Domitius.

12 *Proque*] Pro causis agendis, jam Musis vacat.

LXIV.

IN CINNAMUM.

QUI tonsor fueras tota notissimus urbe,
 Et post hæc dominæ munere factus eques :
 Sicaniæ urbes Ætnæaque regna petisti,
 Cinname, cum fugeres tristia jura fori.
 Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos ? 5
 Quid facit infelix et fugitiva quies ?
 Non Rhetor, non Grammaticus, ludive Magister,
 Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes ;
 Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris :
 Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris. 10

O Cinname, qui fueras tonsor celeberrimus tota urbe, et deinde factus eques dono dominæ ; profectus es in urbes Siculas et regna Ætnæa, cum vitares grave iudicium fori. Qua arte nunc inutilis sustentabis graves annos ? Quid agit otium miserum et fugitivum ? Tu non potes esse Rhetor, nec Grammaticus, aut Ludimagister, nec Cynicus, nec Stoicus, nec vendere vocem Siculis, et plausum theatris : quod reliquum est, o Cinname, rursus eris tonsor.

2 Et demum dominæ Beverlandi Ms.—9 Vendere nec vocem Sicubum in codice Thuaneo. Vendere nec vocem sagulis codd. Vat. et Florent.

NOTÆ

2 *Dominæ*] Amicæ nempe, quæ censu equestri Cinnamum donaverat.

3 *Ætnæaque*] Ætna mons est Siciliæ.

4 *Cum fugeres*] In jus enim vocatus Cinnamus Siciliam petiit, ut grave iudicium fugeret.

5 *Graves annos*] Hoc est, senectutem.

6 *Fugitiva quies*] Qua frueris in tuo exilio.

7 *Ludive Magister*] Literatorem intelligit Raderus : nam ut a Rhetore,

inquit, ad Grammaticum, ita a Grammatico ad Literatorem descendit Poëta : hoc sensu Ludimagister sumitur lib. x. Epig. 62. Lanistam interpretatur Domitius. Raderi explicatio mihi videtur melior.

9 *Vendere nec*] Nec potes sollicitis reis verba vendere ; hoc est, nequis esse causidicus. Lib. v. Epig. 16. Intelligant alii de præcone : quod minus placet.

Plausumque] Hoc est, nec histrio nec citharædus esse potes.

LXV.

IN GARGILIANUM.

LIS te bis decimæ numerantem frigora brumæ
 Conterit una tribus, Gargiliane, foris.

O Gargiliane, tribus foris una lis consumit te a viginti annis. Ah infelix et fa-

Ah miser, et demens! viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet?

tue, an quisquam litigat viginti annis? o Gargiliane, cuius est cedere?

Hic nulla lectionis varietas extat in libris manu scriptis aut impressis.

NOTÆ

- 2 *Conterit una tribus*] De triplici tur, plus lucri facit, quam si, lite ad foro egimus lib. iii. Epig. 38. tot annos prorogata, tandem vincat adversarium.
- 4 *Cui vinci*] Qui enim semel vinci-

LXVI.

DE LABIENO.

HÆREDEM Fabius Labienum ex asse reliquit:
Plus meruisse tamen se Labienus ait.

Fabius instituit hæredem Labienum ex asse: nihilominus Labienus dicit plus se meruisse.

Neque in hoc Epigrammate ullo modo variant exemplaria, aut scripta aut excusa.

NOTÆ

- 1 *Ex asse*] Id est, hæredem omnium bonorum: hæreditas enim vulgo dividitur in duodecim uncias quibus constat as.
- 2 *Plus meruisse*] Labienus enim multis donis captaverat hæreditatem Fabii decoctoris, atque ita hæres institutus ex asse minus acceperat quam donaverat. Sensus est: Labienus dicit se plus meruisse, hoc est, dignum esse majori præmio; cum intelligat Poëta, illum majori pœna esse dignum, qui malis artibus hæreditatem Fabii captavisset.

LXVII.

IN PHILÆNIM.

PÆDICAT pueros tribas Philænis,
Et tentigine sævior mariti

NOTÆ

- 1 *Pædicat pueros*] Τῶ δδισθῶ. *Tribas Philænis*] Lacerata carmine Polycratis, cum mulierum omnium esset castissima, si verum quod de ea scribit Æschryon apud Athenæum lib. viii. Sed Æschryonis apologia nihil eam juvit apud posteros. *Heraldus.*
- Tribas*] Fricatrix.
- 2 *Tentigine, &c.*] Libidinis pruriginis magis inflammata quam maritus.

Udenas vorat in die puellas.
 Harpasto quoque subligata ludit,
 Et flavescit haphē, gravesque draucias 5
 Halteras facili rotat lacerto,
 Et putri lutulenta de palæstra
 Unci verbere vapulat magistri:
 Nec cœnat prius, aut recumbit ante,
 Quam septem vomuit meros deunces; 10
 Ad quos fas sibi tunc putat redire,
 Cum coliphia sexdecim comedit.
 Post hæc omnia, cum libidinatur,
 Non fellat: putat hoc parum virile:
 Sed plane medias vorat puellas. 15
 Di mentem tibi dent tuam, Philæni:
 Cannum lingere quæ putas virile.

3 *Udenas dolat* legit Gruterus.—6 *Alterno facili* in edd. vett. *Alteras* h. l. substituit Turneb. non e conjectura, ut ait, sed libraria fide. Codex Palmanianus *Alternans* exprimit.—11 In edd. vett. *tunc putat reverti*, et sic legit Delph.

NOTE

3 *Vorat in die puellas*] *Λοσβιδίζουσα, φορικίζουσα, καὶ τριβουσα*. Gruter. le. git *dolat*.

4 *Harpasto quoque*] Lib. iv. Epig. 19.

Subligata ludit] Veste subducta; vel 'subligari usa.'

5 *Flavescit haphē*] In palæstra flavescit aspergine arenæ: ita Achelous cum Hercule luctans Ovid. Met. ix. 'fulvæ tactus flavescit arenæ.' 'Αφῇ autem tactus est. Epictet. Enchir. cap. 26. Ἔστι δὲ δεῖτε χεῖρα βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφῆν καταπιεῖν.

Gravesque, &c.] Et pondera illa plumbea seu ferrea, corpori exercendo in Gymnasiis et Balneis adhibita, vel ipsis grandibus draucias gravia, agill versat manu. Vide lib. xiv. Epig. 48. et 49. et Juven. Sat. vi. 22. quæ hanc Epigrammati consonat.

7 *Putri*] Male olenti ab oleo.

Lutulenta, &c.] Ceromate eluto uncta.

8 *Unci magistri*] Aliptæ manus ereplu interungendum. Vide Juvenal. Sat. vi. 422. *Verbere vapulat*] Nam et hi Magistri, quos *ἐκιστράδας* Græci dicunt, jus virgæ habebant.

9 *Nec cœnat, &c.*] Juven. Sat. vi. 429. 'sextarius alter Ducitur ante cibum ravidam factururus orexim,' &c. Vide lib. v. Epig. 70.

12 *Cum coliphia*] Luctatorum panes, qui vires palæstritarum membris addunt, a *κόλον* et *ίφι*, ut vult Dom. Calderinus, quam etymologiam asserere laborat Cornel. Vitellius contra Merulam Annotat. cap. 12. Certo enim ciborum genere ad palæstras et ceteras ejusmodi exercitationum formas præparabantur. Juvenal. Sat. ii. 'Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.'

15 *Medias, &c.*] Supra vers. 3.

16 *Mentem tuam, Philæni, &c.*] Mentem sanam, vel quæ fœmineam appe-

NOTÆ

tat libidinem. Locum istum nonnulli exagitant: at Grutero elegans videtur; ut videlicet usurns voto aut imprecatione, id præter omnem omnium expectationem optet, quod jam habebat. Eodem fere modo hoc lib. Epig. 24. 'Hoc facias, quod puto, lingua, facis.' Nec admodum dissimi-

liter Turnus apud Virgil. *Æn.* xi. 408. 'Nunquam animam talem dextra hac (absiste moveri) Amittes: habitet tecum, et sit pectore in isto.' Sic apud Senecam in sui nominis *Medea*, vers. 968. 'Mihi me relinque.' Et Symmachus lib. iv. Epist. 48. 'Dii illos mentibus suis puniant.'

LXVIII.

AD INSTANTIUM RUFUM.

COMMENDARE meas, Instanti Rufe, Camoenas

Parce precor socero: seria forsan amat.

Quod si lascivos admittit et ille libellos,

Hæc ego vel Curio Fabricioque legam.

O Rufe Instanti, quæso ne commendes socero meas Musas, forte diligit græcos verus. Quod si et libri jocosæ placent ipsi, ego legam hæc vel Curio vel Fabricio.

Hujus Epigrammatis lectionem non variant membranæ aut libri impressi.

NOTÆ

1 *Instanti*] Socero, inquit Raderus: ego vero puto esse in vocativo, et referri ad Rufum, ejus meminit Poëta lib. viii. Epig. 51. 'Instanti litera Rufi;' et lib. xii. Epig. 96.

4 *Hæc ego*] Carmina legam viris vel gravissimis. Curius et Fabricius noti ex Livio et aliis, sumuntur pro viris gravissimis. Juv. Sat. ii. 'Qui Curios simulant.'

LXIX.

DE THEOPHILA AD CANIUM.

HÆC est illa tibi promissa Theophila, Cani,

Cujus Cecropia pectora dote madent.

O Cani, hæc est illa Theophila desponsa tibi, cujus mens imbuta est literis Græ-

De Theophila sine alio additamento in edd. vett.—2 In iisdem: pectora voce madent. Beverlandi Ms. exhibet: pectora voce madent. Nostram lect. testan-

NOTÆ

1 *Promissa Theophila*] Puella erudita, sponsa Canii, de quo lib. iii. Epig. 20.

Hoc est, erudita literis Græcis: hunc loquendi modum explicimus lib. i. Epig. 40. Alii, *dote madent*.

2 *Cujus Cecropia pectora dote* [voce]

Hanc sibi jure petat magni senis Atticus hortus,

Nec minus esse suam Stoica turba velit.

Vivet opus quodcumque per has emiseric aures; 5

Tam non foemineum, nec populare sapit.

Non tua Pantænis nimium se præferat illi,

Quamvis Pierio sit bene nota choro.

Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix:

Castior hæc, et non doctior illa fuit. 10

cis. Hortus Atticus magni senis jure vendicet hanc sibi; nec turba Stoica minus cupiat habere illam discipulam. Quodcumque opus subjeceris his auribus, non peribit: tam valet illa judicio nec muliebri, nec vulgari; Tua Pantænis ne nimis se anteponat illi, licet chorus Musarum bene noverat illam. Sappho amatrix commendaverit Theophilam condentem versus: hæc fuit purior, nec illa fuit eruditior.

tur optimi codices.—3 Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. magni senis altus in hortis. Codex Pulmanni: magni senis Atticus hortus. Vide Var. Notas.—5 Gruterus ex codice Palatino legit: per has emiseric aures, et sic est in Vaticano. per istas miseris aures exhibent edd. vett.—6 Jam non famineum Beverlaudi Ms.—7 Non tua Parthenis Ald. Junt. Colin. Gryph. Pulman. Plant. Julian. Lang. Calderin. Delph. aliæ. Non tua Panthenis ex codd. suis dedit Gruterus. Lectio nostra debetur Scriverio.—9 Sunt qui laudaret, vel laudavit, legi debere putant.

NOTÆ

3 Atticus hortus] Sensus est: hanc sibi discipulam jure vendicet Plato, vel quilibet alius magister, qui philosophiam doceat in horto ab herodæ Academio Athenis in usum scholarum consecrato. Sunt qui referant hunc hortum ad Epicurum, qui, ut ait Raderus, hortum 80. minis emerat, et vixit nonaginta circiter annos, unde magnus senex dicitur. Judicet lector. Alii, altus in hortis.

4 Stoica turba] Theophilam expectant quoque Stoici.

7 Non tua Pantænis] Eruditam

nescio quam poetriam intelligere videtur.

9 Laudavit [laudavit] Vel laudaret: alii vero laudavit: hoc est, ipsa Sappho Poëtria nobilis, cujus historia satis nota est, et cujus restant adhuc carmina aliis poetis lyricis juncta, laudaret Theophilam. Amatricem vocat Phaonis scil. Lesbii juvenis forma egregia, a quo cum repulsam pateretur, se in mare precipitem dedit.

10 Castior hæc] Theophila nimium.

Non doctior illa] Sappho scilicet.

LXX.

IN PHILÆNIM.

IPSARUM tribadum tribas, Philæni,

Recte, quam futuis, vocas amicam.

In hoc Epigrammate exhibendo consentiunt membranæ et exemplaria excusa.

NOTÆ

2 *Vocas amicam*] Male sonat dicta viro 'amica;' mulieri, bene: quam vero Philœnia amicam vocat, male audit, cum ipsa Philœnis sit tribas. *Καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες*

καὶ αἱ παρθέναι τὰς συνήθους καὶ φίλας, ἑταῖρας, κ. τ. λ. Καλοῦσι γὰρ τὰς μισθαρνοῦσας, ἑταῖρας. Athenæus lib. xiv. cap. 4.

LXXI.

DE FAMILIA FICOSA.

FICOSA est uxor, ficosus et ipse maritus:

Filia ficosâ est, et gener, atque nepos.

Nec dispensator, nec villicus ulcere turpi,

Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.

Cum sint ficosi pariter juvenesque senesque,

Res mira est, ficos non habet unus ager.

5

Conjux est ficosâ, et ipse vir ficosus, filia est ficosâ, et gener et oncer, nec dispensator caret fardo ulcere, nec durus fossor, at nec arator. Cum juvenes et senes sint æqualiter ficosi, mirum videtur, solus ager non habet ficos.

2 In edd. vett. et gener atque socer. Lectionem nostram ex codd. suis primis reposuit Gruterus.

NOTÆ

1 *Ficosâ est uxor*] Tota hæc familia turpi ulcere laborabat, quod ficum vocant medici. Vide lib. i. Epig. 66. et lib. iv. Epig. 52.

6 *Ficos non habet*] Ludit in ambigua significatione 'fici:' hoc est, solus ager non habet ficos, vel ficus, poma nempe, lib. i. Epig. 66.

LXXII.

AD PAULLUM.

GRATUS sic tibi, Paule, sit December:

Nec vani triplices, brevesque mappæ,

Nec thuris veniant leves selibræ;

Sed lances ferat, aut scyphos avorum,

O Paule, sic December sit jucundus tibi: nec fuitiles triplices tibi donentur, et breves mappæ, nec leves selibræ thuris; at vel reus dives, vel potens amicus mittat

3 Perplacet Grutero lectio codicis Palatini: *levesve librae*. Vide lib. viii. Epig. 70. *breves selibra* habent Beverlandi Ms. et codex Palmanni.—6 *Sed*

NOTÆ

1 *Sit December*] Saturnalia tibi sint fructuosa. Vide lib. iv. Epig. 46. 'Sic' bene vel male precandi for-

mula.

2 *Vani triplices*] Pugillares nullius pretii. Epig. 52. supra.

Delph. et Var. Clas.

Martial.

2 M

Aut grandis reus, aut potens amicus :
 Seu quod te potius juvat capítque.
 Sic vincas Noviumque Publíumque
 Mandris et vitreo latrone clausos ;
 Sic palmam tibi de trigone nudo
 Unctæ det favor arbiter coronæ,
 Nec laudet Polybi magis sinistras :
 Si quisquam mea dixerit malignus

5

10

lances aut pocula avorum : sive quod te delectat et tenet. Sic superes Novium et Publíum clausos mandris et vitreo latrone : sic favor turbæ unctæ iudex tibi addicat præmium de trigone nudo, nec magis commendet sinistras Polybii. Si quisquam

quod Beverlandi Ma.—10 Unctæ te favor in codice Florentino.—11 Polybi manus sinistras codex Pulmanni.

NOTÆ

4 *Sed lances*] Epig. 47. supra.

Scyphos avorum] Hoc est, pocula antiqua, et magni pretii.

5 *Grandis reus*] Ciliens dives quem defendisti.

7 *Noviumque Publíumque*] Peritissimos nempe calculorum lusores. Calcagninus, de calculorum ludo, sic calculos explicat: Quin et latronum et canum nomine celebratos calculos agnoscō: erant scilicet in abaco, quem et *πλάνθρον* vocaverunt, seu tu laterculum dixeris, regiones lineis distinctæ: hæ urbes nuncupabant. Erant hæ regiones plerumque quinque lineolis, transversariisque, et decussationibus alternatim dimensæ, quinque et viginti numero: singulis latrones quinque insidebant, præter mediam, cui tantum quatuor tribuebantur: excubabant itaque utrinque latrones, seu canes mavis dicere, coloribus distincti, hostili animo insidiantes. Ea fuit ludi ratio, ut si unus ex hostili agmine incommittatus prehenderetur, ita ut circumveniri posset, captivus ex acie traheretur. Et paulo infra, De calculis, inquit, meminerunt Martialis, lib. xiv. Epig. 20. 'Insidiosorum ai ludia bella latronum, Gemmens iste tibi miles, et hostis erit:' et Ovidius

de Arte amandi: 'Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.' Nec tamen me præterit, sic pergit Calcagninus, gemmeos quin et vitreos a Martiale calcenlos appellari: 'Sic vincas Novium Publíumque Mandris, et vitreo latrone clausos.' Mandras enim dictas puto, quas regiones Pol lux vocat, et Eustathius: cum vero distincti forent suis coloribus calculi, et ex iis ille deperiret qui inter duos deprehensus facile circumveniri posset, hinc ab eodem Martiale dictum putamus: 'Discolor hic gemino victus ab hoste perit.' Idem Calcagninus putat hunc calculorum ludum diversum esse a scapia, Gallice, *Echecs*, quos alii 'Latrunculos' vocant.

9 *De trigone nudo*] De hoc pilæ genere lib. iv. Epig. 19. quem ludum nudi et uncti exercebant.

11 *Polybi*] Lusoris sane periti sinistra non magis laudetur quam tua. Observa sinistram maxime usui fuisse in hoc ludo. Vide lib. xiv. Epig. 46.

12 *Si quisquam*] Meo nomine famosa carmina ediderit, me ab hac calumnia defendas rogo.

Atro carmina quæ madent veneno ;
 Ut vocem mihi commodas patronam,
 Et, quantum poteris, sed usque, clames : 15
 Non scripsit meus ista Martialis.

malevolus dixerit esse mea carmina quæ perfunduntur atro veneno, ut concedas mihi vocem patronam, et clames, at semper, et quantum valebis : Meus Martialis non composuit ista.

LXXIII.

AD MAXIMUM.

ESQUILIIS domus est, domus est tibi colle Dianæ,
 Et tua patricius culmina vicus habet :
 Hinc viduæ Cybeles, illinc sacraria Vestæ ;
 Inde novum, veterem prospicis inde Jovem.
 Dic, ubi conveniam : dic, qua te parte, requiram ? 5
 Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

Habes ædes Esquilis, habes ædes in colle Diana, et domicilium tibi est in vico Patricio : ex hac parte vides sacraria viduæ Cybeles, ex illa Vestæ, inde novum Jovem, inde veterem. Dic ubi conveniam, dic qua parte quaram te ? Quisquis ubique habitat, nullo in loco habitat.

3 *Hinc bivræ Cybeles* codex Pulmanni ; unde Lipsius legit, *biviræ*.

NOTÆ

1 *Esquilis*] Vide Epig. 23. Una nempe erat urbis regio.

Colle Dianæ] Hoc est, monte Aventino, ubi templum Dianæ. Lib. vi. Epig. 64. 'Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ.'

2 *Et tua patricius*] 'Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricii habitaverant, jubente Servio Tullio.' Festus.

3 *Hinc viduæ Cybeles*] Hoc est, ma-

tris Deum templum hinc vides. Viduam vocat propter Atym puerum mortuum, quem illa deperibat. Lipsius legit *hinc biviræ*, propter Saturnum et Atym. Videat lector. De templo Cybeles et Vestæ dictum jam lib. i. Epig. 71.

4 *Inde novum*] Hoc est, Capitolium novum et vetus.

6 *Quisquis ubique*] Senec. Epist. 3. 'Nusquam est qui ubique est.'

LXXIV.

PRO CARO ET NORBANA VOTUM.

CYLLENES cœlique decus, facunde minister,
 Aurea cui torto virga dracone viret :

O diserte minister, gloria Cyllenes et cœli, cui vireat virga aurea torto dra-

Sic tibi lascivi non desit copia furti,
 Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales :
 Maternæque sacris ormentur frondibus Idus, 5
 Et senior parca mole prematur avus :
 Hunc semper Norbana diem cum conjuge Caro
 Læta colat, primis quo coiere toris.
 Hic pius antistes sophiæ sua dona ministrat :
 Hic te thure vocat, fidus et ipse Jovi. 10

*cone : * * Idus maternæ decorantur frondibus sacris, atque avus senior prematur parvo pondere : Norbana cum Caro marito perpetuo celebret hunc diem, quo conjuncti sunt matrimonio. Hic pius sacerdos colit sapientiam, hic et ipse fidelis Jovi te invocat thure.*

Ad Mercurium lemma est in edd. vett.—1 Myllenes Beverlandi Ms.—7 Norbana dicit cum conjuge Carpo codex Vaticanus. Alli, Charo.—8 Codd. Vat. et Florent. quod coluere choris. Vide ad Epig. 50.

NOTE

1 *Cyllenes*] Montis in Arcadia, ubi Maia a Jove compressa peperit Mercurium.

2 *Aurea cui torto*] Caduceum intellige, draconibus masculo et femina involutum. Hæc ad generationem spectare putabant Egyptii; qua de causa Mercurium invocat Poëta, ut Norbana et Cari nuptiis propitius sit.

5 *Maternæque*] Turnebus lib. xxv. cap. 24. ait: De Mercurii natali et

ferilis intelligendum est, ut ostendit versiculus ille lib. xii. Epig. 68. 'Maia Mercurium creastis Idus.'

6 *Et senior parca*] Atlas scilicet, Maia pater, qui cælum humeris sustinere dicitur.

9 *Hic pius*] Carus nempe colit sapientiam et eloquentiam, cujus tu Deus es.

10 *Fidus et ipse Jovi*] Domitiano nostro Jovi, quemadmodum et tu fidus es Jovi cælesti.

LXXV.

IN ANUM DEFORMEM.

Vrs futui gratis, cum sis deformis, anusque.
 Res perridicula est: vis dare, nec dare vis.

Hic nulla varietas invenienda est in libris calamò exaratis aut prelo excusis.

NOTE

1 *Vis gratis*] Vide lib. iiii. Epig. 90.

2 *Vis dare*] Tui copiam. Nec dare] Pecuniam.

LXXVI.

AD PHILOMUSUM.

QUOD te diripiunt potentiores
 Per convivia, porticus, theatra,
 Et tecum, quoties ita incidisti,
 Gestari juvat, et juvat lavari;
 Nolito nimium tibi placere.
 Delectas, Philomuse: non amaris.

5

Quod ditiores te rapiunt in conviviis, deambulationibus, theatris, et gratum est, quoties sic occurristi, tecum gestari, et gratum est lavari; ne nimis tibi tribuas. O Philomuse, delectas, non diligaris.

~~~~~  
 Et hic non variant exemplaria typis excusa aut manu exarata.

## NOTE

1 *Diripiunt*] Hoc est, certatim in- 6 *Delectas*] Ridiculis tuis dictis  
 vitant, ut alius huc, alius illuc te moves illis risum.  
 trahat.

## LXXVII.

IN TUCCAM.

EXIGIS, ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.  
 Non faciam: nam vis vendere, non legere.

*O Tucca, postulas ut dem tibi nostros libros. Non dabo; nam vis vendere, non legere.*

~~~~~  
 Neque in hoc Epigrammate ullam lectionis varietatem produnt membrance aut libri impressi.

LXXVIII.

IN PAPIUM.

CUM Saxetani ponatur cauda lacerti,
 Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est;

Cum cauda lacerti Saxetani apponatur tibi, si vero carnas laute, conchis sine oleo;

~~~~~  
*In Pamphilum codex Pulmanni.—1 Cum saxetam Junt. an. 1512. Cum Saxitani in quibusdam aliis. Vide Strab. III. 105. Athen. III. 20. et Notam*

## NOTE

1 *Cum Saxetani*] Piscis nempe vi- minit Plinius lib. XXXII. cap. 11. et  
 lissimi: Saxitani a patria Bœtica me- forte sic legendum.

Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos,  
Mittis: habes nec cor, Papile, nec genium.

*mittis sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos. O Papile, nec tibi est cor, nec genium.*

infra.—2 'Non quadrant ponatur et est; itaque censeo delendum esse rō est. Constat enim satis oratio, si ex præcedenti versu hic quoque intelligas rō ponatur.' Gronovius.—4 *Pamphile* codex Pulmanni.

#### NOTÆ

2 *Conchis inuncta*] Faba valde insulsa, nisi multo oleo perfundatur: inunctus tamen sumitur etiam pro uncto. Horatius: 'Cum tua providens oculis male lippus inunctis.'

4 *Habes nec cor*] Hoc est, stultus

es: homo enim prudens cordatus dicitur.

*Nec genium*] Cui non indulges: optimos enim cibos aliis mittis, tu vilissimos comedis, et cum foris lautus videri vellis, domi laboras inopia.

### LXXIX.

AD SEVERUM.

POTAVI modo consulare vinum.  
Quæris, quam vetus atque liberale?  
Ipso consule conditum: sed ipse,  
Qui ponebat, erat, Severe, consul.

*Paulo ante bibi vinum consulare. Rogasne quam antiquum et nobile? Ipso consule conditum: et ipse, qui apponebat, o Severe, erat consul.*

In hoc Epigrammate exhibendo consentiant libri impressi et manuscripti.

#### NOTÆ

1 *Consulare vinum*] In hoc verbo ludit Poëta, nam consulare vinum, ut vulgo sumitur, vetus est vinum, et quidem sæpe Optimianum, de quo lib. 1.

Epig. 27.

2 *Ipso consule conditum*] Proindeque novum.

### LXXX.

AD FAUSTINUM, UT LIBELLOS SUOS MARCELLINO  
MITTAT.

QUATENUS Odrysios jam pax Romana Triones  
Temperat, et tetricæ conticuere tubæ,

1 *Quandoquidem pax Romana moderatur Odrysios Triones, et tristes tubæ siluere, o*

*Ad Faustinum lemma est in edd. veti.—1 Quatenus Othrysiæ in codice Pul-*

Hunc Marcellino poteris, Faustine, libellum  
 Mittere: jam chartis, jam vacat ille jocis.  
 Sed si parva tui munuscula quæris amici 5  
 Commendare, ferat carmina nostra puer:  
 Non qualis Geticæ satiatus lacte juvencæ  
 Sarmatica rigido ludit in amne rota;  
 Sed Mitylenæi roseus mangonis ephebus,  
 Vel non cæsus adhuc matre jubente Lacon. 10  
 At tibi captivo famulus mittetur ab Istro,  
 Qui Tiburtinas pascere possit oves.

*Faustine, poteris mittere Marcellino hunc librum. Jam dat operam scriptis, et ludis. At si libet commendare exigua munuscula tui amici, puer ferat nostros versus: non qualis satiatus lacte juvencæ Geticæ ludit trocho Sarmatico in fluvio gelato: ut roseus adolescens mangonis Mitylenæi, aut Lacedæmonius nondum verberatus, matre imperante. At remittet tibi servum a Danubio victo, qui possit pascere oves Tiburtinas.*

manni.—8 *Sarmatica gelido* Ald. Junt. Colin. Gryph. Calderin. Plant. Junian. Pulman. Lang. Delph. &c.—10 Junt. nostra in margine: *matre vidente Lacon.*

NOTE

1 *Odrysius*] Vel *Othrysios*, ut scribunt alii: hoc est, hyperboreos, Geticos. Vide Epig. 7. supra. *Triones*] Id est, ursam, Lib. vi. Epig. 58.

3 *Hunc Marcellino*] Ad quem est lib. vi. Epig. 25. victis autem Dacia et Getis pax concessa fuerat.

7 *Satiatus lacte*] Getarum enim et Sarmatarum pueri lacte vescebantur.

8 *Sarmatica rigido*] Inculti quippe erant illi pueri, qui trocho luderent super glaciem fluminis frigore concreti. De trocho lib. xiv. Epig.

168.

9 *Sed Mitylenæi*] Mitylene urbs est. Lesbi insulæ, unde formosi pueri accersebantur.

10 *Vel non cæsus*] Ad aram Dianæ pueros verberibus cedere solebant Lacedæmonii, ut ferendis laboribus illos assuefacerent. Plutarchus in Lyncgo.

11 *Captivo Istro*] Hoc est, a Dacia devicta.

12 *Qui Tiburtinas*] Tibure villam habebat Faustinus. Lib. iv. Epig. 57.

LXXXI.

AD LAUSUM.

TRIGINTA toto mala sunt Epigrammata libro:  
 Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

*Triginta sunt Epigrammata mala toto libro: O Lause, si totidem sunt bona, libellus est bonus.*

Hic non variant libri, aut manu scripti aut prelo excusi.

## NOTE

1 *Triginta*] Carpit Læsum, qui forte in uno libro triginta Epigrammata mala esse judicaret, et illum docet bonum nihilominus judicandum esse librum, modo totidem bona re-

periantur. Lib. 1. Epig. 17. 'Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura, Quæ legis hic: aliter non fit, Avite, liber.'

## LXXXII.

## DE MENOPHILO.

MENOPHILI penem tam grandis fibula vestit,

Ut sit comcedis omnibus una satis.

Hunc ego credideram (nam sæpe lavamur in unum)

Solicitum voci parcere, Flacce, suæ:

1 *Menophili penem* in edd. vett. Ald. Junt. Colin. et Gryph.

## NOTE

1 *Menophili penem tam grandis, &c.*]

Quo loco notant Interpretes duo fibularum genera, fuisse: Indumentum, quo comprimebantur simul et tegebantur verenda, tum filum æneum argenteumque præputio trajectum. Utrumque falsum. Nam neque filum fuisse Celsus indicat, qui a filo fibulam distinguit, et filo exempto fibulam inditam docet: neque vestimentum fuit. Annulus enim fuit promiscuus ex ære, in pædagogis ad luxum argentiens; isque ne facile solvi posset a fabro igne glutinabatur, et ab eodem cum opus esset refibulabatur, sive solvebatur. Quid ergo theca illa et aluta, fibulaque penem vestiens apud Martialem fuit? Nempe subligaculum et vagina quædam, cujus usus non ad custodiendam vocem: qui enim fieri poterat, si tam facile removebatur, et sponte cadebat? sed honestatis causa adhibebatur, præcipue a Judæis ad celandam præcisionem, qui tamen non infibulati, nec enim poterant, cum pellicula carent, quam trajiciebatur; quod Jose-

pho Scaligero negotium facecebat: sed quia ferme, qui infibulati erant, etiam thecam hujusmodi, et alutam gestabant; sive ut laterent, sive ne nimio motu atque incensu annulus cutem læderet, sive aliam ob causam. Propterea improprie eam Martialis fibulam appellavit, quæ fibula non erat, sed potius fibulæ ipsius tutamen: cum præterea Celsus fibulam meliorem dixerit quo levior: at hæc quæ ad celandum inventa, adeo gravis, ut 'Judæum pondus' Martialis appellaverit, quo recutitorum inguina trahebantur. *Ferrarius. Menophili, &c.*] Comædi, citharædi, adolescentulique alii, virilia fibula coercere solebant, quo a Venere abstinerent, vocis seu valetudinis conservandæ causa. Celsus lib. vii. cap. 25. et Juven. Sat. vi. 73. et 289. Duo autem harum fibularum erant genera. Vel indumentum quo comprimebantur, simul et tegebantur inguina: vel filum æneum argenteumve præputio trajectum.

Dum ludit media populo spectante palæstra,  
Delapsa est misero fibula; verpus erat.

5

## NOTE

6 *Verpus erat*] Judæus, vel recuti- modo dicta) ad velandam ~~venero-~~  
tus: utebatur autem fibula (illa priore ~~per-~~

## LXXXIII.

## DE EUTRAPELO.

EUTRAPELUS tonsor dum circuit ora Luperi,  
Expingitque genas, altera barba subit.

*Dum Eutrapelus tonsor circumit ora Luperi, atque expingit genas, altera barba succrescit.*

2 *Expingitque genas* Ald. Junt. Collin. Gryph. alim. *Expingitque* ex  
codd. suis reposuit Gruterus; et sic codex Pulmanni, nec aliter lib. VIII.  
Epig. 52.

## NOTE

2 *Expingitque*] Scite radit, et pin- evellit: sed male, inquit Gruterus.  
git. Alii, *expungit*, hoc est, pilos Vide lib. VIII. Epig. 52.

## LXXXIV.

## AD LIBRUM.

DUM mea Cæcilio formatur imago Secundo,  
Spirat et arguta picta tabella manu,  
I, liber, ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem:  
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.

*Dum mea imago effingitur Cæcilio Secundo, et tabella spirat expressa manu pe-  
rita, O liber, pete Geticam Peucen, et silentem Danubium: ille Cæcilius regit*

2 *Spirat et argutam picta tabella manum* in codice Pulmanni.—3 *Istrumque*

## NOTE

1 *Dum mea*] Raderus et Farnabius  
putant hunc Cæcilium esse Plinium  
secundum, qui Pontum et Bithyniam  
provincias obtinuit, ut patet ex ejus  
vita. Quisquis tandem ille fuerit,  
imaginem nostri Poëtæ ad se mitti  
optaverat.

3 *Ad Geticam Peucen*] Insulam

nempe ad Danubii ostia, de qua Epig.  
6. supra. Getæ autem Danubii ostia  
incolebant.

*Istrumque tacentem*] Vel quod un-  
das placide volvat, vel quod frigore  
conerescat. Vide Epig. 7. supra.  
Legunt alii, *Istrumque jacentem*.

Parva dabis caro, sed dulcia dona sodali:

5

Certior in nostro carmine vultus erit.

Casibus hic nullis, nullis debilis annis

Vivet, Apelleum cum morietur opus.

*hæc loca devictis populis. Donabis dilecto socio exigua munera, at grata: vultus erit certior in nostro versu. Hic vivet nullis casibus, nec ullis annis debilis, cum peribit opus Apellia.*

*jacentem in eodem.—8 Vivet Appelleum Junt. an. 1512. Vivet Apollineum codex Pulmanni.*

## NOTE

6 *Certior in nostro*] Hoc est: Versibus meis melius quam ullo penicillo exprimitur mea imago.

7 *Hic*] In meis Carminibus nullis casibus obnoxia erit imago.

8 *Apelleum*] Vivent mei Versus, cum opera Apellis pictoris nobilissimi peribunt. De quo Plinius lib. xxxv. cap. 10.

## LXXXV.

## AD SABELLUM.

QUOD non insulse scribis tetrastica quædam,

Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis;

Laudo, nec admiror: facile est Epigrammata belle

Scribere: sed librum scribere, difficile est.

*O Sabelle, laudo, nec admiror, quod non inepte componis quædam tetrasticha, quod bene condis pauca disticha. Nihil negotii est bene componere Epigrammata; at operosum est componere libellum.*

8 *Pro Epigrammata belle*, Scriverius legendum putat: *Epigramma, Sabelle.*

## NOTE

*Sed librum*] In quo nempe faciendi magna rerum varietate et largi ingenii fonte opus est.

## LXXXVI.

## IN SEXTUM.

Ad natalitias dapes vocabar,

Essem cum tibi, Sexte, non amicus.

O *Sexte*, cum non uter te familiariter, invitabar ad convivium natalitium.

## NOTE

1 *Ad natalitias*] Natalem diem solenni convivio celebrabant antiqui, ad quod iste Sextus invitabat igno-

tos, a quibus scilicet munera acciperet.

Quid factum est, rogo, quid repente factum?  
 Post tot pignora nostra, post tot annos,  
 Quod sum præteritus vetus sodalis? 5  
 Sed causam scio: nulla venit a me  
 Hispani tibi libra pustulati,  
 Nec levis toga, nec rudes lacernæ:  
 Non est sportula, quæ negotiatur.  
 Poscis munera, Sexte, non amicos. 10  
 Jam dices mihi, Vapulet vocator.

*Post tot pignora amicitiae, post tot annos, quid accidit, quæso, quid subito accidit, quod vetus sodalis sum præteritus? At teneo causam, nullam mihi ad te libram argenti postulati, nec tenuem togam, nec rudes lacernas. Non est sportula, quæ facit mercaturam. O Sexte, quæris dona, non amicos. Jam dices mihi, Vocator deternas.*

7 *Argenti tibi libra postulati* ed. antiq. Ferrar. Ald. Junt. Colin. Gryph. &c. Gruterus *Hispani tibi libra pusulati* reposuit ex codice suo.—8 *Nec tenuis toga* codex Florentinus; et sic Gruterus ex codd. suis.—10 *Poscis* in quibusdam.—11 Codex Pulmanni: *vah pudet vocetur*.

## NOTE

7 *Hispani tibi libra postulati* [postulati] Postulatum, vel pusulatum interpretatur Turnebus lib. xxiv. cap. 2. argentum purum, quodque pustulas et tumores habet. Argenti pustulati mentionem facit Suetonius in Nerone cap. 44. Legunt alii: *Argenti tibi libra postulanti*. Argenti pusulati fit mentio in lege §1. ff. Locati: ad quam vide notas Gothofredi in verbo 'pusulatum.' Conjaciis Observ. lib. vii. cap. 89. existimat, 'postulatum' vel 'pusulatum,' idem valere quod 'pusulatum,' Gallice, *argent de cou-*

*pelle.*

8 *Rudes lacernæ*] Novæ, inquit Raderna, quæ togis injiciebantur.

9 *Non est sportula*] Sed potius mercatura, cum sportulam gratis non des, sed ex ea majora te accepturum munera speres.

11 *Vapulet vocator*] Hoc est: Jam te mihi excusabis, culpam rejiciens in eum servum, qui curam habet invitandi tuos amicos, quasi me oblivione præterierit. Legunt alii, *Vah pudet, vocetur*.

## LXXXVII.

DE SE.

Si meus aurita gaudet glaucopide Flaccus;  
 Si fruitur tristi Canius Æthiope;

*Si Flaccus delectatur aurita lagopode: si Canius potitur Æthiope deformi: si*

1 *Si meus aurita gaudent lagopode* Ald. Junt. Colin. Gryph. Plant. Junian. Lang. Delph. &c. *lagalopece* G. Vossius de Art. Gramm. P. 2. p. 128. Ita apud Catull. 'chenalopex,' 'cercalopex,' et apud Festum 'cercalopex.'

Publius exiguae si flagrat amore catellæ;  
 Si Cronius similem cercopithecon amat;  
 Delectat Marium si perniciosus ichneumon; 5  
 Pica salutatrix si tibi, Lause, placet;  
 Si gelidum collo nectit Glacilla draconem;  
 Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit;  
 Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,  
 Qui videt hæc dominis monstra placere suis? 10

*Publius ardet amore parva catella: si Cronus amat similem cercopithecon: si exitiosus ichneumon placet Mario: si tu, o Lausæ, amas picam salutatricem: si Glacilla involvit collum frigido dracone: si Thelesina erexit tumulum philomela: qui cernit hæc monstra grata esse suis dominis, cur non amet ora tenerum formosæ Labycæ?*

Alli legunt, *lagopece*. Lectio nostra est ex ingenio Scaligeri, quem vide ad Festum, in voc. 'cercalopez.'—5 Codex quidam ap. Beverland. *ichemon*: Florent. habet, *ichneumo*: codex Vaticanus, *ichemon*.—7 In codice Palat. *Gladella*: Beverlandi *Ma. Gadilla*: codex Pulmanni, *Galathia*: alii, *Gradilla*, vel *Flaccilla*.—9 *Labycæ* exhibent edd. vett. *Labyta* codex Florent. quo vulg. firmatur: *Labyrta* codex Vaticanus.

## NOTE

1 *Gaudet glaucopide* [*lagopode*] Sensus totius Epigrammatis est: Si alii aves aut alia animalia amant, cur ego, inquit Poëta, non amabo formosum puerum. Lagopodem vero avem esse docet Plinius lib. x. cap. 48. sic dictam a pedibus leporinis. Horatius M. Sat. 2. primam hic productam corripuit: 'Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagopis.' Itaque Raderi et Farnabii iudicio melius legit Scaliger, *glaucopide*, et interpretantur ulnam, seu bubonem. Sic vero loquitur Scaliger ad Propert. lib. iv. Eleg. 3. Primum lagopodem non esse auritam. Est lagopus quam perdicem albam Inalpinii vocant. Deinde prima syllaba corripitur. Postremo avis illa est pulcherrima, ideoque non videtur inter monstra et portentosa numeranda; cum tamen hoc agat Martialis, ut ostendat monstra placuisse illis viris, quos ordine recenset: at contra glaucopis, seu bubo, et aurita est, et sane non inter venusta animalia enumeranda.

2 *Trieti Canius*] De Canio Poëta Gaditano lib. iiii. Epig. 20. Trieti, hoc est, atro, vel quia infausti omnis erat, si mane quis occurrisset Æthiopi. Juv. Sat. vi. 602.

3 *Publius*] De Catella Publii vide lib. i. Epig. 110.

4 *Cercopithecon*] Cercopithecus est caudatus, cetera simio similis. Lib. xiv. Epig. 202. 'Callidus emissas eludere simius hastas, Si mihi canda foret, cercopithecus eram.' Similem dixit an Æthiopi, an catellæ, an ipsi Crono similem dicat? Judicet lector.

5 *Ichneumon*] Quem describit Plinius lib. viii. cap. 24. perniciosum dicit aspidi præsertim et crocodilo, quibus est hostis infensissimus.

6 *Picasalutatrix*] Lib. xiv. Epig. 76.

7 *Gelidum*] Æstivis enim mensibus dracones sinu gerebant, quibus et collum involvebant mulieres Romanæ, ut se refrigerarent.

9 *Blanda Cupidinei*] Cur mihi non liceat amare Labycam forma parem Cupidini?

## LXXXVIII.

DE SUIS LIBRIS.

FERTUR habere meos, si vera est fama, libellos  
 Inter delicias pulchra Vienna suas.  
 Me legit omnis ibi senior, juvenisque, puorque,  
 Et coram tetrico casta puella viro.  
 Hoc ego maluerim, quam si mea carmina cantent, 5  
 Qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt;  
 Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro,  
 Pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes.  
 Non nihil ergo sumus, nec blandæ munere linguæ  
 Decipimur: credam jam, puto, Lause, tibi. 10

*Si fama est vera, pulchra Vienna dicitur habere meos libellos inter voluptates suas. Illic omnis senior, et juvenis, et puer, et puella pudica legit me coram marito moroso. Hoc mihi gratius est, quam si canant meos versus, qui potant aquas Nili primo deprenti: quam si meus Tagus impleat me auro Hispano, et Hybla, et Hymettos pascant meas apes. Ergo sumus aliquid, nec fallimur sermone linguæ adulato-  
 riæ: o Lause, opinor, jam tibi adhibebo fidem.*

7 Quam meus Hispanus Beverlandi Ms.—8 Pascat et Hyblæ pascat in eodem.—9 Junt. an. 1512. blandæ marmure: in aliis vett. blandæ marmure; et sic Delph. Codex Pulmanni: blandæ munere: Beverlandi Ms. magnæ munere.

## NOTÆ

- 2 Pulchra Vienna] Urbs est Galliæ mons Atticæ.  
 ad Rhodanum, hodie, Viennæ. 9 Blandæ munere [marmure] Alii,  
 6 Qui Nilum] Hoc est, remotissimi blandæ munere. Sensus est: Cum  
 Æthiopes. De fontibus Nili dictum Viennæ legantur mei libri, credam  
 lib. Spect. Epig. 3. 'Et qui prima tot in illis bona esse Epigrammata,  
 bibit deprenti flumina Nili.' quot mala, atque adeo bonos esse,  
 8 Hybla] Mons est Siciliæ apibus licet, o Lause, aliter sentias. Vide  
 et melle abundans, ut et Hymettos Epig. 80. supra.

## LXXXIX.

APOLLINARI MITTIT CORONAM ROSEAM.

I, FELIX rosa, mollibusque sertis  
 Nostri cinge comas Apollinaris.

*Ita, o rosa fortunata, et delicatis sertis circumda capillos nostri Apollinaris:*

*Ad Roseam inscribitur in edd. vett. Ald. Junt. Colln. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.*

Quas tu nectere candidas, sed olim,  
Sic te semper amet Venus, memento.

*quos tu memento nectere canos, at olim, sic semper placeas Veneri.*

## NOTÆ

- 2 *Apollinarius*] De quo lib. iv. Epig. sed multis abhinc annis. Sic optat  
87. Felicem rosam dixit, quod Apol- Poëta diu vivere Apollinarem.  
linaris comas circumdatura esset. 4 *Amet Venus*] Cui dedicata es.  
3 *Candidas, sed olim*] Hoc est, canas

## XC.

## AD CRETICUM.

JACTAT inæqualem Matho me fecisse libellum :

Si verum est, laudat carmina nostra Matho.

Æquales scribit libros Calvinus et UMBER.

Æqualis liber est, Cretice, qui malus est.

*Matho prædicat me scripsisse librum inæqualem : si verum est, Matho commen-  
dat meos versus. Calvinus et UMBER componunt libellos æquales. O Critice, æqua-  
lis est liber qui malus est.*

*Ad Criticum* Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c.  
*Ad Creticum* in codice Florentino.—3 *Calvinus* codex Thuan.—4 *Critice*  
in Ald. Junt. Collin. Gryph. Pulman. Plant. Junian. Lang. &c. *Cretice*  
codex Florentinus.

## NOTÆ

- 1 *Matho*] De quo jam dictum lib. ergo æqualis malus est, quia Mar-  
iv. Epig. 80. tialis judicio nunquam liber totas  
4 *Æqualis liber*] Malus est, quia, ut bonus est.  
dixit Poëta lib. i. Epig. 17. in uno  
libro quædam sunt bona, et quædam  
mediocritia, plura vero mala: liber
- Cretice* [*Critice*] Legunt alii *Cre-  
tice*, ut sit nomen proprium.

## XCI.

## AD JUVENALEM.

DE nostro facunde tibi Juvenalis agello

Saturnalitias mittimus, ecce, nuces.

Cetera lascivis donavit poma puellis

Mentula custodis luxuriosa Dei.

- 1 *Juvenalis* Junt. an. 1512. Cetera, nulla est lectionis varietas.

## NOTÆ

- 2 *Saturnalitias, &c.*] Quibus luditur 4 *Mentula, &c.*] Ipse Priapus. Lib.  
in Saturnaliis. Lib. v. Epig. 31. 1. Epig. 36. et lib. vi. Epig. 49. et 73.

## XCII.

## IN BACCARAM.

Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,

Bis nobis dicis, Baccara, terque die.

Appellat rigida tristis me voce Secundus :

Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.

Pensio te coram petitur clareque palamque :

5

Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.

Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas :

Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.

Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus ;

Dicere ne possis, Baccara , quid sit opus.

10

*O Baccara, bis et ter die dicis nobis, Scis me non esse orandum, si quid opus fuerit. Secundus creditor morosus me vocat aspera voce: audis, sed ignoras, o Baccara, quid sit opus. Te præsente pensio petitur aperte et manifeste. Auscultas, at ignoras, o Baccara, quid sit opus. Expostulo me habere lacernas leves et laceras: auscultas, at ignoras, o Baccara, quid sit opus. Hoc opus est, o Baccara, repente elinguis evadas, percussus sidere, ne proferre queas quid sit opus.*

1 Si quid opus fuerit tibi Beverlandi Ms.—4 Audis et nescis codex Pulmanni : alii legunt : et nescit Baccara quid sit opus? Illa enim sæpiusculè dixerat Martiali, Pete, si quid tibi opus.—5 Pensio cur a me petitur codex Pulmanni.—6 Audis et nescis in eodem codice.—10 Dicere nec possis Beverlandi Ms.

## NOTE

3 Appellat] Creditor scilicet a me exigit fœnus.

5 Pensio] Ædium nempe conductarum.

9 Fias ut sidere] Sideratio morbus est, quo læsæ arbores arescunt: hinc siderationis nomen translatum est ad hominem, cujus corpus arescit. Sen-

sus est: Sidere percussa tua lingua arescat. Idem dixit lib. xi. Epig. 86. 'Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua.'

10 Quid sit opus] Ne proferas hæc verba, quibus circumvenis amicos, qui credant te tuis promissis staturam.

## XCIII.

## AD NARNIAM.

NARNIA, sulfureo quam gurgite candidus amnis

Circuit, ancipiti vix adeunda jugo,

O Narnia vix adeunda jugo ancipiti, quam cingit amnis albus sulfureo gurgite,

## NOTE

1 Narnia] Umbrinæ urbs, hodie, Narri, quam cingit amnis Nar, hodie, Negra.

2 Ancipiti jugo] Hoc est, gemino, nempe jugo montis Apennini.



## XCV.

IN LINUM.

BRUMA est, et riget horridus December,  
 Audes tu tamen osculo nivali  
 Omnes obvius hinc et hinc tenere,  
 Et totam, Line, basiare Romam.  
 Quid possis graviusque sæviusque 5  
 Percussus facere, atque verberatus ?  
 Hoc me frigore basiet nec uxor,  
 Blandis filia nec rudis labellis.  
 Sed tu dulcior, elegantiorque,  
 Cujus livida naribus caninis 10  
 Dependet glacies, rigetque barba,  
 Qualem forcibus metit supinis  
 Tonsor Cinyphio Cilix marito.  
 Centum occurrere malo cunnilingis:  
 Et Gallum timeo minus recentem. 15  
 Quare si tibi sensus est, pudorque,

O Line, hyems est, et horridus December riget: nihilominus tu audes frigido basio hinc et hinc morari omnes occurrentes, atque osculari totam Romam. Quid læsus aut verberatus possis facere gravius aut acerbius? Hoc frigore nec conjux me osculetur, nec rudis filia teneris labris. At tu suavior atque ornatior tibi vide- ris, ex cujus caninis naribus suspensa est glacies livida, et barba riget, qualem secat tonsor Cilix supinis forcibus Cinyphio marito. \* \* et minus metuo Gallum recen-

8 Omnes obvius in edd. vett. Omnes obvius codex Pulmanni.—8 Beverlandi Ms. filia nec nudis.—12 Qualem forcibus edd. vett. Qualem forcibus codex Pulmanni. Lectionem nostram testatur codex Florentinus.—13 Cynaphio Cylx marito in eodem codice. 'Quid Cilici tonsori cum hirci Cinyphio? Non magis verisimile est, Cinyphios tonsores suos e Cilicia petisse, quam Cilicas e Cinyphiis. Bene itaque: Tonsor Cinyphio Chalybe marito. Chalybs pro omni eo, qui ferrum tractat, quemadmodum et apud Catallum de Coma Beren. 15. Vide J. Voss. ad Catulli Attin, p. 172.' Beverland.

## NOTE

11 *Dependat glacies*] Hoc est, stiria, Gallice, *roupie*.

12 *Qualem forcibus*] Hoc est, qualem barbam habent hirci Cinyphii a Cilice caprario tonsi. *Forcibus supinis*] Hoc est, acie erecta, et manubrio deorsum tendente. Cinypha, inquit Ortellius, fluvius est Africæ. Strabo lib. xvii. scribit 'Ciniphus,'

Delph. et Var. Clas.

ad quem magna est hircorum copia. Tamen videtur esse Cilicis fluvius, cum dicat Cinyphium maritum seu hircum a Cilice tonderi.

15 *Gallum timeo*] Turnebus lib. xxv. cap. 24. sic explicat hunc verbum: Puto, inquit, significari malum odorem, quem corpore suo emittebant Galli Romam venientes, recen-

Martial.

2 N

Hybernas, Line, basiationes,  
In mensem rogo differas Aprilem.

*tem. Quapropter si habes mentem et verecundiam, o Line, oro rejicias secula hyemalia in mensem Aprilem.*

## NOTE

tesque, cum intemperantius viverent, castrato gravissima erat anima? An et labore itineris virus intemperantiae intelligit Gallum Bæticum? de quo augerent. An forte Gallum sacerdotem Cybeles intelligit, cui recens vide lib. III. Epig. 81.

## XCVI.

## EPITAPHIUM URBICI PUERI.

CONDITUS hic ego sum Bassi dolor, Urbicus infans,

Cui genus et nomen maxima Roma dedit.

Sex mihi de prima deerant trieteride menses,

Ruperunt tetricæ cum mala pensa Deæ.

Quid species, quid lingua mihi, quid profuit ætas?

5

Da lacrymas tumulo, qui legis ista, meo.

Sic ad Lethæas, nisi Nestore senior, undas

Non eat, optabis quem superesse tibi.

*Ego Urbicus infans, maror Bassi, sepultus sum hic, qui accepi ortum et nomen a maxima Roma. Sex menses mihi deerant de primo triennio, cum Deæ severæ fregerunt mala pensa. Quid lingua, quid ætas profecit mihi? Tu qui legis ista, sparge lacrymas meo sepulcro. Sic quem cupies superesse tibi, non petat undas Lethæas nisi senior Nestore.*

3 Codex Florentinus: deerant trientide menses.—7 Nestore acrius codd. Vat. et Florent. Nestore serior in edd. vett. et sic etiam Schreval.

## NOTE

2 Cui genus] Hoc est, qui natus sum in urbe, atque ab ea nomen summi: Urbicus enim dictus est hic puer.

4 Cum mala] Cum vitæ filum absciderunt Parcæ.

5 Quid lingua] Balbutiens adhuc.

Quid profuit ætas] Tam tenera: etenim duos tantum annos et sex menses natus erat Urbicus cum mortuus est.

8 Non eat] Non moriatur. Lethe inferorum fluvius est satis notus. Nestor vero diu vixit, de quo lib. II. Epig. 64.

## XCVII.

## AD LIBRUM SUUM DE CÆSIO SABINO.

NOSTI si bene Cæsium, libelle,

Montanæ decus Umbriæ Sabinum,

O liber, si bene compertus est tibi Cæsius Sabinus, gloria montana Umbria, mu-

Auli municipem mei Pudentis ;  
 Illi tu dabis hæc, vel occupato.  
 Instant mille licet premantque curæ, 5  
 Nostris carminibus tamen vacabit.  
 Nam me diligit ille, proximumque  
 Turni nobilibus leget libellis.  
 O quantum mihi nominis paratur !  
 O quæ gloria ! quam frequens amator ! 10  
 Te convivia, te forum sonabit,  
 Ædes, compita, porticus, tabernæ.  
 Uni mitteris, omnibus legeris.

*niceps mei Auli Pudentis : tu donabis hæc illi vel imposito. Quamvis urgeatur et prematur mille curis, nihilominus incumbet ad meos versus. Ille enim amat me, et leget secundum ab egregiis libellis Turni. O quanta fama manet me ! quod decus ! quam frequens amator ! celebraberis in conviviis, in foro, in adibus, in compitis, in porticibus, in tabernis. Mitteris uni, legeris ab omnibus.*

*Ad Librum suum lemma est in edd. vett.—4 Codd. Vat. et Florent. hæc et occupate.—5 Instant nulla codex Florentinus.—7 Beverlandi Ms. proximumque. Et mox, leget libellis.—9 O quantum tibi nominis codex Florentinus.—11 Codex Vaticanus, sonabunt.*

## NOTE

2 Sabinum] De quo Pfinius Junior lib. iv. Epist. 10. et Martialis itorum lib. ix. Epig. 69. De Aulo Pudente dictum lib. i. Epig. 32.

8 Turni] Poëtæ cujusdam de quo lib. xi. Epig. 10.

9 O quantum mihi] Alii, tibi.

10 Quam frequens] Hoc est, quam multi me amabunt.

11 Omnibus legeris] Sabinus enim te omnibus commendabit, et legendum dabit.

## XCVIII.

## AD CASTOREM.

OMNIA, Castor, emis : sic fiet, ut omnia vendas.

O Castor, mercaris cuncta : sic continget ut vendas cuncta.

‘ Turnebus, lib. xxv. cap. 24. ait se in quibusdam exemplaribus reperisse hunc versum appensum : Nil uxore tamen nudius esse potest. Dispice, lector, quam conveniat.’ Farnabius.

## NOTE

1 Ut omnia] Hoc est, cum præter facultates multa emas lauta et nitida, tandem argente inopia cogeris omnia vendere. Turnebus lib. xxv. cap.

24. ait se huic carmini appensum reperisse pentametrum in quodam codice : Nil uxore tamen nudius esse potest.

## XCIX.

## AD CRISPINUM.

Sic placidum videas semper, Crispine, Tonantem ;

Nec te Roma minus, quam tua Memphis amet :

Carmina Parrhasia si nostra legentur in aula ;

(Namque solent sacra Cæsaris aure frui.)

Dicere de nobis, ut lector candidus, aude :

5

Temporibus præstat non nihil iste tuis ;

Nec Marso nimium minor est, doctoque Catullo.

Hoc satis est : ipsi cetera mando Deo.

*O Crispine, sic semper spectes Jovem serenum ; nec Roma diligit te minus quam tua Memphis : si versus nostri legentur in aula Palatina ; namque solent pervenire ad sacras aures Cæsaris : aude, ut lector sincerus, affirmare de nobis, iste affert aliquod ornamentum tuo ævo ; nec nimis inferior est Marso, atque erudito Catullo. Hoc sufficit : commendo reliqua ipsi Deo.*

1 *Sic placitum* codex Pulmanni.—3 *Codex Thuan. leguntur in aula :* Florentinus : *legantur in auram.*—5 *Alii pro aude, legunt audent.* Hoc Epigrammate librum septimum claudunt edd. vett. omnes. Tria quæ sequuntur e veteri exemplari Anglicano primus addidit Pulmannus. 'Pro legitimis ægre agnoscuntur : primum sane Martialis acumen parum sapit.' *Farnabius.*

## NOTÆ

1 *Crispine*] De quo Juvenalis Sat. 1. Is autem Ægyptius fuit, et multum gratia valuit apud Domitianum.

2 *Tua Memphis*] Urbs Ægypti nobilissima, de qua lib. Spect. Epig. 1.

3 *Parrhasia*] In Palatio Domitiani. Vide Epig. 56. supra.

5 *Aude*] Hoc scilicet elogium mihi impertire. Legunt alii, *audent.*

7 *Nec Marso*] De his duobus Poëtis, qui Epigrammata scripserunt, vide lib. II. Epig. 71. et 72.

8 *Mando Deo*] Domitiano, cui curæ erit laboris præmium mihi persolvere.

## C.

## AD PONTICUM.

PONTICE, per reges discurre, et omnia lustras :

Magna quidem sequeris, Pontice ; magnus homo es.

*O Pontice, discurre per aedes patronorum, et peragras cuncta : sane sequeris*

Vide VV. LL. ad Epigramma superius.

## NOTÆ

1 *Pontice*] Hoc Epigramma pro legitimo non agnoscit Raderus, nec Farnabius, ut et duo sequentia. E veteri exemplari Anglicano transcripta sunt, quæ Martialis acumen

parum sapiunt, ut ait idem Farnabius. Judicet lector.

*Per reges*] Per domos patronorum, quos salutes.

Pontice, si qua facis, sine teste facis, sine turba :

Non adhibes multos, Pontice ; cautus homo es.

Pontice, te celebrem forma natura creavit:

5

Dignus eras Helena, Pontice ; pulcher homo es.

Pontice, voce tua posses adamanta movere :

Vox tua dulce sonat, Pontice ; dulcis homo es.

Pontice, sic alios, sic te quoque decipit error :

Vis dicam verum, Pontice ? nullus homo es.

10

*magna, o Pontice, magnus homo es. Pontice, si agis aliquid, agis sine teste, sine multitudine : non adhibes multos, Pontice, homo es callidus. Pontice, natura produxit te spectabilem pulchritudine : dignus eras Helena, Pontice, formosus es homo. Pontice, tua voce posses movere adamanta : vox tua suave sonat, Pontice, homo es suavis. Pontice, sic error fallit alios, sic te etiam : placet preferam veritatem ? Pontice, nullus homo es.*

## NOTE

3 *Sine teste facis*] Infandi sceleris Ponticum accusare videtur.

10 *Nullus homo es*] Hoc est, nullius omnino pretii.

## CI.

## DE VETULA.

TACTA places, audita places, si non videre,

Tota places : neutro, si videre, places.

*Grata es tactui et auditui : si non videaris, tota grata es : si videaris, neutro grata es.*

Vide VV. LL. ad Epigramma xcix. et Notam infra.

## NOTE

3 *Neutro*] Hoc est, neque ex hac parte, neque ex illa : hoc est, nec tactum nec auditum delectas. Forte melius legeretur nulli.

## CII.

## DE MILONE.

MILo domi non est : peregre Milone profecto

Arva vacant : uxor non minus inde parit.

*Milo non est domi : agri otiosi sunt Milone longe profecto : idcirco non minus uxor*

Vide VV. LL. ad Epigramma xcix.

Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam :

Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.


*gignit. Dicam qua de causa arva sint sterilia, qua vero de causa uxor lactitet; ager non habet quo fodiatur, uxor habet.*


NOTE

3 *Uxor lactitet*] Hoc est, cur habeat ubera plena lactis, quo lactet infan-  
tem.


4 *Quo fodiatur*] Hoc est, ager non habet colorem, mœchum habet uxor.











APR 3 1978

APR 3 1978

**THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY  
REFERENCE DEPARTMENT**

**This book is under no circumstances to be  
taken from the Building**

MAY 20 1915

FEB 27 1917

JUN 12 1917

